






R. 1568.

Bicoro







Ann Aldi folio 141

1568,

1513

Kath 1568




M. T. Ciceronis epistolarum ad Atticum. ad Brutum,  
ad Quintum fratrem, libri. XX.

Latina interpretatio eorum, quæ in ijs ipsis epistolis  
græce scripta sunt. ubi multa & mutata, & addi-  
ta sunt. Admonemus igitur lectorem, ut inde sibi li-  
brum corrigat suum.

liber



Alexander VI & Julius II pontifices maximi,  
nequis libros curæ nostra impressos imprimat,  
uel alibi impressos uēdat, sub pœna ex cōnu-  
niationis latæ sententiæ prohibuerūt, et  
cætera, ut in literis, quarum exem-  
plum ante hæc epistolarum uo-  
lumina impressum est,  
licet uidere.



ALDVS MANVTIVS ROM. PHILIP-  
PO CYVLANO MORAE PANNONIO A' SECRETIS REGIS,  
AC ORATORI APVD  
VENETOS, ET COM  
PATRI OBSER.

S. P. D.

*m* Vltima mihi grata contingunt in hac mea  
Prouincia plena laborū in clyte Cyula-  
ne, sed illud gratissimum, quod magni etiā  
wiri, ac principes, quicumque amantes sunt  
bonarum literarum, et nos de tantis, assiduisque labo-  
ribus nostris amant plurimum. quemadmodum et tu  
facis. es enim et literarum, et nostri amantissimus,  
quod sis apprimè doctus, nec non ingens decus non mo-  
do Cyulanæ familiæ, quæ cum maioribus tuis clara  
est, et insignis, tū te præposito Agriensi, ac à Secretis Re-  
gis, et oratore grauissimo, et integerrimo, iam Quart.  
apud Venetos, Et trib. fratribus tuis Ladislao. Geor-  
gio. Nicolao ductorib. fortissimus, qui sæpe magnā Tur-  
carum manum pro fide Christiana, et patria strenue  
pugnantes summa cum laude profligauerunt, uerum  
etiam ipsius patriæ tuæ Pannoniæ. nam præter doctri-  
nam, et eloquentiam, quibus es præditus, summa in te est  
modesta, mira probitas. tum acutum ingenium acri ad-  
iunctum iudicio. id quod futurum in te censuit Beroal-  
dus, quem audiui adulescens, idque Bononiæ, cum tibi  
suos in Thusculanas M. Tullij quæstiones commenta-  
rios nuncupauit. Quoniam igitur multis ornaris uirtu-  
tibus, et nos, quæ tua est humanitas, ualde amas, ut co-  
gnoscas Aldum tuum non esse in gratum, sed contra,  
amant eius

amantes sui amare uehementer, sic tibi id uidebatur  
ostēsurus, si M. Tullij ad Atticū, ad Brutum, ad Quin-  
tum fratrem epistolas encheiridij forma mi per ex-  
sas cura nostra, sub tuo nomine emitteret in manus stu-  
diosorum. quod eò etiam fecit libentius, quia ualde de-  
lectari te dictione, & eloquentia Tulliana præ te fers,  
nec laudandos ducas, qui eorum authorū, qui citra mil-  
le, et ducentos, trecentos' ue annos fuerunt stylo delecta-  
ti, contemnunt Ciceronem, & quicumq; Ciceronis est si-  
millimus, ac si spreto & fastidito triticeo pane, glande  
uescantur. doctos ais esse illos quidem, & legendos, sed  
stylum eorum non modo non imitandum, sed fugien-  
dum pro uiribus censes. & recte meo quidem iudicio.  
Idem memini olim dicere Paulum quendam Pannoni-  
um, optimo iudicio adolescentem, ac condiscipulū meū  
(dabamus enim operam Baptistæ, Guarini filio, in ur-  
be Ferraria.) Idē item Sigismundū Turzum hospitem  
olim meū Venetijs, humanissimum sanē, ac doctissimū  
hominem, et admodum quā studiosum Ciceronis, qui  
paucis post annis præpositus Albensis, deinde Varadi-  
ensis episcopus creatus est, cuius immaturo, ac repenti-  
no interitu, ut debeo, doleo. debeo autem plurimum tan-  
to uiro, amicūq; meo summo orbatus. Videtur mihi Pan-  
nonij omnes, (multis enim familiarissime usus sum, quā  
nescio, quod me uobis temperat astrum.) ingenij, iudi-  
cijq; bonitate delectari maxime Ciceronis operibus, et  
tu mi Philippe præter cæteros. Quamobrē accipe nūc  
XX hæc tui Ciceronis epistolarum uolumina, ex qui-  
bus sexdecim scripsit ad Titum Pomponium Atticum,  
qui cum à pueritia, (fuerunt enim condiscipuli) con-  
iunctissime semper, et amantiissime uixit, ac multo eti-

am familiaris, quàm cum Quinto fratre. ut iudicari  
possit, plus in amicitia ualere similitudinem morum, quàm  
affinitatem. Sic autem uehementer amabant inter se, ut  
alter alterius absentiam ægerrime ferret, lacrymaretque;  
qui remanebat, siquò forte alter procul à patria profi-  
cisceretur. id quod cum alibi, tum libro XV, ea episto-  
la, cuius initium, Antium ueni VI Calendarum, te-  
statur ipse Cicero his uerbis. Te ut à me discesseris, la-  
crymasse, moleste ferebam. quod si me præsentem fecisses,  
consiliu totius itineris fortasse mutassem. sed illud præ-  
clare, quod te consolata est spes breui tempore congre-  
diendi. quæ quidem expectatio me maxime sustentat.  
Vnum ad M. Brutum, quem semper fecit maximi pro-  
pter illius summam doctrinam, integritatem, animi ma-  
gnitudinem, atque ita amauit, ut in quadam ad illum epi-  
stola sic scripserit, nec uero ulla res erit unquam, in qua  
ego non uel uitæ periculo ea dicam, eaque faciam, quæ te  
uelle, quæque ad te pertinere arbitror. Hoc loco illa di-  
gna Bruto uerba non præterierim, quæ ipse in ea gra-  
ui epistola ad M. Tullium, cuius initium, Particulam  
literarum tuarum, sic ait. Sed mihi prius omnia Di-  
i, Deaque omnes eripuerint, quàm illud iudicium, quo nõ  
modo hæredi eius, quem occidi, non concesserim, quod  
in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat,  
ut patiente me, plus legibus, ac Senatu possit. Tria ad  
Quintum Ciceronem fratrem. Quibus in epistolis  
de omni ferè illorum temporum tumultu, & miseria  
fit mentio. Quibus temporibus. simillima mihi uidentur  
nostra hæc miserrima, & infelicissima tempora, cum  
alijs plurimis, tum crudelitate, cæde, rapinis, depopula-  
tionibus agrorum, direptione urbium, crebra uarieta-  
te fortunæ,

te fortunæ, quorum malorum & fuerunt semper &  
sunt, & erunt causa pernitiōsa bella, et ut Ciceronis no-  
stri in epistola quadam ad M. Brutum utar uerbis,  
ταῦτα ὁ τλήμων ἐργάζεται πόλεμος. incidimus enim  
in ea tēpora, ut et nos illud uere queamus dicere.

Vicinæ ruptis inter se legibus urbes

Arma ferunt. sæuit toto Mars impius orbe.

Ex ijs ipsis epistolis colligere facile possumus, quæ in cō-  
mentarijs suis de bello gallico, & auili scripsit. C. Cæ-  
sar, esse quam uerissima. Quæ de re, quæ in uita Pom-  
ponij Attici scripsit Cornelius Nepos, qui floruit illis  
temporibus, fuitq; in familiarissimis Attici, non ab re  
uisum est subiungere. ait enim, Quamquā cum præci-  
pue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus ca-  
rior fuerit, aut familiarior. ei rei sunt iudicio præter eos  
libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in uulgus  
sunt editi, sexdecim uolumina epistolarum ab consula-  
tu eius usq; ad extremū tempus, ad Atticum missarū.  
quæ qui legat, non multum desyderat historiam con-  
textam eorum temporum. Sic enim omnia de studijs  
principum. uitijs Ducum emulationibus reip. perscri-  
pta sunt, ut nihil in his non appareat. & facile existi-  
mari possit prudentiam quodam modo esse diuinationem.  
Non enim Cicero ea solum, quæ uiuo se acciderūt  
futura prædixit, sed etiam, quæ nunc usu ueniunt, cecī-  
nit, ut Vates. Hæc Nepos. Quæ tu Cyulane legendis as-  
sidue hæc epistolarū uoluminibus. (inuitabit enim te  
Encheiridij forma) uera esse agnosces. nā etsi familia-  
rissimæ tibi sunt hæc M. Tullij epistolæ, fient hac par-  
uitate uoluminis magis etiam familiares. Recognoscan-  
tur nunc accuratissime, cætera quæcumq; extant opera

Ciceronis, quæ tribus uoluminibus edituri sumus in  
 uulgus excusa typis nostris. ut uno uolumine compre-  
 hendantur libri morales, & philosophici, altero rheto-  
 rici, tertio orationes, sic ut spero emendati, ut pauca in  
 illis desyderentur. Quo facto, non dubito, quin studiosi  
 ætatis nostræ, si quibus inest tanta peruersitas, ut mini-  
 me eis Cicero placeat, redeant ad sanitatem, ac sani po-  
 tius euadant nuttato consilio, habeantq; semper in ma-  
 nibus Ciceronis diuina uolumina. Quoniam autem in  
 ijs ipsis epistolis multa græce dicta habentur, ea nos la-  
 tina fecimus, ac subiunximus, idq; primū propter græ-  
 carum literarum rudes, deinde, ut de ijs, quæ uarie le-  
 gūtur, meminerimus, quædamq; obiter non inutilia di-  
 camus. sunt enim hæc. uidelicet.

Quæ in quaternione. a.

ἀδύνατον. quod fieri non potest. uel impossibile apud  
 iuniores. θζον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή. diuinum enim bo-  
 num honor est. ἐρμαθίνα. hermathena, Mineruæ,  
 Mercurijq; statua. ὀμολπιδῶν πατρίδα Eumolpi-  
 darum patriam. ἐρμέρωτας quasi Mercurio cupi-  
 dines. ὄνιον emibile. σκέψεις, καὶ ἀναβολήν, con-  
 siderationes, & dilationem. ταυτόματον ἡμῶν, as-  
 sus noster. ἐν τοῖς πολιτικοῖς in civilibus. τοπο-  
 θεσίαν. loci descriptionem ἀττικώτερα. magis attica.  
 φιλορήτορα rhetoricæ studiosum. πανήγυρις con-  
 nētus. μάλ' ἀριστοκρατικῶς, ualde pro statu optima-  
 tum. γενικῶς generaliter.

Quæ in quaternione. b.

ληκύθους copiam dicendi uerbi formem, & fortasse  
 alludit ad illud Aristophanis ληκύθιον ἀπάλεισε.  
 ἐντετρασάμην tentari, conatus sum. ἐπιχρη-  
 ματα.

κατα argumenta . aliter, περι' ὅλης καρπὸς ἐνθυμη-  
ματα, καὶ παρασκευαί . circa omnes fructus, idest  
ubertates orationis argumentationes, & apparatus.

ὑπόθεσις materia. ἄριος πάρος Arcopagus. ἀπρη-  
κτότατος reb. agendis ineptus. ignauissimus. καχέ-  
κτις habitu uitiorum deprauatus. τεῦκρος. Ten-  
cer. φιλέλληνες, græcorum studiosi, & amatores.  
παντοῖος ἀρετῆς μιμνήσκω. omnifarice uirtutis re-  
miniscere. ὕπερον πρότερον ὁμηρικῶς. ordine con-  
uerso. præposteratio homerice, quod et nos hysteron pro-  
teron dicimus πρὸς τὸ πρότερον ad prius ἔσπετε-  
νῦν μοι μῦσαι dicite nunc mihi musæ in alijs integrū  
est carmen ἔσπετε νῦν μοι μούσαι ὀλύμπια δώμα-  
τ' ἔχοντες. παρρησίαν loquendi licentiam. ἀγῶνα cer-  
tamen. ἐπισημασίας. significationes gestuū. ἀπο-  
θείωσιν. deificationem. φιλοσοφίαν philosophandū.  
ἐλαφίτιον fugiendum more ceruonū. ἀμαλθεῖον  
amaltheum, bibliotheca. s. tua. τοποθεσία loca descri-  
ptione. ἀμαλθεία, amalthea. ἀφελέστατος, simpli-  
cissimus.

Quæ in quaternione. c.

πολιτικὸς ἀνὴρ, ὁ δ' ὄναρ. civilis uir ne in somnio qui-  
dem. τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μῦρον in lente unguetum, pro-  
uerbium. ἐπιφωνήματα, acclamationes. νῆφι, καὶ  
μέμνασον ἀπισεῖν ἀνέρα φρονοῦντα ταῦτα, esto sobrius  
& memneris uirum, qui sic sapiat, non oportere esse  
credulum. τίς πατέρ' αἰνήσειε q̄s patrem laudabit?  
Principiū proverbialicæ τρῖνις, quod est huiusmodi,  
τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ λακκοδαίμονες υἱοί; Quis patrē  
laudauerit, nisi infelices filij? ἐγνωμικῆτις. laudati-  
να. ἱστορικὰ, historica. οἱ μὲν πᾶρ', ὁ δὲν εἰσιν, εἰς δ',

ἢ δὲν μέλας hi qui adsunt, nihili sunt, illis uero nihil ci-  
 ra est. ὑπώπιον liuor. μυροθήκιον pigmentariū  
 um. ὑπόμνημα. commentarium. σεμνότερός τις,  
 καὶ πολιτικώτερος. Grauior qdam, et ciuilior. ἀπο-  
 πωσμάτια reliquia quaedā φιλόπαιτρης studiosus pa-  
 τρια. πολιτεία resp. ἄλλης πωουδῆς satis studij. est  
 θεῖσι, patrii. πελλινᾶιον Pellinaum gentile no-  
 men. κορινθίων, καὶ ἀθηνάϊων corinthiorum et Athe-  
 niensium. ἡρώδης herodes. ἀγγελία boni nun-  
 tij. κύρου παιδείαν. Cyri institutionem. τὰς διαφά-  
 σος transparentias, fenestras. ἔσω μὲν ἄφισα. τὸ δὲ ἔ-  
 ρώμενον β. γ. ἀκτῖνες δὲ δ. καὶ ε. Sit aspectus α. quod  
 uidetur β. γ. radij δ. ε. κατ' εἰδῶλων ἐμπώσος  
 per simulachrorū incidētias uel ingressiones. εἰδωλα  
 species. imagines. ἔρχυσις effusio. ὑπόστασις sta-  
 tum. πολιτείαν remp. σοκρατικῶς socratice. τὴν  
 ἀρεσκύσαν, quae placeat. κατὰκρισις sanctio. ἀρισ-  
 κρατικῶς aristocrate. pro statu optimatum. εἰς οἰ-  
 νὸς ἀριστοδὸ μύνησθαι περὶ πάτρης. Vnum Auguriū opti-  
 mum defendere patriā. i. fungi munere defensoris pro  
 patria defensorem agere. θεοφράστου περὶ φιλομαθίας.  
 Theophrasti de studio discendi.

Quae in quaternione. d.

ἀδίομαι τρώας, καὶ τρώαδας ἐλκεσιπέπλους. Vereor  
 troianos, & troianas trahenters uesters. i. lacinosas.  
 θεοφάνης Theophanes. φιλοσοφεῖν, Philosophari.  
 ἐπὶ χολῆς in otio, γεωγραφικά. de terrae descriptioe  
 commentarios. ὁμοειδεῖς, uniformes. ἀνθιρογραφεί-  
 σθαι. floride scribi. πολιταντίον, degendū, in hac rep-  
 uersandum. ἀνέκδοτα non edita. πολιτάνομαι, in  
 ciuitate facio. κατὰ τὸ πρακτικόν. secundum actiū.





litiose cogitabat. τὸν πρακτικὸν βίον *actiuam uitam*.  
τὸν θεωρητικὸν *speculatiuam*. πρόσθε λέων, ἔπι-  
θεν δὲ δράκων μέσθι δὲ χίμαιρα. Ante leo, post uero  
Draco, mediāq; Chimæra. εἶδὲ μή. Si uero non. ὁ-  
μολογῶ μένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι. sine dubio tyrā-  
nidem construi. ὀελπισία, bona spes. ἀδιαφορία. in  
differentia. ἀφιλόδοξον ambitione uacans.

*Quæ in quaternione. e.*

κατὰ τὸν κινδευμονικὸν, pro charitate. ὑποθήκας  
documenta. περὶ τῶν ὅλων de omnibus. σκότος,  
tenebræ. κατὰ λεπτὸν minutatim. ἄλις δρυὸς, satis  
est quercus. i. glandium. τυφλώπῳ cæcitiō. τῷ  
καλῷ προσπέπονθα honesto sum affectus. ἀσφάλειαν  
securitatem. ἀκκίξομεθα delitiamur. ἐν ἀνίγμοσι.  
in scirpis. i. obscure dictis. ἀλληγορίαις, allegorijs.  
ἐλικτὰ καὶ ἔδεν. inuoluta & nihil. τὰς τῶν κρα-  
τῶντων. est autem initium senarioli, qui est huiusmodi  
apud Euripidem τὰς τῶν κρατῶντων ἀμαθίας φέρειν  
χρῆων. potentium stultitias ferre oportet.

*Quæ in quaternionibus g. & h.*

μυστικώτερα, secretiora. magis arcana. συλλάβεις ἰν-  
dices ex membranula. παλιψηδία recantatio. ἀποθεώ-  
σις. deificatione. πολιτικὸς, civilis. ὀπλῆται arma-  
ti. σπάρταν ἔλαχες, τάνταν κόσμει. Spartam sortitus es,  
hanc orna. βαθύτης profunditas. ἀκαιρότερον.  
opportunius. ἢ κε σὺν φθιμένοισι, profecto cum mortuis  
scilicet connumeraretur. ὅδε ἔκ ἐστὶ μῦθος. hæc non  
est fabula. μήπω μέγα εἴπης πρὶν τελέσεις ἀντιόσας,  
nil magnum dixeris priusquam perfereris adeptus.  
ἔδεν ἔτω ὁμοιοῦται νῦν εἶδωλον. nullum adeo assi-  
mulatur nunc simulachrum. περισσεῖς arcumstantia

vel status. πολιτικῶς civiliter. γραμμὴν lineam.  
καὶ τόδε φωνυλίδου. Ἔ hoc Phocylidis. ὅδ' ἐν γλυκύ-  
τερον ἢ πᾶν εἰδένα. nihil dulcius ἢ omnia scire. ὄχλον  
tumultum, ἔ molestiam, ἔ turbam. ὀξύπνους acuta  
fame per citus. translatio à fame, idest nimium avidus.  
τὴν παροῦσαν κατὰ σασιν τύπῳ δός. presentem statum  
reip. sub formula quadam assignato. συμπάθειαν  
condolentiam. ἡμερολόγειον diurnam rationem.  
diurnum sermonem, idest quem vix integro die  
perlegas. ἀρεοπαγίτας areopagitanos. Folio 62.  
post, Ardet Ambitus, in quibusdam condiciabus est,  
σὴ μα δέ τοι ἔρέω. signum tibi dicam. initium ver-  
sus ex iliados †. ἐξοχή excellentia. Folio 63. ubi est  
quos exotericos vocat, scribe græcè ἐξωτερικὸς, extero-  
res. de libris Aristotelis exotericis lege A. Gelliū. in  
πολιτείῃ, in libris de rep. τεχνολογίαν de arte ratiocī  
nationem.

Quæ in quaternione .i.

ἐφιλοσοφῆσαι philosophari. ἀπικισμός. Atticæ  
locutio. συμπάθεια condolentia. αὐθαδέτερον stu-  
diosius. δὺςγνωσον. difficile cognitum. in quibusdam co-  
diabus post δὺςγνωσον non est πρὸς νόσον, sed tantum  
paulò inferius, quod est ad nutum, ad assensum. δια-  
λόγους sermones. φιλοπροσηνέστατα. studio benignissī-  
mo. mansuetissime. γραφία, Pictorem, ἔ intelligit  
Pompeium, qui omnia futura prædixit.

Quæ in quaternione .ii.

δυσσηκνήλιτα difficilia mitigatu βαθύτητα pro-  
funditatem. μελίτη, meditatio. ἄνω καὶ κάτω sur-  
sum, ἔ deorsum. ἀφρακτα sunt naues non tectæ,  
nec munitæ ad pugnandum. ὁ ποία ἢ δέσποιναι, τοῖαι  
καὶ θεραπαινίδες. Qualis hera, tales et ancillæ ἄνε

ξίαν, tolerantiam. uide an sit scribendum, ἀνεξικακίαν  
 μετέωρος, in expectatione. συμπαθικῶς condolen-  
 ter. νομολογίαν pastoralem uirorum cœtum. ἀκρο-  
 τιρίων iura, sic lege, extremas in silæ partes seu pro-  
 montoria colentium. συνηγωνισάμην, adiutor fui.  
 πολιτικώτερον, ciuilius. ἐν ὁμίλῳ in turba. ἐπι-  
 κεφάλαια tributa per capita. συμφιλοδοξῶσιν eadem  
 ambitione certant. κεφάλαιον caput. συμπάθειαν,  
 condolentiam. νεμεσᾶν indignari. τοῦ φθονεῖν ab  
 inuidendo. ἐν ἐπιτομῇ in breuiario. πανικὰ, quæ  
 δά tanquã authore pane deo terricula, de quo terrore  
 lege Euripidē in Medea. κοινὰ τοῦ πολέμου cõmunia  
 belli. μώμῳ, liuori. λαμπρά, splendida. ἐν πα-  
 ρόδῳ, in trã scursu. obiter. ἀπρόσιτον non facilē acces-  
 su legitur etiã sic. et quod insidiatoribus eius ἀπρόσι-  
 τον me, nõ modo ἀδωροδόκιτον, id est incorruptum lar-  
 gitione & muneribus præbui. & hæc uidetur mihi ue-  
 ra lectio. κέρως cornu. legitur & κέρωσά, cornuta.

Quæ in quaternione .l.

ὁμημερήματι felici eius diei successu. ἀκροτελευ-  
 τᾶων. extremum. γλυκύπιπρον dulce & amarum, in-  
 terposito inter illud & confirmas, folio 81. ὑπερβο-  
 λικῶς, excessiue. paulo post inter statuas et prohibeo, ad  
 de, κενὰ τέθριππα hoc est inanes quadrigas. κέρω-  
 σα, cornua. ὁδοῦ πάρερρον obiter de ἐνδομύχῳ ar-  
 cano secreto seu penentrali, quod uero sequitur lati-  
 num aliãs sic legitur, probo idem, quod tu posthumæ  
 filie quoniam πότνια uingantur. ὀνονομίαν dome-  
 sticam curam. ὄχηται, euanescit. βαβύτητα profun-  
 ditatem. ὑπομεμψόμενος conquestus. ἐξ ἀφαιρέ-  
 σως, per extractionem, id est per extorsionem. καὶ

πρὸς ἀνατρεπομένην *et* *insuper auersam*. ἀκοινωνήτως *in* *incommunicabiliter* ἐγκηλεύσματα *in* *hortamenta*. τὸ γὰρ ὃ μετ' ἐμοῦ. *quod enim bene est, mecum est*. ἱστορικὸν *historicum*. οὐκ ἔλαβες *non* *sefelliſti*. ἀφελῶς *simpliciter, uel ingenue*. οἰκονομία *domestica cura*. χεδιάζοντα *ex tempore agentem*. πολιταρχία *administrationē publicam*. κέρας *cornu*.

ἰσοδυναμοῦσαν, *æquivalentem* διαίρεσιν *diuisionem*. ἀγραφοῦν *non scriptum*. αὐτονομίαν *libertatem suis utentem legibus*. τὸ παραδοξότατον ἰσότητος *inopinatissimum*. μηδ' ἐν αὐτοῖς *subaudi crede nihil illis*.

ἄπραγματων ἀσυγκλήσεων, *ores inconnectibiles, idest quæ male coherentes simul componi non possunt*. ἀπόδος ἠρακλέους. *ad pedes herculis sic corrige*. ἀνισορροσίαν ἰσότητα *historiarum, et antiquitatum*. ἠπόρησας *dubitasti*. ἄπολιν τῆς ἀρχαίας *Eupolim ueteris. s. comædiæ sic lege*. τί λοιπόν; *quid reliquum?* πολλοῦ γε καὶ δεῖ *multum abest* χρύσεια χαλκείων *iliados? aurea pro æreis. dele ἀντί*.

*Quæ in quaternione. m.*

ἀναντιφώνητον *in quâ contra non aliquid dicam*. αἰδέσθην μὲν ἀνήσασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. *ueriti sunt quidē recusare, timuerunt autem accipere*. παρῖσορῆσαι. *uide an sit scribendum tibi παρῖσορῆσαι idest historiam tradere* προπύλαιον *uestibulum*. ἱστορικώτατος *historiarū peritissimus*. νεόντισσα, *super ædificata*. τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, *in nauium recensione apud homerum uidelicet*. ἀναλογία, *proportio, Analogia*. φλιούσ. ὀπούς. σιπούς. ὀπούντιος ὀπουντίης. *Phlius phliuntis urbs lacedæmoniorum. gentile Phliuntius*. Ὀπυς *opuntis urbs locorum. per contractionem*.

integrum est ὁ ποείσ ὁ ποέντος. O poeis opoentis, ut si-  
moeis simoentis. ab integro opoeris. Gentile est ὁ ποεί-  
σιος opoesius. a contracto opus, Gentile opuntius, ut a  
Trapezus urbe ad mare Euxinū Trapezuntius. Sipus  
Sipūtis urbs Dauniorū in Appulia, quae nūc Māfredo=  
nia dicitur a Manfredō quodā. Gētile Sipuntius ὁ ἡ  
θειαν fatuam simplicitatem πολλὰ δὲ ἐν μεταίχμιῳ Νό-  
τος κυλίνδει κύματ' ὑρέϊνς ἄλός. multos autem in inter  
medio auster uoluit fluctus lati maris. est enim proprie  
μεταίχμιον id spatium, quod est inter duos exercitus.

ἀκοινώνητον incommunicabile. μυστικώτερον, se-  
cretius. τῆς δ' ἀμαρτίας μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέ-  
γω) ἔδοξε μοι πρῶτην, ἐξ ἧν ἀλοζαυόμενος παρεφθέρητο,  
διεφθαρμένα τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων  
τοῦ κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δὲ, μήτι νοήσης  
ἐν δήπου τοῦτο περισκεψάμενος, τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλείας.

Vxoris meae libertus (nosti quē dico) uisus est mihi di-  
dum ἐ uerbis quae incōsyderate protulit, corrumpisse cal-  
culos, seu suffragia ex coemptione bonorum Crotonia-  
eae tyrannidae, timeo nequid intelligas. unū quidem  
hoc si consyderaueris, reliqua tuto ἔ quae sequentur.

τῆς ἀλόχου τῆς ἐ μῆς, ὁ ἀπελεύθερος, ἔδοξε μοι θαμὰ  
βαπτίζων, καὶ ἀλύων ἐν τοῖς συλλόγοις ἢ ταῖς λέχαις ὑπό-  
τι διεφθαρμένα τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπαρχοῦσι τοῖς τοῦ κρο-  
τωνιάτου. Vxoris meae libertus uisus est mihi saepe ga-  
riens, ἔ in conciliabilis ἔ confessionibus nugantium  
aliquid corrumpisse calculorum in bonis Crotoniae.

ἐξλόφους τειχῶν παρέδωκεν αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς  
ἐκ τῶν κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρῶνησιακῶν καί τι-  
νας προνομίσας τῶν κλήρων. τοῦτον δὲ ἔδ' ὀβολὸν δια-  
λύσασθαι πάντων ὀφλιθέντων τῷ δαυτέρου μηνὸς τῆ ναυ-

μινία. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ ὄντα ὁ μὲν μὲν τῶν κ-  
 νωνος πατρὶ' μηδ' ἐν ὀλοχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν  
 πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώσῃτε, δεύτερον δὲ ἵνα τῶν τό-  
 κων ὀλιγορήσης τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας ὅσας  
 αὐτὸν ἠνέγκαμεν. σφῶδρα δὲ δοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς  
 ἡμᾶς κατασκευόμενος, καί τι χεδὸν ἐλπίσας. ἀπογνῶς  
 δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐπειπὼν, ἀχρὸν τοι διυρόν τε μένειν,  
 κενεὸν τε νέεσθαι. Sex tumulos murosū, tradidit, séqz  
 debentem mnas ex bonis crotoniatarum, & cherrhone  
 sitarum, & quasdam immunitate donans hæridiates.  
 hunc autem ne obolum quidem dissoluisse ex omnibus  
 debitis secundi mensis Calendis. Libertum autem eius  
 existentem cognominem Cononis patri, nihil proxus  
 curasse. hæc igitur primū, ut omnia cōseruetis. Deinde  
 ut neq; usuras negligas eas, quæ sunt à præcedēti die  
 quot dies ipsum tolerauimus, uehemēter timeo, et enim  
 aderat apud nos exploraturus, et aliqd propè sperās.  
 Desperans autem sine ratione destitit, fatus, turpe diu  
 manere, & inanem redire. τὰ μὲν διδόμενα quæ  
 dantur. λελιθότως latenter ἄλλο πρόβλημα, alia  
 quæstio. ἐξακανθίζην, ex spinare, spinas euellere.

πυρὸς εἰς δ' ἡμὸν triticum in populū. προπυλαίῳ,  
 uestibulo. ἐπεχε hæsitabūdus intende. i. animaduer  
 te ἐποχῆς animaduertentiæ. παλιγγενεσίαν rege-  
 nationem. Quæ in quaternione. n.

ἀχρὸν σιωπᾶν. turpe tacere. σύγχυσις confusionē  
 παραφύλαξον, obsequia. τὴν τοῦ φωρατοῦ φιλοτι-  
 μίαν αὐτότατα. deprehensoris ambitionem ipsissime.  
 κενὸν inanem. ἄτυφον nec ambitioso fastu uacua-  
 tem. ἐπετα deinde. ἀθέτησις improbatio. ἐποχὴ  
 cunctatio. τοῦτο μόνον ἐρώνησέ με. hoc solum corrobo-

ἴσχυσις

*rabat me. sic lege.* ἐπιέυχρονία *corrigē* ἐπιχρονία  
 ἐποχή. *Diuturna dubitatio.* φιλοτιμία *ambitio.* πρὸ  
 βλῆμα, *quæstionē.* ἀλλ' ἐμὸν ἔποτε θυμὸν ἐνὶ σήθεισιν  
 ἔπειθε πατρίδος *odisse asi.* *Sed meū nunquā aiūm in pe-*  
*ctoribus persuasit patriæ.* αἰδέομαι, *uereor.* τρώας,  
 καὶ τρωάδας *troas & troadas* πολυδάμας μοι πρῶ-  
 τος ἐλεγχέειν. *Polydamas mihi primus probrium.*  
 ἐπίκτητος, *acquisititia uel aduētitia.* ἐκβολὴ λόγου,  
*egressio orationis.* ἀπόριστον *lege idest comparabi-*  
*lem, facilem cōparatu.* φουράτις, *permissor idest per-*  
*turbator* ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι, ἐάσομεν ἀχνύμε-  
 νοίπερ *iliados τ* *sed hæc quidem facta esse sinamus l i*  
*et dolētes.* *In hac epistola post ita puto deest ἄμεμπτος*  
*non accusanda.* *απουδάζοντα serio agentem.* τῶν  
 νεωτέρων *iuniorum,* *quod uero sequitur ἢ απουδάζοντι*  
*forte abundat* αὐτόχθων. *natiua, et indigena.* σορ-  
 γὴν φυσικὴν, *amorem naturalem.* πρὸς τὰ τέκνα. *in*  
*filios.* ἀμεταμέλιτος *nō penitenda.* τὸ σκάφος τῶν  
 ἀτρεδῶν. *nauium atridarum.* σύντομα *compen-*  
*diosa.* ζήτημα *quæstionem.* τεκμηριώδες *conie-*  
*cturale.* τοῖς ἀπαντῶσιν, *occurrētibus.* δὴχρησσε  
*inutilia.* ἀπότριται, *abstergito. sic lege.*

*Quæ in o quaternione.*

αὐτὰρ ἂν τῷδε μείζον ἔποιτο κακόν. *neq; enim hoc*  
*maius sequi poterit malum.* ληνίς, *bacchis.* ali-  
 τερ λήψις, *deprehensatio* ἀβδηριτικὸν *abderiticum.*

ἐμπολιτεύομαι σοι. *In rep. uersor tibi.* πολιτικὸν  
 σκέμμα *civilis consyderatio.* φιλοσοφώτερον διακρι-  
 τῷ μὲν *contemplatiuis dijudicabimus.* σύγχυσιν τῆς  
 πολιτείας. *cōfusionem reip.* ὕπνος νήδυμος. *somnus*  
*suauis uel profundus.* ἄμορφον ἀντιπολιτεύομενον



χρεωφιλῆτιν. *deforme, & turpe est, aduersantem in  
 rep. debitorē esse.* Διακρινήσῃς πρόβλημα πολιτικόν.  
*dijudicabis quaestione civile.* τὸ καλῶ, *honesti.* χρεῶν  
 ἀποκοπὰς. φυγάδων καθόδους. *tabulas nouas. exulum re  
 stitutiones.* τὴν θεῶν μεγίστην, ὡς ἐχρῆν τυραννίδα, *Dea  
 rum maximam, ut obtineat Tyrannidem. est autem Se  
 narius Euripidis in phænissis.* ἐν χολάζῳ *otium consu  
 mo.* ἀπορῶ *dubito uel hæreo.* ἕτω που τῶν ἐμπρο  
 σθεν ἐπιθυμοῦμεθα. *adeo nos præteritorum desyde  
 rio tenemur.* ἐπίσκοπον *speculatorem, & præsidem.*  
 φαλαρισμὸν *Phalaridis imitationē.* ἀδέομαι τρῶας  
*uereor troianos.* ἀπορίαν, *dubitationem.* τρῶα *Tro  
 em. troianum.* ἀσρατήγητος *regendi exercitus igna  
 rus, uel arte imperatoria carens.* πρὸς τὸ ἀσφαλές  
*ad tutum.* μάντις δὲ ἄριστος, *uates optimus.*

*Quæ in p. quaternione.*

σεσωδῆσερον *magis Sestiane.* ὑπεκθέμενος *exponens*  
 τῆς ἀνδρισίῳδον, *quod falso Hesiodo ascribitur, atq; ita est  
 legendum.* μὴ δὲ δίκην *neq; causam. totum carmen est,*  
 μὴ δὲ δίκην δικάσεως πρὶν ἀμφὸν μῦθον ἀκούσεως. *ne cau  
 sam ante iudicaueris, quam utriusq; partis causam au  
 diueris. est enim carmē Phocylidis. nō Hesiodi. dele igitur  
 μὴ δὲ δίκην* Καὶ συναποθανεῖν. *et simul mori. com=  
 mōri.* φαινοπροσωπεῖν. *ostendere faciē lætam.* σκέμη  
*μα consideratio. ἀπορία dubitatio.*

*Quæ in q. quaternione.*

πολλὰ μαθεῖν, καὶ ῥαθυμῶν δῆτα. *multa discere, & se  
 gnem esse postea.* ἀπροσηγορήτους *in salutatos.* τὸ κα  
 λὸν *honestum.* ποιείσθων ὅ, τι χρῆν, καὶ παλαμάσθων δῆτ'  
 ἐν ἐμοί, καὶ τεπτανεῖσθων. *τὸ γὰρ αὐτὸ, μετ' ἐμοῦ. faciant,  
 quod opus est, & comminiscantur utiq; in me, et fabri-*

centur, quod enim bene est, mecum est. πολλὰ χάρειν  
 τῷ καλῷ, multam salutem honesto, id est dicit. hoc est ua-  
 le at honestum. ἀγενῆ generosa. nobilia. συνδιημερεύο-  
 μεν, simul diem traducimus. τέρας, monstrum. σκο-  
 πος, intentio. προθεασίω, præfugio. ἰλιάς, ilias. πε-  
 ρὶ ὁμονοίας, de concordia.

Quæ in τ & s quaternionibus.

με μί μοιρον, querulum, ac uiperonem, uel quod  
 magis placet οἰωνοῦ με μί μοιρον, infausti augurij que-  
 rimonia. ἀπολιτικώτατον maxime civilis gubernatio-  
 nis expertem. ἀσρατιζικώτατον maxime imperatoriae  
 artis ignarum. ἀπαντήσας, occursus obviam. αἰδέο-  
 μαί τρώας. Vereortroas. κενόσπουδα inanis studij ple-  
 ηα. ἀναπάντητον, in quo nemo occurrat. ὑπὸ τὴν δέ-  
 λην. uesper. ἀπαρρησίασιν spem honesti carentem. νό-  
 licentiosam & liberam. id est scit se non posse audacter  
 queri de me τίς δ' ἐστὶ δούλος, τοῦ θανεῖν ἀφροντίσων;  
 Quis nam est seruus, de morte securus qui sit? quia qui  
 non metuit mortem, non potest esse seruus. est iambicus  
 Euripidis puto in Horestæ. ἀσμενέσερον gratiorem, lu-  
 bentiorem. θῆσας materias. Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρί-  
 δι. Τυραννομένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος  
 κατάλυσιν πρακτέον, καὶν μέλλῃ διὰ τῆτο περὶ τῶν ὄλων  
 ἢ πόλις κινδυνεύειν. Εἰ δολαβιτέον τὸν καταλύοντα, μὴ  
 αὐτὸς τι πάθει, ἢ πρακτέον ἀριζην τῇ πατρίδι τυραννι μέ-  
 νη μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ. Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχω-  
 ρίσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννι μένης, ἢ διὰ παντὸς  
 κινδύνου ἴτεον τῆς ἐλευθερίας πέρι. Εἰ πόλεμον ἐπρακτέον  
 τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκιτέον ταύτην τυραννι μένην. Εἰ καὶ  
 μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραν-  
 νίδος, συναποσχεπτεόν ὁ μως τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς ἀνεργέσι

ταις, καὶ φίλοις συγκινδυνυτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, καὶ  
 μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλοῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. Εἰ ὁ μέγιστος  
 τὴν πατρίδα ἀεργετήσας, εἰ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεστα πα-  
 θῶν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνύσθην ἀν' ἐβελοντῆς ὑπὲρ τῆς πα-  
 τρίδος, ἢ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτῷ ποτε, καὶ τῶν οἰκίων αὐτῷ  
 ποιέσθαι πρόνοιαν ἀρεμῆν ὡς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπο-  
 λιτείας. *An manendum in patria. ea uero tyrannide*  
*oppressa, an quouis modo tyrannidis destructio facien-*  
*da est, etiam si ciuitas de summa rerum periculum subi-*  
*tura sit. Vtrum cauendum sit tyrānidē destruenti, ne*  
*quid ipse patiatur, an tentandum ferre opem patriæ*  
*tyrānide potius oppressæ, quàm in bello. Vtrum ciui-*  
*le sit, secedentem aliquod, quiescere, oppressa à tyranno*  
*patria, an quodcunq; subeundum discrimen pro liber-*  
*tate, an bellum inferendū regioni, eamq; obsidēdum à*  
*tyrāno oppressam. Vtrum quālibet non probanti de-*  
*structionem tyrānidis per bellū, simul tamen cum opti-*  
*matibus auertenda sit ipsa. s. tyrannis, an cū benefacto-*  
*ribus, & amicis unā periclitandū, in administratione*  
*reip. etiam si non uideantur recte de summa rerum ini-*  
*uisse cōsiliū. Vtrum de patria bene meritis, ob eamq;*  
*causam grauissima quæq; passus, & iniusus, ultro pro*  
*patria discrimen subire debeat, an permittendum sibi,*  
*ut sui ipsius interdum, & familiarium prouidentiam*  
*habeat, dimissis aduersus potēters reip. cōcertatiōibus.*  
 Corrige græcum, ut hic habetur. τῶν προ ὕρρητι quæ  
 sunt ex re. ἀκοιρος intē pestiuus. ὡσο μὲν ὡς bono sto-  
 macho. vñ δ' ἄμα τ' ὠκύμορος, καὶ δ' ἰζυρὸς περὶ πάντων  
 ἔπλει, nūc αὐτ, simulq; breui moriturus, et erūnosus su-  
 pra oēs es. αὐτίκα τεθναίν, ἐπεὶ δὲ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρω  
 κτενο μὲν ὡς παμῦναι. *utinā statim obeam, poste aq; nō*

*erā socio interfecto suppetias laturus. ἑταίρω sodali.*  
*ἀεργέτη benefactori. ὕδ' ἐμοῖτορ' ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλό-*  
*λιτοι. neq; enim mihi cor firmum, sed uagatur. ἀχρῶ*  
*φαντασίᾳ, inhonesti imaginatione. ἐν δυνάμει in pote-*  
*state. σύν τε δ' ἔρχομένω. pariterq; duo euntes, imitiū*  
*carminis ex Iliados κ. τὸ συνέχον, cōtinens. ἀπάντησις*  
*occurfus. πολίταν μα αἴτιο de ter. μὴ μοι γοργέην κε-*  
*φαλήν δεινοῖο πελώρου. ne mihi gorgoneū caput horrēdi*  
*et grauis monstri, carmē ex odysseæ λ. εἰδῶσι λέγω, sciē-*  
*tib. dico. ἀχαριστίας ingratitude. ὅπως ὠραῖος, ut tē*  
*pestiuus. μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσπύξομαι*  
*αὐτόν; mentor, quonā modo adeā, et quonā modo am-*  
*plexabor ipsum? θέσις materias. Διονύσιος ἐν κορίν-*  
*θῳ. Dionysius Corinthi. τότε μοι χάνοι ἀρῆα χθάν. tūc*  
*mihi dehiscat lata terra. ἐν τοῖς ἐρωτικῶις, in amatorijs.*

*Quæ in t. Quaternione.*

*ἀλογίστως, inconsiderate. ὑποκορίζων, blanda uoce*  
*utens & sic legas. χρῆσμός, oraculū. ἀπρονδον impra-*  
*cabile, seu nullis sedandū inducys. φιλόπατριν καὶ πο-*  
*λιτικὸν, studiosum patriæ, & ciuilē. ἢ ἐκῆνα, ἢ illa.*  
*ἀπορῶ, dubito. σεμντέον, acquiescendū. τὸ μέλλον*  
*καρραδοκίης, quod futurū est, expectabis. ἐν ἀπολογίᾳ*  
*τινί. in excusatione quadam. ἀσμενον. lubens. aliter*  
*ἀσμενέσατον, lubētissimum. νεκίαν, turbā mortuorū.*  
*πολιτικὸν, ciuilem. μικροψυχίαν, pusillanimitatē et*  
*sic legēdū. ὠδάμονα, felicē. ὕκ' ἐς' ἔτυμος λόγος, nō est*  
*uerax sermo. Sunt autē uerba Stefichori quæ citantur*  
*à Platone in Phædro. ὀνημερίαν felicē diei successum.*  
*συναγωγὴ collectio. σαλπίζην, tuba canere. πλάσμα*  
*figmentum. γουτείαν præstigationē. πρῶτανόκηνη per*  
*suasionē necessitatis inferentē. αἶ γὰρ τυράννων δειήσας,*  

*inquit*

inquit πλάτων, οἷός' ὅτι μεμιγμένον ἀνάγκη εἶσιν. Tyrannus enim preces, inquit Plato, nosti quod permixtae necessitatibus sint. ὑπηρεσίαν, ministeriū. ἀδελφονῶν, se excrucians. διατροπὴν apparatus uel imitationē. αὐθεντικῶς auctoritate quadā domini utēs. ἄλλα μὲν αὐτὸς alia quod ipse, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, alia autē uel Deus suggeret. Quae in. u. et x. quaternionibus καταταγῆς. procella, tempestas, & sic est legendū. ἄλλὰ τελέαν, sed perfectam. ἀναθεώρησις speculatio. ἄλλὰ μέγα ῥέξας τί καὶ ἐσομένοισι πυθῆσθαι. Sed magnū scimus edens, quod uel à posteris audiatur. Homeri carmē est ex odyssea puto in primo lib. τῶν πολιτικῶτάτων σκέμματα. maxime civiliū consyderationes. ἐκφώνησις τέρας, exclamatio delectat. ἄλωσις, captiuitas. πολιτευτέον, uersandū in rep. τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βυλῆς κρᾶτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλείστον τοῦ γενησομένου ἀριστος εἰκασίς, τῷ subito praesentiū per minimū cōsiliū optimus cognitor, τῷ futuroῦ in longitudine euētus praestātissimus cōiectator. τὸ ἄμεινον, καὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανέσιν προεώρα μάλιστα. melius et deterius in obscuro adhuc latitātia prauidebat maxime. πλοτοδοκῶν ditē expectās. σορῆς, amoris. σύντηξις, colliquatio. ζηλοτυπία, Zelotypia, obrectatio, emulatio. σκυτάλην λακωνικὴν. sciticā laconicā, Scytalen. ἀρχή, principiū. ἀνιθοποίητον, nequaquam formatis moribus. ἦθος ἐπιμελιτέον, moribus adhibēda diligētia. ὑπυλον, subdolum. ἀφρακτώ, detecto nauigio. σφάλμα, error. ἀρχὴν πολιτικῆς principium civilis. ὡς κοιλιολυσίαν γίνεσθαι usque adeo ut profluum uentris fieret. ἐκτίθειεν. propensionē. ἐπὶ ἀμνιᾶϊον αὐτόμησεν Septimestrem salua reperit. κωρυκαῖσι Corycaei

Quæ in aa quaternione.

προντικώτερον Senilius. λέγει confabulatio. τί γάρ  
αὐτῶν μέλις; Quid enim eorū cura est? βεβίωται, uī  
ta traducta est. πρόβλημα, quæstionē. ἀγοιτώτως sine  
præstigijs, ἔστω. μακάρων νῆσοι, beatorum insulae.  
πάθος affectu. σκέψαι cōsidera. ἀλογίως μελλήσθ  
sine ratione cunctabitur uel morabitur, et scribe, næ talis  
uir, affirmatiue. ἐμβριθέσερον grauiorē. πρόβλημα  
ἀρχιμήδειον, quæstio archimedea. ψαδῶς falso. ἄκουσ  
μα, auditio. ἔρανον, collationē. διψῶσαν κρήνην, siticæ  
losum fontē. ἡρινὴν uernῆ. ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀπὸ σκήτης; quō  
nā hæc modo excusabis? γεωμετρικῶς more geometri  
co. ἀρχέτυπα, exēplaria. θεωρίαν speculationē τέλος  
finem. ὡς ἀπεραντολογίαν δός. cui in finitā loquacitatē  
tribue. συμπαύω, cōdoleo. ἀποθέωσιν deificationem.  
γνώριμος familiaris. μεταρμόζομαι, adaptor. ἀνε  
μίσητον γάρ, nulla enim inuidia est.

Quæ in bb quaternione.

τετυφῶσθαι tumefactū esse. ἀλόγως sine ratione. συβ  
βουλευτικόν, deliberatiuū. ἀριστοτέλης πρὸς ἀλέξανδρον  
Aristotelis ad Alexandrū. φιλαίτιος συμφορά. que  
rula calamitas. πρόπλασμα, præfigmentum.

Quæ in cc quaternione.

οἰκοδεσποτικά, patris familias officia. συντάγματα  
opera. ἀκηδία, incuriositas. ἀνεκτότερα tolerabiliora.  
τῆτο δὲ γνώση hæc uero intelliges. ἀπόγραφα descri  
pta. καταβίωσιν, tenuem uictū uel depressionē uitæ.  
ἄλογον, rationabile. ἀλογώτατον maxime rationi con  
sentaneū. πανατίειν περι προνοίας, Panetij de providē  
tia. ἐκτενέσερον contentius. φιλοσοφώτερον amātius.  
ἄφατα, infanda. ἀδύνητα, inenarrabilia. ἀκαιρως

opportune. παρὰ τὴν ἱστορίαν, *præter historiam*. κοινότε-  
 ρα *communiora*. ἔγερ' ὄντος, *non enim opprobrium*.  
 φιλολογώτερα, *eruditiora*. προσφώνισιν, *nūcirationē*  
*καλλιπίδης Callipides*. αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, *ipsa*  
*mensura, & melius*. αἴνε δύνῃαι, *si possis*. περὶ τελῶν  
*σύνταξις, de finibus oris*. ζηλοτυπεῖσθαι *obrectari*.  
 φιλοκτία, *amor sui*. ἀπορῶ *dubito*. μέμψιν *ac-*  
*cusationem*. παρὰ τὸ πρέπον, *præter decorum*. ἀπαι-  
 δασία. *ruditas*. ἀτρεφία, *pertinacia*.

*Quæ in d d quaternione.*

πολυγραφώτατος *plurima scribens uel lucubrantissi-*  
*mus*. ἀκίνδυνα, *periculo carentia*. φιλόδοξος *ambitio*  
*sis*. ἀκαταληψίαν *incomprehensibilitatem*. κωφὸν πρό-  
 σωπον *muta persona*. ἀζηλότυπον, *æmulo carens*. λο-  
 γικώτερα *probabiliora*. ἔρμαῖον, *insperatum lucrum*.  
 φιλάτιος *querulus*. δεδεῖχθαι *ostensum esse, uide an*  
*sit scribendum* δεδῖπασθαι, *metuere. uel δεδιέναι. μὴ γὰρ*  
*αὐτοῖς ne enim ipsis*. προβολὴν *ingressum*. λόγῳ σιν  
 ἔρμόδωρος *uerbis Hermodorus*. προσφωνῶ *nūciratio-*  
*ἀδωρότατα in donata*. ἔωλα, *obsoleta*. περὶ μικρὰ σπου-  
 δάζειν *paruis studere*. ἀπόλως *facile*. ἀγενέστερος. *ge-*  
*nerosior*. ἀσμενέστατα *libentissime*. τὰ κατὰ μέρος  
*particularia*. ἀλογίαν *honestā rationē*. συμβίωσις  
*coniunctus*. ἀσχετῶς *sancte*. διφθέραι *pelliceæ nestes*.  
 ἀσαφέστερος *obscurior*. δεινὸς ἀνὴρ *τάχονεν καὶ ἀνάτι-*  
*ον ἀτιώωτο grauis uir et qui forte uel insontem accuset*.  
 περιοχὰς *argumēta*. ἐπί τουγμα *lucrum*. qd̄ *acgritur*.  
 ἀπό τουγμα, *damnum*, uel qd̄ *amittitur*. παρακινδυνάζειν  
*periclitari*. μειλισμα, *mitigamētū*. σπουδή, *studium*. ἀρι-  
 στουμα, *sedes rei quæ dedicatur*. τὸν τύπον μετὰ πρὸς θεῶν  
 τροποφώρησον. *elatioi meæ p̄ deos moyē gerito*. κολάζειν

αἰσθῆσαι. πολιτικὸν σύλλογον civilē cōuentū. καταβά  
σιως, descensus. περὶ ψυχῆς, de anima. διάσημίων, p  
notas. πομπῶσαι καὶ τοῖς προσώποις. ostētare etiam  
p̄sonis. δυσωπία, uerecundia. ὀλοζῆν, benedicere.

Quæ in e quaternione.

Ἄξιόπιστος, fide dignū. φοβερὸν ἦν. formidabile erat.  
Ἄνεμοφόριτα, mentis dissipata. οὐκ ἐπέσισε nō aduer  
tit. πότερον φανερώς, ἢ σκολιᾶς ἀπάταις. utrū aperte,  
an obliqs fraudibus. δίχα μοι νόος ἀτρεκέως εἰπῆν. ābi  
git mihi mēs uerū dicere studiū uel ingeniū. φιλοτέχνη  
μα, cōmiscēdi artes. τὰ ὅλα, cuncta. καὶ μάλα κητι  
φῆς, et admodū tristis. σὺ δὲ, τί σύννεος; tu uero, qd cogi  
tabūdis? μνημονικὸν ἀμάρτημα memoria error. ἀλό  
γως, temere. μέμψιν ἀναφέρῃ accusationem adscribit,  
πρὸς ἴσον ὁμοιον ad æquale simile. ἀκολακόντως, sine  
assentatione. ἐμετικὴν, vomitū. ἀδεῶς, itrepide. οἶπε  
ρι αὐτὸν, q̄ apud eū. σπουδαῖον ὑδὲν studiosum siue seriū  
nihil φιλόλογα, eruditula. ἐπισαθμίαν, diuersoriū. σα  
λόκω μα inanē iactantiᾶ. φάλαιρωμα, caluitiū. διάθειν  
affectū. ἐπισημασίαν, designationē. φερμὸς πολὺς,  
permisio multa. ὠρίπισα, instabilia, ab εὐριπο. νεω  
τερισμῶ, in nouationis. σόλοικον ἢ τυραννοκτόνους, in sul  
sum et ineptū q̄ tyrānicidas, πεπυκνωμέναι densata.  
πυκνῶς, dense.

Quæ in ff quaternione.

Υἱὸν pro γῆς, terrā pro terra. ὑπινέμιος subuentanea.  
ἀκολασίαν, nequitia uel intemperantiᾶ. ὠπράξιος κα  
λῆς μὲν, ἀτελῆς δὲ. Ὁ ρῆ pulchrā qdē, sed im pfectā.  
ἄτοι τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμικῆ ἔργα, Ἄλλὰ σὺ  
ἰμερόντα μετέρχο ἔργα λόγιοι. haud tibi fili mi, data  
sūt bellica gesta, sed tu amabilia exerce officia literariū.  
ἀριστῶν præclare gestū. μιλῆσ. cura erit. ἀνέκδοτον  
non editum.



non editum.

Quæ in quaternione gg.

καβολικόν θεώρημα, uniuersalē speculationem. μή πολιτεύεσθαι non administrare remp. ὑποσόλοιμα, incongrua. βεβίωται uita transacta est. πᾶν τελικόν omne quod ad finē pertineret. φαινοπροσωπιτέον hilarari uultu agendū est. ἴτεον, eundū. ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπὸ θῦνται φόρον, alijs in bonis. de decus autem repellunt. est autē senarius. cuius prima dictio scribi fortassis posset ἄλλης. i. κατὰ τοῖς uel exilij. ὑπατικὸς κόσμη λaris. πεντελοπὸν qnq; qd̄ reliquū est. Sed uide ne μέδῃ ἰολευerit. ἄνω ποταμῶν. retro fluminū. s. cursus ἔσ. ἀπορία dubitatio. παρεχρήρησις conatus. ἀνθρακίος, carbonarius.

Quæ in quaternione hh.

ἢ δ' αὐρ' ὀδὸς, τί σοι δύναται νῦν θεοπρεπές. iter hoc tibi quid potest nunc ὀ deo digne. idest quid tibi uult.

βλασφημίαν, maledictum. κατηχῆσει instructione. sic lege. ἐὰν διαμένῃ, si permanserit. ἀναντιφωνησίαι in contradicētia τὰ περὶ τῆ καβήκοντος, quæ de officio. προσφωνῶμεν, nunciatus. συντάξεις commentationes. μέτωρος animi pendens. φιλοφρόνως benigne πεπικνωμένως dēfate. ῥητοράουσι, rhetorissant. φιλοσύργως, per amanter. ἀνεκτόν, tolerabile. χεδίασμα, ex tēpore factum. πάχωτί, patior aliqd. πλῆς nauigatio. ὑπόμνημα commentariū. ψευδὸς γραφον, falso scriptū.

Quæ in ii quaternione.

ἀτοπώτατον, absurdissimū. βυλῆσι, uolūtate. ἄμην χαίνια, inopia cōsiliij uel anxietas. ἀθήσασθαι, iducias facere. ἐβδελυθόμεν, abominabar. ἔλθωμεν, eamus. ἐνωμοτία decuria, uel authoratio à sacramēto militari. ἄλλος πολὺς, nigæ multæ. παρὰ λέξιν, præter uerbū. ὁμοπλοία societate nauigandi. μετωρότερον, si-

spensiore animo. ἀσφαλὲς tutum. ἀγοιτὰ ὅτως sine præ  
 stigijs. μακάρων νῆσοι, beatorū insulæ. σκέψαι consy  
 dera. ἀλογεῖται nulla ratione utitur. μελήσῃ cura  
 erit. ῥοπή momentum. μετ' ἄμύμονα post inculpātū  
 alludit autē ad illud Homeri. μετ' ἄμύμονα πηλῶνα.  
 ἄμβροτος immortalis. συναγωγὴ collectio. σύγγραμ  
 μα, conscriptio. ἀνεμέσητα, inuidia carētia. ὀθανασίᾳ  
 felici morte uel ἄθανασίᾳ immortalitate. χόλιον ἀνοτα  
 tumcula. ἀπολορισμὸν συντάξομαι, defensionem com  
 ponam. ἀναπόλοριτον, qđ defendi nequit. δυσχρισίᾳ  
 difficilis usus.

Quæ in quaternione κκ

πηρᾶσθαι παραλύσθην, tentare dissoluere. ἀκαιρίαν  
 occasionem. ἀσφαλίαν securitatem. σκέψομαι cōsy  
 dero. ἀριστέρα uirilitas, uel strenuitas. παῖδας παίδων  
 natos natorū. εἴθε μοι μυρία, utinam mihi infiniti. συμ  
 μενῆσα cōstantia. εἰρανεῖα dissimulatio. πεπλογραφίαν  
 perli descriptionē. ταξιάρχης ordinis ductor. τὰ κει  
 φάλαα, arpta. περὶ τῆς κατὰ περιστάσιν καθήκοντος de  
 officio circa aduersitatē fortunæ. δολιχὸν πλοῦον ὄρμασ  
 νοντα. Longam navigationem cū arpesceyē. ἀπροσδό  
 κητον inexpectatū. ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντα ad sinistra ha  
 βētē. ἐν πολιτικῷ in civili. sic lege. μὴ δὲ σωθῆιν, εἴ ποτε  
 τοῦτο. ne saluus qđē fiam, si unq̄ tale. aliter et melius  
 μὴ δὲ σωθῆιν ὑπὸ τῶ τοῦτο. ne salutē cōsequar ab hoc.

Quæ in quaternionibus. mm. pp. qq. rr. ss.

ἐμφαντικώτερον expressius, et euidentius. ἀλλὰ αἰ  
 εἴ τινα φῶτα μέγαν. Sed semper quendam hominem in  
 gentem. ὄρθαν τὰν νῆων. ἀπαξ θανεῖν. rectam nauim. se  
 mel mori. προφημονομήσαμεν, præcitrauimus. ὀκαι  
 ρως, opportune. ἑλικρινὲς syncerum. μεσοπάταρος,  
 uersificator obstreperus. ἀντίκτον æquilibrem, seu

recompēsantem. ἢ δ' ἔλυσας ἐν τῇ γαλα. Si uero uixisset  
in terra. ἔα πάσας μελιθόνας, mitte omnes solitudi-  
nes. τοιαῦτα ὁ τλήμων ἐργάζεται πόλεμος. talia eru-  
mnoſum bellum efficit. πραγματικῶς, negotialiter  
ἀμφιλαφίαν, ancipitem anſam ὑπερβολὰς exceſſus ſic  
lege. συνδῆπνος σοφοκλῆς. concœnatores Sophoclis.  
γλαῦκαίς ἀθήνας. noctuam Athenas. ῥαθυμώτερα,  
ſegniora. χαρακτήρ, Stylus. φιλαλήθως, ingenue.  
ἀποδυτήριον exſpoliatorio. δυντήρας φροντίδας, Secū-  
das curas. γνώθι πῶς ἄλλω κέχρηται, noſce, quē admo-  
dum alio uſus fuerit. ἐμβόλιον interpoſitionē. ἀπό-  
ταυγμα, repulſam τεχνικώτερον artiſicioſius. ἐνθε-  
ſιας μὸς diuinus furor. ἄρη πνέων martem ſpirans.  
ἀμπωτίς abſorptio. αἰὲν ἀριθύνει καὶ ὑπέρροχον ἔμε-  
μεναι ἄλλων. ſemper ſtrenue gerere, et præſtantem eſſe  
alijs. folio 326. lege πλείον quæris. plus quæris. uel for-  
taſſis χρέος debitum. γνώθι ſεαυτὸν, noſce teipſum.  
ἢ ματ' ὀπωρινῶ, ὅτε λαβρότατον χεῖρ ὕδωρ ζῶς, ὅτε δ' ἡ ἀ-  
νέρωι ποτε ἀάμενος χαλεπήνη. Die autumnali cū abi-  
dātiffimam pluit aquam Iupiter, cum iam hominibus  
iratus ſuacēſet. τότε μοι χάνοι ὀρθῶ χθῶν. tunc mihi  
dehiſcat lata terra, & ſic eſt ſupplendum. ὁ δ' εἰ μαινέ-  
ται ἔτι ἀνεκτῶς. hic autem furit nō amplius intoleræ-  
biliter. Hæc nos curſim qdē, ſed diligenter interpretatū  
ſumus, adiutore uiro doctiſſ. & compatre meo cariffi-  
Marco Muſuro, qui tanto mihi caſtigandis libris adiu-  
mento aſſidue eſt, ut, ſi duo præterea tales arguua tulif-  
ſet terra uiros ἐμοῖς ἀμφοτέρωθεν, ſperare breui optū-  
mos quoſq; libros utriuſq; linguæ daturū me ſtudioſiſ-  
emendatiſſ. Vale mi Cyulane, et gentis tuæ, & patriæ  
ingens Decus. V. en. V. Cal. Iul. M D XIII.

## EXEMPLVM.

## ALEXANDER PAPA VI.

NIVERSIS, & singulis præsentis lite-  
 ras inspecturis salutem, & apostolicam  
 ben. Quoniam dilectus filius Aldus Ma-  
 nutius Romanus ad communem doctorum  
 utilitatem nouis excogitatis characterum formis, assiduam  
 operam libris emendandis, imprimendisq; impen-  
 dit, magnosq; in ea re labores, sumptusq; facit, uere-  
 turq; ne insurgente inuidia, æmulationeq; excitata, ali-  
 qui sumpto de eius characteribus exemplo, ad eandem for-  
 mam libros imprimant, deq; alterius inuento nouum  
 sibi lucrum quærant, Iccirco nobis fecit humiliter sup-  
 plicari, ut eius indēnitati de opportuno remedio prouide-  
 dere dignaremur. Nos, quoniam ea, quæ ad literatorum  
 commoditatem spectant, libenter annuimus, huiusmo-  
 di supplicationibus inclinati, ut ingenia ad plura, me-  
 lioraq; in dies inuenienda excitentur, libriq; sublata  
 omni æmulatione diligentius prodeant impressi, & emē-  
 dati, confidentes de diligentia dicti Aldi, de cuius do-  
 ctrina, & in libris emendandis studio fidedi gnorum  
 testimonio facti sumus certiores, omnibus, & singulis  
 impressoribus, & artem ipsam in Italia exercen-  
 tibus sub excommunicationis, illis autem, qui in Alma  
 urbe nostra, et terris nobis mediate, uel immediate sub-  
 iectis morantur, sub eadem & confiscationis librorum  
 impressorum pœnis, quas contrafacientes absq; alia de-  
 claratione eo ipso incurrere uolumus, districtius inhi-  
 mus, ne per spatium decem annorum à tempore cuiusuis  
 libri, tam græci, quàm latini ab eodē Aldo impressi il-

lis ipsis, aut similibus characterum formis pro eorum  
uoluntate, aut ad instantiam quaruncunq; personarū  
cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilita-  
tis, præ eminentiæ, uel conditionis fuerint, quouis quæ  
sito colore imprimere, aut imprimi facere quouis modo  
præsumant. Volentes, ut omnes, & singuli librorum  
uenditores, penes quos dicti libri, etsi extra Italiã im-  
pressi essent, inuenti forent, similes poenas incurrant.  
Mandantes nihilo minus dilectis filijs nunc, et pro tem-  
pore locorum ordinarijs per ipsam Italiã existentibus,  
quatenus per se, uel alium, seu alios faciant authorita-  
te nostra, inhibitionem nostram huiusmodi inuolabi-  
liter obseruari, contradictores per censuras ecclesiasti-  
cas, et alia opportuna iuris remedia appellatione post-  
posita compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, au-  
xilio brachij secularis, non obstantibus constitutioni-  
bus, & ordinationibus apostolicis, cæterisq; contrarijs  
qbuscunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrū sub an-  
nulo Piscatoris. XVII Decembris. M. CCCCII.  
Pontificatus nostri anno Vndecimo.

## EXEMPLVM.

DILECTO FILIO ALDO MANV-  
TIO CIVI ROMANO, VTRI-  
VSQVE LINGVAE LI-  
BRORVM INSTAV-  
RATORI.

IVLIVS PAPA II.

dilecte fili salutem, & apostolicam ben-  
d Cum tu, cuius personam multis uirtutum  
donis insigniuit altissimus, magna tui in-  
genij uiuarijsq; laboribus, & excellenti  
doctrina deo nostro authore, quàm plurima græcorū,  
& latinorum authorum librorum uolumina summa  
cura, & diligentia castigata à paucis annis citra ad cō-  
munem omnium literatorū utilitatem characteribus,  
quos uulgus cursiuos, seu cancellarios appellat, imprim-  
m tam diligenter, ac pulchre curaueris, ut calamo con-  
scripta uideantur, librosq; alios, ut pote Platonis, Aristot-  
elis, & aliorum philosophorum, authorumq; maio-  
rum, ut dilectus filius nobilis uir Albertus Pius de Sa-  
baudia Carporum comes, carissimi in christo filij no-  
stri Maximilianū electi Imperatoris semper Augusti  
apud nos orator nobis exposuit, sis paratus eisdē cha-  
racteribus excudere, & in lucem mittere, quæ res stu-  
diosorū animos non solū uehementer delectabit, sed eti-  
am mirum in modum ad studia accendet, Proinde Al-  
bertus ipse, ut bonarum artium, ac literarum præcipu-  
us est cultor, ita uirtutis tuæ, laborumq; tuorum ratio-  
nem haberi desyderans, ut in dies de bono in melius  
proficere et emendandis græcis, ac latinis libris huius  
modi, quod (ut accipimus) diligentissime facis, commo-

dius, alacriusq; uacare possis, nobis attētius pro te supplicauit, ut indemnitati tuæ, ne alius tuos sibi uendicet labores, atq; uigilias, honoremq; & præmia merito tibi debita ex uirtute tua percipiat paterne consulere, ac laborum, meritorumq; tuorum, & impensarum, quas propterea te subire oportet, aliquam rationem habere uellemus. Nos igitur præmissa paterno considerantes affectu, ac singulos, qui ad bene agendum tendunt, uirtutumq; sunt cultores, quantū cum deo possumus opportunis gratiis, & fauoribus prosequi cupientes, dictiq; Alberti, ac tuus in hac parte supplicationibus annuente, uniuersis, & singulis impressoribus, et cæteris personis, ad quarum præsentis nostræ perueniunt notitiam in toto Christianorum orbe constitutus sub excommunicationis, lata sententia, & in nostris, atq; Sanctæ Romanæ ecclesiæ ciuitatibus, atq; terris nobis, & eidē ecclesiæ mediate, uel immediate subiectis de gentibus personis quingentorum ducatorum auri, & amissionis librorum, quos impresserint per contrasacientes incurrendis, et cæteræ apostolicæ applicandis pœnis inhibemus expresse, ne, quæ posthac qundecim annis duranti- bus à data præsentium inchoandis, & successiue finiendis & græce, & latine imprimenda duxeris librorum uolumina imprimere, ne ue latinarum literarum characteres cursiuos, siue cancellarios, ut præfertur facere, contrasacere, aut imitari, curare ue per alios fieri, aut imprimi, ipsis ue characteribus libros excudere, uel impressos uendicare possint, siue debeant, aut quouis modo præsumant. Decernentes ex nunc auctoritate apostolicâ absq; alia declaratione cōtrafaciē-

tes, et non parētes omnes ex cōmunicationis sententia an-  
tedicta eo ipso ligatos esse, et à subditis nostris ultra il-  
lam pecuniariā, et amissionis librorū poenam, ab exa-  
ctoribus, et cōmissarijs nostris i te gre, et irremissibiliter  
pro eadē camera exigendam fore, et quā sic exigi uo-  
lumus, et per præsentes mandamus. Verum, ut huius-  
modi inhibitiōnis, atq; decreti nostri ignorantiā ne-  
mo prætere de possit, v̄niuersis, & singulis nostris, et  
apostolicæ sedis legatis, nec non Patriarchis, Archiepi-  
scopis, Episcopis, Abbatibus, et eorum Vicarijs, ac Gu-  
bernatoribus, Potestatibus, & cæteris officialibus no-  
stris, qui præsentium nostrarum uigore fuerint requi-  
siti, mandamus expresse, ut literas ipsas in locis ecclesia-  
rum suarum, atq; diocesum consuetis publicari, atq; ob-  
seruari faciant, non obstantibus constitutionibus, & or-  
dinationibus apostolicis, cæterisq; cōtrouersijs quibus-  
cunq;. Cæterum quia difficile admodum foret præsen-  
tes nostras literas ad singula loca deferri, uolumus, atq;  
decernimus, quod earundem literarum transumptis  
manu publici notarij subscriptis, et sigillo alicuius per-  
sonæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ea  
prorsus ubiq; adhibeatur fides, quæ præsentibus no-  
stris adhiberetur, si forent exhibitæ, uel ostensæ. Da-  
tum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscat-  
toris Die XXVII Ianuarij. M D XIII.  
Pontificatus nostri anno decimo.



M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
PRIMVS.

M. T. C. T. P. ATTICO. S. P. D.

ETITIONIS NOSTRAE,  
quam tibi *summæ curæ* esse scio, hu-  
iusmodi ratio est, quod adhuc conie-  
ctura provideri possit. Prensat unus  
P. Galba sine furo, ac fallacijs, more  
maiorū. negatur, ut opinio hominū videatur nō aliena  
rationi nostræ, fuit illius hæc præpropera prensatio.  
nam illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant. Ita  
quidem spero nobis profici, cum hoc percrebescit, plu-  
rimos nostros amicos inueniri. Nos autem initium pren-  
sandi facere cogitamus eo ipso die, quo puerum tuum  
cum his literis proficisci Cincius dicebat. In campo co-  
mitijs tribunitijs ad. XVI. Kal. Sex. Competitores, qui  
certi esse uidebantur Galba, & Antonius, & Qu. Cor-  
nificius. puto te in hoc aut risisse, aut ingenuisse, ut fron-  
tem ferias. Sunt qui etiam Cæsonium putent. A qui-  
lium non arbitramur, qui denegat, & iurauit mor-  
bum, & illud suum regnum iudiciale opposuit. Catili-  
na, si iudicatum erit meridie nō lucere, certus erit com-  
petitor. De Aufidio, et Palicano non puto te expectare,  
dum scribam. de ijs, qui nunc petunt, Cæsar certus pu-  
tatur. Thermus cum Syllano contendere existimatur,  
qui sic inopes, & ab amicis, & aestimatione sunt, ut  
mihi uideatur non esse aduocator Curium obducere,

*sed hoc præter me nemini uidetur nostris rationibus maxime conducere uidetur, Thermum fieri cum Cæsare. Nemo est enim ex ijs, qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmiter Candidatus fore uideatur. propterea quod Curator est iuræ Flaminie, quæ cū erit absoluta, sanè facere facile eum, libèter nunc cæteri Consuli acciderint. Petitor ū hæc est informatæ adhuc cogitatio. Nos in omni munere candidato fungendo summam adhibebimus diligentiam. Et fortasse, quoniam uidetur in suffragijs multum posse Galba, cum Romæ à iudicijs forum refrixerit, ex curremus mense Septembri legati ad Pisonem, ut Ianuario reuertamur. Cum perspexero uoluntates nobilium, scribam ad te. Cætera spero prolixa esse his dumtaxat urbanis competitoribus. illam manum tu mihi cura, ut præstes, quoniam propius abes. Pompeij nostri amici, negant me ei iratum fore, si ad mea comitia non uenerit, atque hæc huiusmodi sunt. sed est, quod abs te mihi ignosci peruelim. Cæcilius auunculus tuus, à P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum eius fratre Caninio Satrio de ijs rebus, quas eum dolo malo mancipio acceperat de Vario diceret. Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, et P. Scipio, et is, quem putabant magistrum fore, si bona uenirent L. pontius, uerum hoc ridiculum est, de magistro nunc cognoscere, rogauit me Cæcilius, ut adesset contra Satrium. dies ferè nullus est, quin hic Satrius domum meam uentitet. obseruat L. Domitium maxime. me habet proximum. fuit et mihi et Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus. Sanè sum perturbatus, cum*



tus, cum ipsius Satrij familiaritate, tum Domitij, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. Demonstravi hæc Cæcilio, simul & illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satisfacturum fuisse, uerum in causa uniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile communem causam sustinerent, æquum esse, cum & officio meo consulere, & tempori. Durius accipere hoc mihi uisus est, quàm uellem, & quàm homines belli solent, & postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibitum, ne contra amici summam estimationem miserrimo eius tempore uenirem, cum is omnia sua studia, & officia in me contulisset. Quod si uoles in me esse durior, ambitionem mihi putabis obstatisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἢ τιμὴν. Vides enim in quo cursu sumus, & quàm omnes gratias non modo retinendas, uerum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me causam probasse. Cupio quidem certe. Hermathena tua ualde me delectat, & posita ita belle est, ut totum gymnasiū ἐρμαθῆνα esse uideatur. Multū te amamus.

L. Iulio Cæsare. C. Martio Figulo consulibus, filiolo me auctum scito, salua Terentia. Abs te tam diu nihil literarum. Ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam competitorem nostrum defendere cogitamus. Iudices habemus, quos uolumus summa accusatoris uoluntate. Spero, si absolutus erit, coniunctiorem nobis fore in ratione peti-

## LIB.

tionis, sin aliter acciderit, humaniter feremus. Tuo aduentu nobis opus est maturo. Nam prorsus summa hominum est opinio, tuos familiares nobiles homines aduersarios nostro honori fore. ad eorum uoluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi usui fore uideo. Quare Ianuario inuente, ut constituisti, cura, ut Romæ sis. Auiam tuam scito desyderio tui mortuam esse, & simul quod uerita sit, ne Latinae in officio non manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent, eius rei consolationem ad te. L. Saufeium missurū esse arbitror. Nos hic te ad mensem Ianuariū expectamus ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis. nā ad me de eo nihil scripsisti. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita, nos ea non uidimus. neq; enim exeundi Roma potestas nobis fuit. misimus, qui pro uectura solueret. te multum amamus, q̄ ea abs te diligenter, paruoq; curata sunt. Quod ad me sæpe scripsisti de nostro amico placando, feci, et expertus sum omnia, sed mirandum in modum est animo ab alienato. quibus de suspicionibus & si audisse te arbitror, tamē ex me, cum ueneris, cognosces. Sallustiuū præsentem restituere in eius ueterem gratiam non potui. Hoc eo ad te scripsi, quod is me accusare de te solebat, in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium nec tibi defuisse. Tulliolam C. Pisoni L. F. frugi despondimus. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S. P. D.

c Rebras expectationes nobis tui commoues.  
Nuper quidem cum te iam aduentare arbitrarenur

traremur, repente abs te in mensem Quintilem reie-  
cti sumus. Nunc uero sentio, q̄ commodo tuo facere po-  
teris, uenias ad id tempus, quod scribis. obieris Qu-  
Fratriſ comitia. nos longo interuallo uiferis, ac V pi-  
lianam controuersiam transegeris. Hoc me etiam Pe-  
duceus, ut ad te scriberē, admonuit. putamus enim uti-  
le esse, te aliquando iam rem transigere. mea intercessio  
est, et fuit parata. Nos hic incredibili ac singulari  
populi uoluntate de C. Macro transegimus, cui cum  
æqui fuissetus, tamen multo maiorem fructum ex po-  
puli existimatione illo damnato cœpimus, q̄ ex ipsius, si  
absolutus esset, gratia cœpissetus. Quod ad me de Her-  
mathena scribis per mihi gratum est. ornamentum A. ca-  
demie proprium meae, quod et Hermes commune o-  
mnium, et Minerva singulare est insigne eius gymna-  
sij. Quare uelim, ut scribis, cæteris quoq; rebus q̄ pluri-  
mis eum locum ornes. Quæ mihi antea signa misisti,  
ea non dū uidi. in Formiano sunt, quod ego nunc pro-  
ficiſci cogitabā. illa omnia in Tusculanum deportabo.  
Caetam, si quando abundare cœpero, ornabo. Libros  
tuos conserua, et noli desperare eos meos facere posse,  
quod si assequor, supero Crassum diuitijs. atq; omniū  
uicos, et prata contemno. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S. D.

Quantum dolorem acceperim, et quanto  
q̄ fructu sim priuatus, et forensi, et domesti-  
co Lucij fratris nostri morte, in primis pro  
nostra consuetudine tu existimare potes. Nam mihi o-  
mnia, quæ iucūda ex humanitate alterius, et moribus

homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare nō  
 dubito, quin tibi quoq; id molestum sit, cum, & meo do  
 lore moueare, & ipse omni uirtute, officioq; ornatissi  
 mum, tuiq; & sua sponte, & meo sermone amantem  
 affinem, amicūq; amiseris. Quod ad me scribis de so  
 rore tua, testis erit tibi ipsa, quantæ mihi curæ fuerit, ut  
 Qu. Fratris animus in eam esset is, qui esse deberet,  
 quem cum esse offensiosem arbitrarer, eas literas ad  
 eum misi, quibus, & placarem ut fratrem, & mone  
 rem ut minorem, & obiurgarem ut errantem. Itaq;  
 ex iis, quæ postea sæpe ab eo ad me scripta sunt, confi  
 do ita esse omnia, ut & oporteat, & uelimus. De lite  
 rarum missione, sine causa abs te accusor. Nunq̄ enim  
 à Pomponia nostra certior factus sum, esse cui literas  
 dare possem. Porro autem, neq; mihi accidit, ut haberē,  
 qui in Eperum proficisceretur, neq; dū te Athenis esse  
 audiebamus. De A. Cutiliano autem negotio quod mihi  
 mandaras, ut primum à tuo digressu Romā ueni, con  
 feceram. Sed accidit, ut & contentione nihil opus esset,  
 & ut ego, qui in te satis consiliū statuerim esse, malle  
 Peduceum tibi consiliū per literas, q̄ me dare. Etenim  
 cum multos dies aures meas A. Cutilio dedissem, cuius ser  
 monis genus notum tibi esse arbitror, non mihi graue  
 duxi rescribere ad te de illius querimonijs, cum eas  
 audire (quod erat subodiosum) leue putassem. Sed abs  
 te ipso, qui me accusas, unas scito mihi literas redditas  
 esse, cum & ocij ad scribendum plus, & facultatem  
 dandi maiorem habueris. Quod scribis etiam, sicut  
 ius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere,  
 quid dicat; neq; id neglexi, sed est miro quodam modo  
 confectum.

confectum. Ego autem quæ dicenda fuerint, de te non præterij. Quid autem contemnendum esset, ex tua putabam uoluntate statuere oportere, quam si ad me perscripseris, intelliges me, neq; diligentiorē esse uoluisse, q̄ tu esses, neq; negligentiorē fore, q̄ tu uelis. De Tadiana re mecū Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraret, quoniam hæreditas usu capta esset. Id mirabamur, te ignorare de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usu capi posse. Eperroticā emptionem gaudeo tibi placere. Quæ tibi mandauī, & quæ tu intelliges conuenire nostro Tusculano, uelim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. nam nos ex omnibus molestijs, & laboribus uno illo in loco conuiescimus, quo fratrem quotidie expectamus. Terentia tua magnos articulorum dolores habet, & te sororemq; tuam, & matrem maxime diligit, salutemq; tibi plurimam ascribit, et Tulliola delitiæ nostræ. Cura, ut ualeas, & nos ames, et tibi persuadeas te à me fraterne amari.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Non committam posthac, ut me accusare de  
 n epistolarum negli gētia possis. tu modo uide-  
 to in tanto ocio, ut par in hoc mihi sis. donum  
 Rabirianā Neapoli, quam tu iam dimensam, et ex ædi-  
 ficatam animo habebas M. Fontius emit HS. CCC.  
 XCIII. Id te scire uolui, siquid forte ea res ad cogita-  
 tiones tuas pertineret. Q. Frater (ut mihi uidetur) quo  
 uolumus animo est in Pompaniam, & cum ea nunc  
 in Arpinati prædio erat, & secum habebat homi-

nem  $\chi\rho\upsilon\sigma\iota\omicron\mu\alpha\delta\eta$  D. Turraniū. Pater nobis decessit ad. VIII. Kalen. Decembris. Hæc habebam ferè, quæ te scire uellem. Tu uelim, si qua ornamenta gymnasio reperire poteris, quæ loca sint eius, quem tu non ignoras, ne prætermittas. Nos Tusculano ita delectamur, ut nobis metipsis, tum deniq; cum illò uenimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus sis, fac nos q̄ diligentissime certiores. Apud matrem recte est, eaq; nobis curæ est. L. Cincio HS DC. XX. constitui me curaturum Idibus Feb. Tu uelim ea, quæ nobis emisse, & parasse scribis, des operam, ut q̄ primum habeamus. et uelim cogites id, quod mihi pollicitus es, quemadmodum Bibliothecam nobis conficere possis. Omnem spem delectationis nostræ, quam cum in ociū uenerimus, habere uolumus, in tua humanitate positam habemus. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Pud te est, ut uolumus, mater tua, & soror à  
 a me, Quintoq; Fratre diligitur. cum Acutilio  
 sum locutus, is sibi negat à suo procuratore  
 quicq̄ scriptū esse, et miratur istam cōtrouersiā fuisse,  
 q̄ ille recusarat, satisfāri amplius abs te non petit.  
 Quod te de Tadiano negotio decepisse scribis, id ego  
 Tadio, & gratum esse intellexi, & magnopere iucun-  
 dum. Ille noster amicus, & me hercule uir optimus,  
 & mihi amicissimus sanè, tibi iratus est. hoc si quanti  
 aestimes, sciam, tum quid mihi elaborā dū sit, scire pos-  
 sim. L. Cincio. HS. DCCCC. pro signis megaricis, ut tu  
 ad me scripseras, curauī. Hermæ tu pentelici cum capē  
 tibus



tibus aeneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. quare uelim, et eos, et signa, et cetera, quae tibi eius loci, et nostri studij, et tuae elegantiae esse uidebuntur, quam plurima, quam primumque mittas, et maxime quae tibi gymnasium, christique uidebuntur esse. nam in hoc genere sic studio efferrimur, ut abs te adiuuandi, ab alijs propere reprehendendi sumus. et si Lentulianus non erit, quo tibi placebit imposito. Tulliola deliciae nostrae, tuum munusculum flagitat, et me ut sponsorem appellat. Mihi autem abiurare certius est, quam deperdere. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Imium raro nobis abs te literae afferuntur, cum et multo tu facilius reperias, qui Romam proficiantur, quam ego, qui Athenas, et certius tibi sit, me esse Romae, quam mihi te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam breuior haec ipsa epistola est, Quod cum incertus essem, ubi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire, et signa megarica, et hermas, de quibus ad me scripsisti, uehementer expecto. Quicquid eiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod uidebitur, ne dubites mittere, et arcae nostrae confidito. Genus hoc est uoluptatis meae, quae gymnasium maximo desunt, ea quaero. Lentulus naues suas pollicetur. Peto abs te, ut haec cures diligenter. Grillus te rogat, et ego eius rogatu εὐμολπίδων πατριδᾶ cum essem in Tusculano, erit hoc tibi pro illo tuo, cum essem in Ceramico. Veruntamen cum ibi essem, Romam puer a sorore tua missus epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiauitque

eo ipso die post meridiem missuram eum, qui ad te proficisceretur. eo factum est, ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid, breuitate temporis iam pauca cogere scribere. Primum tibi de nostro amico placando, aut etiam placenè restituendo polliceor, quod ego, & si mea sponte ante faciebam, eò nunc tamen, & agam studiosius, & contendam ab illo uehementius, quod tantam ex epistola uoluntatem eius rei tuam perspicere uideor. Hoc te intelligere uolo, per grauius illum esse offensum. sed quia nullam uideo grauem subesse causam, magno pere confido illum fore in officio, & in nostra potestate. Signa nostra & ἡμερώτας, ut scribis, cum commo-  
 distime poteris, uelim interponas, etsi quæ aliud ὄριον eius loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, quæ tibi palæstræ, Gymnasiūq; uidebuntur esse. et enim ibi sedens hæc ad te scribebã, ut me locus ipse admoneret. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atricoli possum includere, & putealia sigilla duo. Bibliothecam tuam caue cuiq; despõdeas, quæ acrem amatorem inuenis. Nã ego omnes meas uindenniolas eò reseruo, ut illud subsidium senectuti parem. De fratre confido ita esse, ut semper uolui, & elaboraui. multa signa sunt eius rei, non minimum, quod soror prægnans est. De comutis meis, & tibi me promississe memini, & ego iam pridem hoc communibus amicis, qui te expectant prædico, et te non modo non accersam, sed prohibebo, quod intelligam multo magis interesse tua, te agere quod agendum esset hoc tempore, quæ mea, te adesse comutis. Proinde eo animo te uelim esse, quasi mei negocij causa in ista loca missus esses. sin autem, eum & offendes erga te, &

audies, quasi mihi si qua parta erunt, non modo te præsente, sed per te parta sint. Tulliola, tibi diem dat, sponsorem appellat. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

T mea sponte faciebam antea, et post duabus  
 e epistolis tuis per diligentem in eandem rationem scriptis, magno pere sum commotus. Eo accedebat hortator assiduus Sallustius, ut agerem quod diligentissime cum Luceio de uestra uetere gratia reconcilianda. Sed cum omnia fecissem, non modo eam uoluntatem eius, quæ fuerat erga te recuperare non potui, uerum ne causam quidem elicere immutatae uoluntatis. Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium, et ea, quæ iam tum, cum aderas offendere eius animum intelligebam, tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit, quod neque epistolæ tuæ, neque nostræ legatio, tam potest facile delere, quæ tu præsens non modo oratione, sed tuo uultu illo familiari tolles, si modo tanti putabis id, quod si me audies, et si humanitati tuæ constare uoles, certe putabis. Ac ne illud mirere, cum ego antea si significarem tibi per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc eidem uidear diffidere. Incredibile est, quanto mihi uideatur illius uoluntas obstinatio, et in hac iracundia obfirmatio. Sed hæc, aut sanabuntur cum ueneris, aut ei molestæ erunt. in utro culpa erit. Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quæ candidatos omnibus iniquitatibus, nec quando futura sunt comitia sciri. uerum hæc

audies de Philadelpho. Tu uelim quæ nostræ Academiæ parasti, quæ primum mittas. mirum quæ illius loci non modo usus, sed etiã cogitatio delectat. Libros uero tuos cæue cuiquæ tradas, nobis eos, quæ admodum scribis, conserua, summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum, quas tu, incredibile est quæ breui tempore, quanto deteriores offensurus sis, quæ reliquisti. Te ueri Syllani lentum sanè negocium, neque Cornelius ad te rem post eam redijt, opinor ad Cõsidium Anxiũ Felicium, confugiendum est. Nam. A. Cæcilium propinqui minore centesimis numũ mouere non possunt. Sed ad prima illa redeam. nihil ego illa impudentius, astutius, letalius uidi. Libertũ mitto. Tito mãdani. οὐκ ἔστι, atque ἀναβολὴν, sed nescio an ταυτομάτων ἡμῶν nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeiũ acturũ, Antonio succedi oportere, eodemque temporeaget Prætor ad populũ. Res eiusmodi est, ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere, nec mihi libeat, quod uel maximum est. etenim accidit hoc, quod totum cuiusmodi sit mando tibi, ut perspicias. Libertum ego habeo sanè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem, et clientem tuum. De eo mihi Valerius interpres nũtiat, Thyliusque se audisse scribit hæc, esse hominem cum Antonio. Antonium porrò in cogendis pecunijs delitare, partem mihi quæri, et à me custodem communis quæstus libertum esse missum. non sum mediocriter commotus, neque tamen credidi, sed certe aliquid sermonis fuit. totum inuesti ga, cognosce, perspice, et nebulonem illũ, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Huius

sermonis Valerius author est. Cn. Plancum nominabat, mando tibi planè, totum ut uideas cuiusmodi sit Pompeium nobis amantissimum constat esse. Dikortium Mutiæ uehementer probatur. P. Clodium Appij filium te credo audisse cum ueste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cum sacrificium pro populo fieret, eumq; per manus seruulæ seruatum, et eductum, rem esse in signi infama, quod te moleste ferre ærte scio. Quod præterea ad te scribam, non habeo. et me hercule erâ conturbatior. nam puer festinus Anagnostes noster Sositheus decesserat, meq; plus, q̄ serui mors debere uidebatur, commouerat. Tu uelim ad nos sæpe scribas. si rem nullam habebis, quod in buccam uenerit scribito. Vale. Kal. Ian. M. Messala, & M. Pisone Coss.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ccepi tuas tres iam epistolas, unam à M. Cornelio, quam à tribus ei tabernis (ut opinor) dedisti, alteram, quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit, tertiam quam (ut scribis) anchoris solutis de phaselo dedisti, quæ fuerunt omnes rectorum. pure loquuntur, cum humanitatis sparse sale, tum insignes amoris notis. Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum. Sed ita rco sum tardior, q̄ non inuenio fidelem tabellarium, quotus enim quisq; est, qui epistolam paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit? Accedit eò, q̄ mihi nõ est notum, ut quisq; in Epezzum proficiscatur. Ego enim te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam uictimus, statim esse ad Sicionem oppugnandum profe-

etum, neq; id ipsum tamen certum habeo, quando ad  
 Antonium proficiat, aut quid in Epeiro temporis po-  
 nas. Itaq; neq; Achaicis hominibus, neq; Epeiroticis pau-  
 lo liberiores literas committere audeo. Sunt autem  
 post discessum à me tuum res dignæ literis nostris, sed  
 non committendæ eiusmodi periculo, ut interire, aut  
 aperiri, aut intercipi possint. Primum igitur scito me  
 non esse rogatum sententiam, propositumq; esse nobis  
 pacificatorem Allobrogum, idq; admirum ante sena-  
 tu, neq; me inuito esse factum. Sum enim & ab obser-  
 uando homine peruerso liber, & ad dignitatem in re  
 publicæ retinendam contra illius uoluntatem solutus,  
 & ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem  
 penè principis, & uoluntatē non minus deuictam be-  
 neficio Cōsulis. Tertius est autē Catulus. Quartus (si  
 etiam hoc quæris) Hortensius. Cōsul autem ipse paruo  
 animo, et prauo, tantum cauillator genere illo moroso,  
 quod etiam sine diacitate ridetur, facie magis, q̄ facietis  
 ridiculus, nihil agens cum rep. seiunctus ab optima-  
 tibus, a quo nil speres boni reip. quia non uult. nil  
 metuas mali, quia non audet. Eius autem collegæ, et in  
 me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor  
 bonarum, quinimmo inter se leuiter dissident. Sed ue-  
 reor ne hoc quod infectum est, serpat longius. Credo  
 enim te audisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret  
 sacrificiū, uenisse eod muliebri indutum uestitu uirum,  
 idq; sacrificium cum uirgines instaurassent, mentio-  
 nem a Qu. Cornificio in senatu factam, is fuit prin-  
 ceptus, ne tu forte aliquem nostrum putes, poste a rem ex  
 S. C. ad uirgines, & pontifices relatum, idq; ab iis ne-

fas esse decretū, deinde ex. S. C. Cōsules rogationē pro  
 mulgasse. Vxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac  
 causa Piso amicitia P. Clodij ductus operam dat, ut  
 ea rogatio, quam ipse fert, ex S. C. & de religio-  
 ne antiquetur. Messala uehementer adhuc agit seue-  
 re, boni iuri precibus Clodij remouentur à causa. ope-  
 re comparantur. nos metipsi qui Lycurgeti à princi-  
 pio fuissetus, quotidie demittimur. in stat, & urget  
 Cato. Quid multa? uereor ne hæc neglecta à bonis, de-  
 fensa ab improbis, magnorum reip. malorum causa  
 sit. Tuus autē ille amicus, scin quē dicam? de quo tu ad  
 me scripsisti, postea q̄ non auderet reprehendere, lau-  
 dare cœpisse, nos (ut ostendit) admodum diligit, am-  
 plectitur, amat, aperte laudat. occulte, sed ita, ut per-  
 spiciuum sit, inuidet. nil come, nil simplex, nihil ἐν τοῖς  
 πολιτικῶν honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil li-  
 berum. sed hoc ad te scribam aliàs subtilius. nam neq;   
 adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio nescio  
 cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo.  
 Prouincias prætores nō dum sortiti sunt, res eodem est  
 loci, quo reliquisti. τοποθεσίαν quam postulas Miseni  
 & Puteolorum includam orationi meæ, ad. IIII. No-  
 Decem. mēdose fuisse animaduertērā. Quæ laudas ex  
 orationibus (mihi crede) ualde mihi placebant, sed non  
 audebam antea dicere, nunc uero, q̄ à te probata sunt,  
 multo mihi ἀττικώτερα uidentur. In illā orationem  
 metellinā addidi quædā. liber tibi mittetur, quoniā te  
 amor nostri φιλοφροσῶα reddidit. Noui tibi q̄dam  
 scribam? quid etiam? Messala Cōsul Anthronianā do-  
 num emitt. HS. CCCCXXXVII. Quid id ad me in-

quies, tantum, q̄ ea emptione, & nos bene emisse iudicati sumus, & homines intelligere cœperint, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire. Teueri Syllani lentum negocium est, sed tamen est in spe. Tu ista confice. à nobis liberio rem epistolam expecta. Vale. VI. Kalen. Decembris M. Messala, & M. Pisone. Coss.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ereor ne putidum sit, scribere ad te, q̄ sim occupatus. sed tamen ita distinebar, ut uix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim, atq; id ereptum ex summis occupatiõibus. Prima Concio Pompei qualis fuisset, scripsi ad te antea, non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non grauis. Itaq; erigebatur tum Pisonis Cos. impulsu. leuissimus Tri. Ple. Fusius in concionem produxit Pompeium. res agebatur in circo flaminio, et erat in eo ipso loco ipso die nūdinarũ *παραθύρις*, quæsiuit ex eo, placeret ne ei iudices à Præto re legi, quo cõsilio idem Prætor uteretur, id autem erat de Clodiana religione ab senatu constitutũ, tum Pompeius *μάλ' ἀριστοκρατικῶς* locutus est. Senatusq; auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam uideri, semperq; uisam esse respondit, & id multis uerbis. Postea Messala Cõsul in Senatu de Pompeio quæsiuit, quid de religione, & de promulgata rogatione sentiret. locutus ita est in Senatu, ut omnia illius ordinis consulta *γυνῶς* laudaret, mihiq; ut affedit, dixit se putare satis ab se etiã de istis rebus esse responsum. Crassus posteaq; uidit illum excepiisse laudem, ex



dem, ex eo quod hi suspicarentur homines ei consula-  
 tum meum placere, surrexit, ornatissimeq; de meo con-  
 sultatu locutus est, ut ita diceret se, qd esset Senator, quod  
 ciuis, quod liber, quod uiueret, mihi acceptum referre,  
 quoties coniugem, quoties domum, quoties patriam ui-  
 deret, toties se beneficium meum uidere. Quid mul-  
 ta? totum hunc locum, quem in Aristocratia, ego uarie  
 meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pin-  
 gere de flamma, de ferro, nosti illas λικίθους ualde  
 grauiiter pertexuit. proximus Pompeio sedebam, intel-  
 lexi hominem moueri, utrum Crassum inire eam gra-  
 tia, quam ipse praetermississet, an esse t.ãtus res nostras,  
 quae tam libenti Senatu laudarentur ab eo praesertim,  
 qui mihi laudem illam eò minus deberet, qd meis omni-  
 bus literis in Pompeiana laude perstrictus esset. Hic  
 dies me ualde Crasso adiunxit, & tamen ab illo aper-  
 te, tecte quicquid est datum, libenter accepi. Ego autem  
 ipse, Διὶ boni quomodo ἐνεπειρασάμην nouo audi-  
 tori Pompeio si unquam mihi ἐπιχειρήματα sup-  
 peditaauerunt illo tempore. Quid multa? clamores, et-  
 enim haec erat ὑπόθεσις de grauitate ordinis, de  
 equestri concordia, de consensione Italiae, de immortalis  
 reliquijs coniurationis, de utilitate, de ocio. nosti iam in  
 hac materia sonitus nostros. tanti fuerunt, ut ego eò bre-  
 uior sim, quod eos usq; istinc ex auditos putem. Roma-  
 nae autem res sic se habent, Senatus ἄργος πάρος nil  
 constantius, nil seuerius, nil fortius. Nam cum dies ue-  
 nisset rogationis ex Senatusconsulto ferendae, concursa-  
 bant Barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinae duce  
 filiola Curionis, & populum ut antiquaret rogabāt.

Piso autem Cōsul lator rogationis, idem erat dissuasor.  
 operæ Clodianæ pontis occuparāt, tabellæ ministrā  
 bantur, ita ut nulli daretur, uti rogis. Hic tibi rostra  
 Cato aduolat, conuiuium Pisoni Consuli mirificum faci-  
 cit, si id est conuiuium uox plena grauitatis, plena au-  
 thoritatis, plena deniq; salutis. accedit eodem etiam no-  
 ster Hortensius. multi præterea boni. insignis uero ope-  
 ra Fauonij fuit. hoc concursu optimatum Comitia di-  
 mittuntur. Senatus uocatur. cum decerneretur frequen-  
 ti Senatu, cōtra pugnante Pisonē, ad pedes omnium si-  
 gillatim accedente Clodio, ut Consules populum cohort-  
 tarentur ad rogationem accipiendam, homines ad XV.  
 Curioni nullum Senatusconsultum facienti, assenserūt  
 facile. Ex altera parte CCCC. affuerunt. acta res est.  
 Fusius tert. Consul cessit. Clodius conciones miserā ha-  
 bebat, in quibus Lucillum, Hortensium, Caium Pisonem,  
 Messalam Consulem contumeliose lædebat, me-  
 tantum comperisse omnia criminabatur. Senatus et  
 de prouincijs Prætorum, et de legationibus, et de cæte-  
 ris rebus decernebat, ut ante, quàm rogatio lata esset,  
 nequid ageretur. Habes res Romanas. sed tamen etiam  
 illud, quod ego nō sperarā, audi. Messala Consul est  
 Egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, imi-  
 tator, amator, ille alter uno uitio minus uitiosus, q̄ in-  
 ers, q̄ somni plenus, q̄ imperitus, q̄ ἀπραντότατος,  
 sed uoluntate, ita καλέκτος, ut Pompeium post  
 illam Concionem, qua ab eo Senatus laudatus est, odisse  
 cœperit. Itaq; mirum in modū omnes à se bonos alie-  
 nauit, neq; id magis amicitia adductus Clodij id fecit,  
 q̄ studio perditarum rerum, atq; partium. sed habet  
 sui similem

suisimile in magistratibus, præter Fusium, neminem.  
 bonis utimur Tribunis Pl. Cornuto uero Pseudocato-  
 ne. Quid quæris? num ad priuata redeam? τῶν ποσ  
 promissa patrauit. tu mandata effice, quæ recepisti.  
 Quintus Frater, qui Argutelani ædificij reliquū do-  
 drantem emt HS DCCXXX. Tusculanum uendi-  
 tat, ut, si possit, emat Pancilianam domum. Cum Lu-  
 ceio in gratiã redi, uidero hominem, ualde petitur, re-  
 nauabo operã. Tu qd agas, ubi sis, cuiusmodi istæ res  
 sint, fac me q̄ diligentissime certiorẽ. Idibus Feb. V ale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Siam Quinto suauissimo Fratri obtigisse au-  
 a disti. non enim dubito, quin celerius tibi hæc  
 rumor, q̄ ullius nostrum literæ nuntiarint.  
 Nunc, quoniam & laudis auuidissimi semper fuimus,  
 & præter cæteros φιλέλληνας & sumus, & habe-  
 mur, & multorum odia, atque inimicitias reip. cau-  
 sa suscepimus, παντοίους ἀρετῆς μιμησάμενοι. curãq;  
 & effice, ut ab omnibus & laudemur, & amemur.  
 His de rebus plura ad te in ea epistola scribã, quã ipsi  
 Quinto dabo. Tu uelim me certiorẽ facias, qd de meis  
 mandatis egeris, atq; etiã, quid de tuo negotio. Nam, ut  
 Brúduisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditæ  
 literæ. Valde aueo scire, qd agas. Idib. Martijs V ale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S. D.

q̄ Væris ex me, quid acciderit de iudicio, quod  
 tam præter opinionem omnium factum sit, et  
 simul uis scire, quomodo ego minus, q̄ soleã, præliatus

sim, ego respondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμιρικῶς.  
 Ego enim quā diu Senatus auctoritas mihi defendenda  
 fuit, sic acriter, & uehementer praeliatus sum, ut cla-  
 mor, concursusq; maxima cum mea laude fierent, q̄ si  
 tibi unquam sum uisus in republica fortis, certe me in  
 illa causa admiratus esses. cum enim ille ad Conciones  
 cōfugisset, in hisq; meo nomine ad inuidiam uteretur,  
 Dij immortales, quas ego pugnas, & quantas strages  
 edidi. Quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totā  
 illam manum feci. Quomodo sum insectatus leuitatē  
 senum, libidinem iuuentutis, sæpe, ita me dij iuuent, te  
 non solum auctorē consiliorum meorum, uerum etiā  
 spectatorem pugnarum mirificarum desyderauī. Po-  
 stea uero quā m Hortensius excogitauit, ut legem de  
 religōe Fufius Tribunus Pl. ferret, in qua nihil aliud  
 à consulari rogatione differeret, nisi iudicium genus, in  
 eo autem erāt omnia, pugnauitq; ut id ita fieret, quod  
 & sibi, et alijs per sua serat nullis illum iudicibus effu-  
 gere posse, contraxi uela per spiciēs inopiam iudicium,  
 neq; dixi quicq̄ pro testimonio, nisi quod erat ita no-  
 tum, atq; testatum, ut non possem præterire. Itaq; si cau-  
 sam quæris absolutionis, ut iam πρὸς τὸ πρότερον  
 reuertar, egestas iudicium fuit, & turpitudine. Id autem,  
 ut accideret, commissum est Hortensii consilio, qui dum  
 ueritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quæ ex Sena-  
 tus consulto ferebatur, non uidit illud, satius esse, illum  
 in infamiæ relinqui sordibus, q̄ in firmo iudicio cōmit-  
 ti, sed ductus odio properauit rē deducere in iudiciū,  
 cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen dice-  
 ret, sed iudiciū si quæris, quale fuerit, incredibili exi-  
 tu, sicuti

tu, sicuti nunc ex euentu ab alijs, à me tamen ex ipso initio consilium Hortensii reprehendebatur. Nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cū accusator, tanquā censor bonus homines nequissimos reijceret, reus, tanquā clemens lanista frugalissimum quēque secerneret. Vt primum iudices confederunt, ualde diffidere boni ceperunt. Non enim unquam turpior in ludo talario confessus fuit, maculosi Senatores, nudi equites, Tribuni nō tam ærarij, quā ut appellantur ærati, pauci tamen boni ineran̄t, quos reiectione fugare ille non potuerat, quī mœsti inter sui dissimiles, et mœrentes sedebant, et contagione turpitudinis uehementer permouebantur. Hic, ut quæque res ad consilium primis petitionibus referebatur, incredibilis erat seueritas nulla uarietate sententiarum, nihil impetrarat reus, plus accusatori dabatur, quā postulabat. triumphabat. Quid quæris? Hortensius se uidisse tantum, nemo erat qui illū reum, ac non millies condemnatum arbitraretur. me uero teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocato rem audisse, quæ consurrectio iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent, quæ mihi res multo honorificentior uisa est, quā aut illa cum iurare tui Ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli numidici, cum hæc (ut mos est) circumferrentur, nostri iudices aspiciere noluerūt. multo hæc in quā nostra res maior, idque iudicum uocibus. Cum ego sic ab his, ut salus patriæ defenderer fractus reus, et unā patroni omnes conciderunt, ad me autem eadem frequentia postridie conuenit, qua cum abiens consulatus

*sum domum reductus, clamare præclari Ariopagitæ se non esse uenturos, nisi præsidio constituto. refertur ad consilium una sola sententia, præsidium nõ desyderauit. defertur res ad Senatũ. grauiissime, ornatissimẽq; decernitur. laudantur Iudices. datur negocium magistratibus. responsurum hominem nemo arbitratur. ε̅σπετε vñ μοι μούσαι. Nosti Caluũ ex naneianis illũ Laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. Biduo per unum seruum, et eum ex ludo gladiatorio confecit totum negocium accersuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iã uero ò Dij boni rē perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerũt. Ita summo discessu bonorum pleno foro seruorum. XX. Iudices ita fortes tamen fuerunt, ut summo proposito periculo, uel perire maluerint, q̅ perdere omnia. XXXI fuerũt, quos fames magis, q̅ fama commouerit. Quorum Catulus cum uidiſset quendam, quid uos (inquit) præsidium à nobis postulabitis? an, ne numi uobis eriperentur, timebatis? Habes, ut breuissime potui, genus iudiciũ, & causam absolutionis. Quæris deinceps, qui nunc sit status reip. & qui meus. Reipublicæ statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino, confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione, & auctoritate Consulatus mei fixus, & fundatus uidebatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum sc̅ito esse de manibus uno hoc iudicio, si iudicium est. triginta homines populi Romani leuissimos, ac nequissimos numulis acceptis, ius, & fas omne delere, & quod omnes non modo*

modo homines, uerum etiam pecudes factum esse sciebant, id Caluum, & Plancum, & Spongiam, & cæteras huiusmodi quisquillas statuere nunquam esse factum, sed tamen ut te de rep. consolet, non ita, ut sperarant mali, tanto imposito reip. uulnere, alacris exultat improbitas in uictoria. Nam planè ita putauerunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum Senatus authoritas concidissent, fore, ut a aperte uictrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique incusserat seueritas consulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor in ea præsertim Epistola, quam nolo alijs legi) idem inquam ego recreaui afflictos animos bonorum, unumquensque confirmans, et excitans in sectandis uero, excitandisque numarijs iudicijs, omnem omnibus studiosis, ac fautoribus illius uictoriæ  $\pi\alpha\rho\rho\sigma\iota\alpha\nu$  eripui. Pisonem Consulem, nulla in re consistere unquam sum passus. desponsam homini iam Syriam ad eum. Senatui ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. Clodium præsentem fregi in Senatu cum oratione perpetua plenissima grauitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua, licet pauca degustes, nam cætera non possunt habere eandem, neque uim, neque uenustatem remoto illo studio contentionis, quem  $\alpha\rho\omega$  uos appellatis. Nam, ut Idibus Maijs in Senatum conuenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi de summa reipub. atque ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plagæ accepta patres conscripti conciderent, ne deficerent, uulnus esse eiusmodi,

quod mihi, neq; dissimulandum, neq; pertimescendum  
 uideretur, ne aut ignorando stultissimi iudicaremur,  
 bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc ter-  
 tium iam esse à iudicibus in rem publicam immissum.  
 Erras Clodi, nõ te Iudices urbi, sed carceri reseruarunt,  
 neq; retinere in ciuitate, sed exilio priuare uoluerunt.  
 Quam ob rem Patres conscripti erigite animos, retine  
 te uestram dignitatem, manet illa in republica bono-  
 rum consensio, dolor accessit bonis uiris, uirtus non est  
 imminuta, nihil est damni factum noui, sed quod erat,  
 inuictum est in unius hominis perditione iudicio, Plures si-  
 miles reperti sunt. Sed quid ago, penè orationem in  
 epistolam inclusi? Redeo ad altercationem, surgit pul-  
 chellus puer, obicit mihi me ad Baias fuisse falsum,  
 sed tamen quid huic simile est inquam. quasi in operto  
 dicas fuisse. quid, inquit, homini arpinati cū aquis ca-  
 lidis? Narra inquam Patrono tuo, qui arpinatis aquas  
 concipiuit, nosti enim marinas, quousq; inquit hunc  
 Regem feremus? Regem appellas inquam, cum Rex tui  
 mentionem nullam fecerit? Ille autem Regis heredita-  
 tem spe deuorat. Domum inquit emisti, putas inquam  
 dicere iudices emisti? iuranti, inquit, tibi non credide-  
 runt. immo uero inquam XX. iudices crediderunt  
 XXXI. quoniam ante numos acceperunt, tibi uero  
 nil crediderunt, magnis clamoribus afflictus conticuit,  
 & concidit. noster autem status est hic apud bonos.  
 Iidem sumus, quos reliquisti, apud sordem urbis, & fe-  
 cem multo melius quàm reliquisti. Nam et illud nobis  
 non obest, uideri nostrum testimonium non ualuisse,  
 missus est sanguis inuidiæ sine dolore, atque etiam hoc  
 magis



magis, quod omnes illi fautores illius flagitij rem manifestam illam redemptam esse à iudiciis confitentur, accedit illud, quod illa concionalis hirudo ærarij, misera, & ieiuna plebecula me ab hoc Magno unice diligere putat, & Hercule multa, et iucunda consuetudine coniuncti inter nos sumus usq; eò, ut nostri isti Comesatores coniurationis Barbatuli iuvenes illum in sermonibus Cneum Ciceronem appellent. Itaq; & ludentes gladiatoribus mirandas & non maxias sine ulla pistoria fistula auferebamus. nunc est expectatio Comitiorum, in qua omnibus inuitis trudit noster Magnus Auli filium, atq; in eo, neq; authoritate, neq; gratia pugnat, sed quibus Philippus, omnia Castella expugnari posse dicebat, in quæ modo Acellus onustus auro posset ascendere. Consul autem ille deterioris historionis similis suscepisse negocium dicitur, & domi diuisores habere, quod ego non credo, sed S. C. duo iam facta sunt odiosa, quod in Cõsulem facta putantur Cætone, & Domitio postulante. unum, ut apud magistratus inquiri liceret, alterum cuiusmodi diuisores haberent aduersus rempublicam. Lurco autem Tribunus Pl. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est, & Aelia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret, quæ ille bono auspicio Claudus homo promulgauit. ita Comitia in. VI. Kal. Sextilis dilata sunt. Noui est in lege hoc, ut qui numos in tribu pronuntiauerit, si non dederit, impune sit, sin dederit, ut quoad uiuat singulis tribubus. HS. CCCCXXXV. debeat. dixi hæc legem P. Clodium iam antea seruasse. pronuntiare enim solitum esse, & non dare. Sed heus tu uidesne consulatum

illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν uocabat, si hic factus erit, Fabam nunnum futurum. quare ut opinor, φιλοσοφίτιον. id quod tu facis, & istos consulatus, non ne ἐλαφιτέον? Quod ad me scribis te in Asiam statuisse non ire, equidem mallet, ut ires, ac uereor, nequid in ista re minus commode fiat. sed tamen non possum reprædere consilium tuum, præsertim cum egomet in prouinciam non sim profectus. Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti contenti erimus, præsertim, cum & Chilius nos reliquerit, et Archias nil de me scripserit. ac uereor, ne Lucullus, quoniam græcum Poema condidit, nunc ad Cæcilianâ fabulâ spectet. Antonio, tuo nomine gratias egi, eamq; epistolam Manlio dedi. ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam quid darem. te ualde uindicauit. Cincius siquid ad me tui negocij detulerit, suscipiam. sed nunc magis in suo est occupatus, in quo ego ei non desum. Tu, si uno in loco es futurus, crebras à nobis literas expecta. Ast plures etiam ipse mittito. uelim ad me scribas cuiusmodi sit ἀμυθησιον tuum, quo ornatu, quæ τοποθεσία, et quæ poemata, quasq; historias de ἀμυθησιον habes, ad me mittas. libet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliqd de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

A gna mihi uarietas uoluntatis, et dissimilitudo opinionis, & iudicij Quinti Fratris mei demonstrata est ex literis tuis, in quibus ad me epistolarum illius exempla misisti. Quæ ex re et mo-

leſti a ſum tãta affectus, quantũ à mihi meus amor ſum-  
 mus erga utrumq; ueſtrum afferre debuit, & admirati-  
 oẽ, quidnam acidiſſet, quod afferret Quinto Fratri  
 meo aut offenſionem tam grauẽ, aut commutationem  
 tantam uoluntatis, atque illud à me iam intelligeba-  
 tur, q̃ te quoq; ipſum diſcedentem à nobis ſuſpicari ui-  
 debam, ſubefſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſau-  
 ciumq; eius animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſu-  
 ſpitiones, quibus ego mederi cum cuperem & antea ſæ-  
 pe, & uehementius etiam poſt ſortitionem Prouinciæ,  
 nec tantum intelligebam ei eſſe offenſionis, quantum li-  
 teræ tuæ declararant, nec tantum proficiebam, quan-  
 tum uolebam. Sed tamen hoc me ipſe conſolabar, q̃ non  
 dubitabam, quin te ille aut Durrachij, aut in iſtis lo-  
 cis uſpiciam uifurus eſſet, quod cum acidiſſet, cõfidebã,  
 ac mihi perſuaſeram fore, ut omnia placarentur inter  
 uos, non modo ſermone, ac diſputatione, ſed conſpectu  
 ipſo, congreſſuq; ueſtro. Nam quãta ſit in Quinto Fra-  
 tre meo comitas, quanta iucunditas, q̃ mollis animus et  
 ad accipiendam, et ad deponendam offenſionem, nihil  
 attinet me ad te, qui ea noſti, ſcribere. Sed accidit perim-  
 commodè, quod eum niſquam uidiſti. Valuit enim  
 plus, quod erat illi nonnullorum artificijs inculca-  
 tum, quàm aut officium, aut neceſſitudo, aut amor ue-  
 ſter ille priſtinus, qui plurimum ualere debuit. atq;  
 huiusmodi incommodi culpa ubi reſideat, facilius poſ-  
 ſum exiſtimare, q̃ ſcribere. Vereor enim, ne, dum defen-  
 dam meos, non parcat tuis. nam ſic intellego, ut nil à  
 domesticis uulneris factum ſit. illud quidẽ, quod erat,  
 eos certe ſanare potuiſſe. Sed huiusce rei uitium totius,

quod aliquanto etiam latius patet, quod uidetur, presentibus tibi commodius exponam. De his literis, quas ad te Thessalonicam misit, et de sermonibus, quos ab illo, et Romae apud amicos tuos, et in itinere habitos putas, et quid tantum causae sit ignoro, sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius leuadæ molestiae. Nam si ita esse statueris, et irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles, et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturae plerumque bonitati, et id, quod caput est, nobis inter nos nostra siue incommoda, siue uitia, siue iniurias esse tolerandas, facile haec quemadmodum spero mitigabuntur. Quod ego, ut facias te rogo. nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet, neminem esse meorum, qui, aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epistolae tuae minime fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates, aut provincialium, aut urbanorum commodorum, et alijs temporibus, et me ipso Consule praetermisseris. mihi enim perspecta est, et integritas, et magnitudo animi tui. neque ego inter me, atque te quicquam interesse unquam duxi praeter uoluntatem institutae uitae, quod me ambitio quaedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum uocium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiae, religionis, neque me tibi, neque quae antepono. amoris uero erga me, cum a fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero. Vidi enim, uidi, penitusque perspexi in meis uarijs temporibus, et sollicitudines, ac laetitia tuas. Fuit enim mihi saepe, et laudis nostrae gratulatio tua iucunda, et timoris consolatio grata, quoniam mihi nunc te ab-

*sente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam ser-  
 monis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet  
 esse, maxime deest. Quid dicam in publica re? quo in  
 genere mihi negligenti esse non licet, an in forensi labo-  
 re, quem antea propter ambitionem sustinebam, nunc  
 ut dignitatē tueri gratia possim? an in ipsis domesticis  
 negocijs, in quibus ego, tum antea, tū uero post discessum  
 fratris, te, sermonesq; nostros desydero? Postremo non  
 labor meus, non requies, non negocium, nō etiam ociū,  
 non forenses res, non domesticæ, non priuatae carere  
 diutius tuo suauissimo, atq; amantiissimo consilio, ac ser-  
 mone possunt. Atq; harum rerum commemorationem  
 uerecundia sæpe impediuit utriusq; nostrum, nunc  
 autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ  
 tuæ, per quam te, ac mores tuos mihi purgatos, ac proba-  
 tos esse uoluisti, atque in ista incommodatione alienati  
 illius animi, & offensi, illud inest tamen cōmodi, quod  
 & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te ali-  
 quando testificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ,  
 ut quod unā non estis non dissensione, ac dissidio ue-  
 stro, sed uoluntate, ac iudicio tuo factum esse uideatur.  
 Quare, & illa, quæ uiolata expiabuntur, & hæc no-  
 stra, quæ sunt sanctissime conseruata, suam religionem  
 obtinebunt. Nos hic in publica, infirma, misera, com-  
 mutabiliq; uersamur. Credo enim te audisse nostros  
 equites penè a Senatu esse disiunctos, qui primum illud  
 ualde grauiter tulerunt, promulgatum ex Senatuscon-  
 sulto fuisse, ut de his, qui ob iudicandam pecuniam ac-  
 cepissent quæreretur, qua in re decernenda, cum ego ca-  
 su non affuissem, sensissemq; id equestre ordinem ferre*

moleste, neq; aperte dicere, obiurgavi Senatum. ut mihi  
 iussus sum, summa cum auctoritate, & in causa non ue  
 recunda, admodum grauis, & copiosus fui. Ecce aliæ  
 delitiæ equitum uix ferendæ, quas ego non solum tu  
 li, sed etiam ornaui. Asiatici, qui de censoribus conduxerunt,  
 questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos, ni  
 mium magno conduxisse, ut induceretur locatio, postu  
 lauerunt. Ego princeps in adiutoribus, atq; adeo securus.  
 nam, ut illi auderent hoc postulare, Crassus eos  
 impulit. Inuidiosares, turpis postulatio, & confessio te  
 meritatis, summum erat periculum, ne, si nihil impe  
 trassent, planè alienarentur à Senatu. Huic quoq; rei  
 subuentum est maxime à nobis, perfectumq; , ut fre  
 quentissimo Senatu, et libentissimo uterentur, multaq;  
 à me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt  
 Calendis Decembribus, et postridie, neq; adhuc res con  
 facta est, sed uoluntas Senatus perspecta. Vnus enim  
 contradixerat Metellus Consul designatus, qui erat di  
 cturus, ad quem propter diei breuitatem peruentum  
 non est. Heros ille noster Cato. sic ego conseruans ratio  
 nem, institutionemq; nostram tueor, ut possim illam à  
 me conglutinatam concordiam. Sed tamen, quoniam  
 ista sunt tam firma, munitur quædam nobis ad reti  
 nendas opes nostras tuta, ut spero, uia, quam tibi lite  
 ris satis explicare non possum, si significatione parua  
 ostendam tamen. Vtor Pompeio familiarissime. uideo,  
 quid dicas. cauebo quæ sunt atueda, ac scribam aliàs  
 ad te de meis consilijs capeßendæ rei p. plura. Lucium  
 scito consulatum habere in animo statim petere. Duo  
 enim soli dicuntur petaturi. Cæsar cum eo coire per Ar-

rium cogitat, & Bibulus cum hoc se putat per Caium  
Pisonem posse coniungi. Rides? Non sunt hæc ridicu-  
la mihi crede. Quid aliud scribam ad te? quid? multa  
sunt, sed si in aliud tempus te expectare uelim cures  
ut sciam. iam illud moleste rogo, quod maxime cupio,  
ut quamprimum uenias. nonis Decembribus. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ihil mihi, nunc scito tam desse, q̄ hominem  
n eū, qui cum omnia, quæ me cura aliqua affi-  
ciunt, unâ communicem, qui me amet, qui sa-  
piat, qui cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem,  
nihil obtegam. Adest enim Frater ἀπελίστατος, &  
amantissimus Metellus, non homo, sed litus, atq; aer, et  
solitudo mera. Tu autem, qui sæpissime curâ, & angore  
rem animi mei sermone, et cōsilio leuasti tuo, qui mihi,  
et in publicâ re socius, et in priuatis omnibus conscius,  
et omniū meorum sermonum, & consiliorū particeps  
esse soles, ubi nam es? Ita sum destitutus, ut tantum re-  
quietis habeā, quantum cum uxore, et filiola, & Mel-  
lito Cicerone consumitur. Nam illæ ambitiosæ nostræ,  
fucosæq; amicitiae sunt in quodam splendore forensi,  
fructum domesticū nō habent. Itaq; cum bene comple-  
ta domus est, tempore matutino, cum ad forum stipati  
gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna  
turba neminem possumus, quo cum aut iocari libere,  
aut suspirare familiariter possumus. Quare te expe-  
ctamus, te desyderamus, te iam etiam acersimus. Mul-  
ta sunt enim, quæ me sollicitant, anguntq; quæ mihi ui-  
deor aureis nactus tuas, unius ambulationis sermone

exhaurire posse, ac domesticarū quidem solitudinum aculeos omnes, & scrupulos occultabo, neque ego huic epistolæ, atq; ignoto tabellario committam, atq; hi (nolo enim te permoueri) non sunt permolesti, sed tamen infident, & urgent, & nullius amantis consilio, aut sermone requiescunt. In rep. uero, quanquam animus est præsens, tamen uoluntas etiã, atq; etiam ipsa medicinam efficit. Nam, ut ea breuiter, quæ post tuū discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. Etenim post profectiōnem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in causam tabulæ Clodianæ, in qua ego nactus, ut mihi uidebar, locum refecundæ libidinis, & coercendæ iuuentutis uehemens fui, et omnes profudi uires animi, atq; ingenij mei, non odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis, afflictæ respUBLICæ est empto, constupratoq; iudicio. Vide quæ sint postea consecuta. Consul est impositus is nobis, quē nemo præter nos philosophos aspicere sine suspirio posset, quantum hoc uulnus factō senatusconsulto de ambitu, de iudicijs nulla lex perlata, exagitatus Senatus, alienati equites Romani, quod erat quidem ob rem iudicandam, sic illē annus duo firmamenta rei publicæ per me unum constituta euertit. nam, & Senatus auctoritatem abiecit, & ordinum concordiam disiunxit. Instat hic nunc ille annus egregius. eius inutiū eiusmodi fuit, ut anniuersaria sacra inuētuti non committerentur. Nam M. Luculli uxorem Memmius suis sacris uitiauit. Menelaus ægre id passus diuortium fecit, quã quam ille pastor Idæus Menelaum solum contempserit. Hic noster



Paris tam Menelaum, q̄ Agamemnonem liberum nō  
 putauit. Est autem C. Herenius quidem Tr. Pl. quem  
 tu fortasse ne nosti quidē, tametsi poteris nosse. Tribū-  
 lis enim tuus est, & Sextus pater eius nummos uobis di-  
 uidere solebat. is ad plebem Publium Clodium tradu-  
 ci, idemq; refert, ut uniuersus Populus in campo mar-  
 tio suffragium de re Clodij ferat. Hunc ego accepi in  
 Senatu, ut soleo, sed nihil est illo homine lentius. Metel-  
 lus est Consul egregius, et nos amat. sed imminuit au-  
 thoritatem suam, quod habere dicit causam promulga-  
 tam. illud idem de Clodio auet. O Di immortales, q̄  
 ignauus, ac sine animo miles, q̄ dignus, qui Palicano,  
 sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat.  
 Agraria autem promulgata est à Flauio sanè leuis, ea-  
 dem ferè, quæ fuit Plotia. Sed interea πολιτικός ἀνὴρ  
 οὐδ' ὄναρ quisquam inueniri potest, qui poterat fa-  
 miliaris noster, sic est enim (uolo te hoc scire) Pompeius  
 tegulam illā pictam silentio tuetur suam. Crassus uer-  
 bum nullum cōtra gratiam. cæteros iam nosti, qui ita  
 sunt stulti, ut amissā rep. piscinas suas fore saluas spe-  
 rare uideātur. Vnus est, qui curet constantia magis, et  
 integritate, q̄ (ut mihi uidetur) consilio, aut ingenio Ca-  
 to, qui miseros Publicanos, quos habuit amantiſsimos  
 sui, tertium iam mensem uexat, neq; ijs à Senatu re-  
 sponsum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de re-  
 bus nihil discernere ante, quā Publicanis respōsum sit.  
 Quare etiam legationes relictumiri puto. Nūc uides,  
 quibus fluctibus iactemur, et si ex ijs, quæ scripsimus,  
 tanta etiam à me non scripta perspicis. Reuise nos ali-  
 quando. & quanq̄ sunt hæc fugienda, quo te uoco, ta-

men fac, ut amorem nostrum tanti aestimes, ut eò uel cū his molestis peruenire uelis. Nam, ne absens censeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. sub Iustrum autem censeari Germani negociatoris est. Quare cura, ut te quā primum uideamus. Vale. XI. Cal. Feb. Quinto Metello, & L. Afranio Consulibus.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Non modo, si mihi tantum esset ocij, quantum est tibi, uerum etiam, si tam breues epistolas uelim mittere, quod tu soles facere, te superarem, & in scripto nullo essem crebrior, q̄ tu. Sed ad summas, atq; incredibiles occupatiōes meas accedit, & nullam à me epistolam ad te sino absq; argumento, ac sententia uenire, & primum tibi (ut æquum est) cui amanti patriam, quæ sunt in rep. exponam. Deinde quoniā tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiā de nobis ea, quæ scire te non nolle arbitratur. Atque in rep. nūc quidem maxime Gallici belli uersatur metus. Nam Edui Fratres nostri pugnant, Sequani male pugnarunt, & Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionesq; in Prouinciam faciunt. Senatus decreuit, ut consules duas Gallias sortirentur. delectus haberetur, uacationes ne ualere. legati cum autoritate mitterentur, qui adirent Gallia ciuitates, darentq; operā, ne hæc cum Heluetijs se iungerent. legati sunt Quintus Metellus Creticus, & L. Flaccus τὸ ἐπὶ τῆ φάσιν μὲν πορ Lentulus Clodia filius. Atq; hoc loco illud nō queo præterire, quod, cum de consularibus mea prima fors exisset, una uoce Senatus frequens retinendum me in urbe

in urbe censuit. Hoc idem post me Pompeio accidit, ut nos duo quasi pignora reipub. retineri uideremur. Quid enim ego aliorum in me ἐπιφωνήματα expectem, cum hæc domi innascantur? Urbane autem res sic se habent. Agraria lex à Flauio Tr. Pl. uehementer agitabatur authore Pompeio, quæ nihil popolare habebat, præter authorem. Ex hac ego lege secunda concionis uoluntate omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum pertinebant. Liberaram agrum eum, qui Publio Mutio, Lucio Calphurnio Consulibus publicus fuisset. Syllanorum hominum possessiones confirmabam. Volateranos, et Armentanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiserat, in sua possessione retinebam. Vnam rationem non reiciebam, ut ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis uectigalibus per quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agrariæ Senatus aduersabatur, suspicans Pompeio nouam quandam potetiam quæri, Pompeius uero ad uoluntatem perferendæ legis incuberat. Ego autem magna cum Agrariorum gratia confirmabam omnium priuatorum possessiones. Is enim est noster exercitus hominum, ut tute scis locupletium. Populo autem, Pompeioque; (nam id quoque uolebam) satisfaciebam emptione, qua constituta diligenter, et sentinam urbis exhauriri, et Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar. Sed hæc tota res interpellata bello refraxerat. Metellus est consul sane bonus, et nos admodum diligit. Ille alter ita nihil est, ut planè quod erit, nesciat. Hæc sunt in rep. nisi illud etiam ad remp. putes pertinere, Herennium quendam Tr. Pl. tribulem tuum, sane hominem nequam,

atq; egentem, sæpe iam de Publico Clodio ad plebē tra-  
 ducendo agere cœpisse, huic frequenter interceditur.  
**Hæc sunt** (ut opinor) in rep. Ego autem, ut semel illarū  
 nonarum Decembrium iunctam inuidiæ, ac multorū  
 inimicijs eximiam quandam, atq; immortalem glo-  
 riam consecutus sum. Non desisti eādē animi magni-  
 tudine in rep. uersari, & illā institutam, ac susceptam  
 dignitatem tueri. Sed postea, quā primum Clodij ab-  
 solutione leuitatem, infirmitatemq; iudiciorum per-  
 spexi, deinde uidi nostros Publicanos facile à Senatu  
 disungi, quanq̄ à me ipso non diuellerentur, tum autē  
 beatos homines hos piscinarios, dico amicos tuos, nō ob-  
 scure nobis inuidere, putavi mihi maiores quasdam  
 opes, & firmiora præsidia esse quærenda. Itaq; pri-  
 mum eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat,  
 Pompeium adduxi in eam uoluntatem, ut in Senatu  
 non semel, sed sæpe, multisq; uerbis suis mihi salutem  
 imperij, atq; orbis terrarū adiudicarit, quod non tam  
 intersuit mea (neq; enim illæ res, aut ita sunt obscuræ,  
 ut testimonium, aut ita dubiæ, ut laudationem desyde-  
 rent) q̄ reip. quod erant quidam improbi, qui contem-  
 tionem fore aliquam mihi cum Pompeio, ex illarum  
 rerum dissensione, arbitrarentur. Cum hoc ego me tan-  
 ta familiaritate coniunxi, ut uterq; nostrum in sua ra-  
 tione munitior, et in rep. firmior hac coniunctione esse  
 possit. O dia autem illa libidinosæ, & delicatæ iuuen-  
 tutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt, qua-  
 dam comitate mea, me unum ut omnes illi colant. nihil  
 iam deniq; à me asperum in quenq̄ fit, nec tamē quicq̄  
 populare, ac dissolutū, sed ita temperata tota ratio est,  
 ut reip.

ut rei p. constantiam præstem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. atque ita tamen nouis amicitijs implicati sumus, ut crebro mihi uasfer ille Siculus insusurret Epicarmus cantilenam illam suam  $\nu\tilde{\nu}\phi\epsilon$   
 $\kappa\theta\sigma\ \mu\acute{\epsilon}\ \mu\upsilon\alpha\sigma\omicron\nu\ \delta\pi\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\epsilon\ \rho\alpha\ \phi\omicron\nu\tilde{\nu}\epsilon\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha$ , ac nostræ quidem rationis, ac uitæ, quasi quandam formam (ut opinor) uides. De tuo autem negotio sæpe ad me scribis, cui mederi nunc non possumus. Est enim illud. S. C. summa pedariorum uoluntate, nullius nostrum auctoritate factum. Nam, q̄ me non esse adscriptum uides, ex ipso S. C. intelligere potes, aliam rem tum relatum. Hoc autem de populis liberis sine causa additum, & ita factum est à P. Seruilio filio, qui in postremis sententiam dixit, sed immutari hoc tempore nõ potest. Itaq; conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. tu si tuis blanditijs tamen à Sycionijs nummolorum aliquid ex presseris; uelim me facias certiozem. Commentarium consulatus mei græce compositum mihi si ad te, in quo siquid erit, quod homini Attico minus græcum, eruditumq; uideatur, nõ dicam, quod tibi (ut opinor) Panormi Lucullus de suis historijs dixerat, se quò facilius illas probaret, Romani hominis esse, Itcirco barbara quædam, & obsoleta dispersisse. apud me siquid erit eiusmodi, mihi imprudente erit, & inuito. Latinum si perfecero ad te mittam. tertium poema expectato, ne quod genus à me ipso laudis meæ præmittatur. Hic tu caue dicas  $\tau\iota\varsigma\ \pi\acute{o}\tau\epsilon\rho\ \alpha\iota\tilde{\nu}\eta\sigma\gamma\epsilon$   
 si est enim apud homines quicquid, quod potius si lau-

detur, nos uituperemur, quin potius alia laudamus, quam non ἐννομιασινὰ sunt hæc, sed ἰσοπικὰ quæ scribimus. Quintus Frater purgat se mihi per literas, & affirmat nil à se cuiq̃ de te secus esse dictum. uerum hæc nobis corâ summa cura, et diligentia sunt agenda. tu modo nos reuise aliquando. Cossinius hic, cui dedi literas, ualde mihi bonus homo, et non leuis, & amans tui uisus est, & talis, qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant. Vale. Idib. Martijs.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Um è Pompeiano me Romam recepissem ad  
 e IIII. Id. Maij Cincius noster eam mihi abs  
 te epistolam reddidit, quam tu Id. Feb. dederas. Ei nunc epistolæ literis his respondebo, ac primum tibi perspectum esse iudicium de te meum, letor. Deinde te in his rebus, quæ mihi asperius à nobis, atq; à nostris, & iniucundius actæ uidebatur, moderatissimum fuisse uehementissime gaudeo, idq; neque amoris mediocris, et ingenij summi, ac sapientiæ iudico. Quæ de re, cum ad me ita suauiter, diligenter, officiose, humaniter scripseris, ut non modo hortari te amplius nõ debeam, sed ne expectare quidem abs te, aut ab ullo homine tantum facilitatis, ac mansuetudinis potuerim, nihil duco esse commodius, q̃ de his rebus nihil amplius scribere, cum erimus congressi, tum, si quid res feret, coram inter nos cõferemus. Quod ad me de rep. scribis, disputas tu quidem & amanter, & prudenter, & à meis consilijs ratio tua non abhorret. nam, neq; de statu nobis nostræ dignitatis est recedendũ, neq; sine nostris  
 copijs

copus intra alterius praesidia ueniendum. Et is, de quo  
 scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non  
 summissum, atq; popolare. uerū tamen fuit ratio mihi  
 fortasse ad tranquillitatem meorum temporum nō in-  
 utilis, sed mehercule reip. multo etiam utilior, q̄ mihi,  
 cum improborum impetus in me reprimerē, cum ho-  
 minis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuā-  
 tem sententiā confirmassem, et à spe malorū ad mea-  
 rum rerū laudē conuertissem. Quod si cum aliqua le-  
 uitate mihi faciendū fuisset, nullam rem tanti aestimas-  
 sem. sed tamen à me ita acta sunt omnia, non ut ego illi  
 assentiēs leuior, sed ut ille me probans grauior uideret-  
 tur. Reliqua sic à me aguntur, et agentur, ut nō commut-  
 tatus, ut ea, quae gessimus, fortuito gessisse uideamur.  
 Eos bonos uiros illos, quos significas, et eam, quam mihi  
 dicas obtigisse *σπαρτάν* non modo nunq̄ deserā, sed  
 etiā si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina senten-  
 tia p̄manebo. Illud tamē uelim existimes, me hanc uia  
 Optimatū post Catuli mortem nec praesidio ullo, nec co-  
 mutatu tenere. Nam, ut ait Rhinton, ut opinor, *οἱ μὲν  
 παρὰ δουρὲν ἴσιν, οἱ δὲ δουρὲν μέλει.* mihi uero, ut inui-  
 deant piscinarij nostri, aut scribā ad te aliās, aut in cō-  
 gressum nostrū reseruabo. à curia autē nulla meres dī  
 uellet, uel q̄ ita rectū est, uel q̄ reb. meis maxime cōsen-  
 taneū, uel q̄ a Senatu quanti fiam, minime me poenitet.  
 De Sicyonijs (ut scripsi ad te antea) nō multū spei est in  
 Senatu. nemo est enim iā, q̄ queratur, Quare, si id expe-  
 ctas, lō gū est, alia uia, si qua potes, pugna. cū est actū,  
 neq; animaduersum ē ad quos ptineret, et raptim in eā  
 sententiā pedarij cōcurrerūt. Inducēdi S. C. maturitas

non dum est, q̄ neq; sunt, qui querantur, & multi, par-  
 tim maleuolētia, partim opiniōe equitatis delectantur.  
 Metellus tuus est egregius Cos. unum reprehendo, q̄  
 ocium ē Gallia non magnopere nuntiari gaudet, cupit  
 credo triūphare. Hoc uellem mediocrius, cætera egre-  
 gia. Auli filius uero ita se gerit, ut eius consulatus non  
 consulatus sit, sed Magni nostri ὑπὸ πτωχῶν. De meis  
 scriptis nisi ad te græce perfectum consulatū meū. eū  
 librum L. Cossinio dedi. puto te latinis meis delectari.  
 Huic autē græco græcum inuidere. alij si scripserint,  
 mittemus ad te, sed mihi crede, simulatq; hoc nostrum  
 legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc (ut ad  
 rem meam redeā) L. Papyrius Pætus, uir bonus, ama-  
 torq; noster, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliq̄,  
 donauit, cum mihi per legem Cinciā licere capere Cin-  
 cius amicus tuus diceret, libēter dixi me accepturum, si  
 attulisset. Nunc, si amas me, si te amari à me scis, enite-  
 re per amicos, Clientes, hospites, libertos deniq;, ac ser-  
 uos tuos, ut scheda nequa de pereat. nam & græcis his  
 libris, quos suspicor, et latinis, quos scio illum reliquis-  
 se, mihi uehementer opus est. Ego autem quotidie ma-  
 gis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in his  
 studijs cōquiesco. per mihi, per inquam gratū feceris,  
 si in hoc tam diligens fueris, quam soles in his rebus,  
 quas me ualde uelle arbitraris, ipsiusq; Pæti tibi nego-  
 cia commendo. De quibus tibi ille aget maximas gra-  
 tias. & ut iam inuisas nos, non solum rogo, sed etiam  
 suadeo. Vale.



M. T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
SECVNDVS.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S. D.

ALENDIS Iun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, uenit obuiam tuus puer, is mihi literas abs te, et Commentarium Consulatus mei græce scriptum reddidit, in quo lætatus sum me aliquāto ante de iisdem rebus græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres, quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta uisa sunt. sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Et ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. meus autem liber totum Isocratis *μυροβάνιον*, atque omnis eius discipulorum arculas, ac non nihil etiam Aristotelicæ pigmenta consumpsit, quem tu Corcyræ, ut mihi alijs literis significas, strictim attigisti. Post autem, ut arbitror, à Cossinio accepisti, quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiosè probauissem. quanquam ad me rescripsit iam Rhodo Possidonius, se nostrum illud ὁ πρὸς *μυροβάνιον* cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitum ad scribendum, sed etiam planè perterritum. Quid queris? conturbauit græcam nationem, ita uulgo quæ

instabant, ut darem sibi, quod ornarent, iam exhibere mihi molestam destiterunt. tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut & Athenis sit, & in cæteris oppidis Græciæ. uidetur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem & quas postulas, & plures etiam mittam. quoniam quidem ea, quæ nos scribinus adolescentulorum studijs excitati, te etiam delectant. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes, et quod se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, ut *σεμνότερος τις*, *ἔξ πολιτικώτερος* uideretur curare, ut meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur, quarum una est in Senatu Cal. Ian. Altera ad populum de lege Agraria. Tertia de Othone. Quarta pro Rabirio. Quinta de proscriptorum filijs. Sexta, cum Prouinciam deposui in Concione. Septima, qua Catilinam emisi. Octaua, quam habui ad populum postridie, quæ Catilina profugit. Nona in Concione quo die Allobroges inuocarunt. Decima in Senatu Non. Decembr. Sunt præterea duæ breues, quasi ἀποσπασματῖα legis Agrariæ, hoc totum *σῶμα* curabo, ut habeas. & quoniam te, cum scripta, tum res meæ delectant, ijsdem ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim, at ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. Quod quaeris, quid sit, quo te accersam, ac simul impeditum te negocijs esse significas, neque recusas, quin non modo si opus sit, sed etiam si uelim, accurras, nihil sanè est necesse. uerum tamen uidebare mihi tempora peregrinationis commodus posse distribuere. nimis abes diu, præsertim cum

sis in propinquis locis. neq; nos te fruimur, & tu nobis  
 cares. ac nunc quidem ocaum est. Sed si paulo plus fir-  
 ror Pulchelli progredi posset, ualde te ego istanc excita-  
 rem. uerum præclare Metellus impedit, & impedit.  
 Quid quæris, est Cos. φιλόπατρις, & (ut semper  
 iudicari) natura bonus. Ille autem nō simulat, sed pla-  
 nè Tribunus Pl. fieri cupit. Qua de re, cum in Senatu  
 ageretur, fregi hominē, et inconstantia reprehēdi, qui  
 Romæ Tr. Pl. peteret, cum in Sicilia A edilitem sæpe  
 dictitasset. sed neq; magno pere dixisse nobis laboran-  
 dum, quod nihilo magis ei licitum esset plebeio rēp-  
 perdere, q̄ simulibus eius me Cos. patricijs esset licitum.  
 iam cum se ille septimo die uenisse à Freto, neque sibi  
 obuiam quenquam prodire potuisse, & noctu se in-  
 troisse dixisset, in eoq; se in Concione iactasset, nihil ei  
 noui accidisse, Ex Sicilia septimo die Romam, tribus  
 horis Roma Interannam noctu introisse, item ante nō  
 esse itum obuiam, ne tum quidem, cum iri maxime de-  
 buit. Quid quæris? hominem petulantem modestum  
 reddo, nō solum perpetua grauitate orationis, sed etiā  
 hoc genere dictorum. Itaq; iam familiariter cum ipso  
 auillor etiā, ac iocor. quin etiam cum candidatū de-  
 ducere, is quærit ex me, num consueuissem Siculis  
 locum gladiatoribus dare. negaui. At ego inquit no-  
 uos patronos instituam. sed soror, quæ tantum habeat  
 consularis loci, unum mihi solum pedem dat. noli in-  
 quam de uno pede sororis queri, licet etiam alterum  
 tollas. non consulare inques dictum fateor. sed ego odi  
 illam male consularem. ea est enim seditiosa, ea cum  
 uiro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam

cum Fabio, quod eos mihi esse amicos moleste fert. Quod de Agraria lege quaeris, sanè iam uidetur refrixisse, quod me quodammodo molli brachio de Pompei familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei praesidij causa cum illo coniunctum esse, sed ita res erat instituta, ut si inter nos esset forte aliqua dissensio, maximas in rep. discordias uersari esset necesse, quod à me ita praecautum, atque ita prouisum est, non, ut ego de optima illa mea ratioe decederem, sed ut ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponeret, quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius, quam de suis praedicare. Sibi enim bene gestae, mihi conseruatae reip. dat testimonium. hoc facere illum mihi quàm proffit, nescio, reipub. certe prodest. Quid si etiam Caesarem, cuius nunc uenti ualde sunt secundi, reddo meliorem? num tantum obsum reipub? quin etiam, si mihi nemo inuideret, si omnes, ut erat æquum, fauerent, tamen non minus esset probanda medicina, quæ sanaret uitiosas partes reip. quàm quæ exacerret. Nunc uero cum equitatus ille, quem ego in cliuo capitolino te signifero, ac principe collocatam, Senatam deseruerit, nostri autem Principes digito se caelum putent attingere, si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alij autem negligant, non ne tibi satis prodesse uideor, si perficio, ut nolint obesse, quod possunt? Nam Catonem nostrum non tu amas plus, quàm ego. sed tamen ille animo optimo utens, & summa fide, nocet interdum reip. Dicit enim tanquam in Platonis πολιτεία, non tanquam in Romuli fece sententiam. Quid uerius, quam in Iudicium uenire, qui ob rem

iudicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato,  
 assensit Senatus Equiti. Curia bellum, non mihi, nam  
 ego dissensi. Quid impudentius Publicanis renuntian-  
 tibus? Fuit tamē retinendi ordinis causa faciēda iactu-  
 ra. restitit, & peruiat Cato. Itaq; nunc Cōsule in car-  
 cere incluso, s̄ape item seditione commota, aspirauit ne-  
 mo eorum, quorum ego concursu, itemq; Coss. qui post  
 me fuerūt, remp. defendere solebant. Quid ergo istos  
 inquit mercede cōductos habebimus? quid faciemus, si  
 aliter non possumus? an libertinis, atque etiam seruis  
 seruiamus? sed ut tu ais ἄλλῃσ' σπουδῆσ'. Fauonius  
 meam Tribum tulit honestius, quam suam. Lucei per-  
 didit. accusauit Nasiciam inhoneste, ac modeste tamen  
 dixit, ut Rhodi uideretur molis potius, quam Moloni  
 operam dedisse. mihi, quod defendissem, leuiter succen-  
 sūt. nunc tamen petit iterum reip. causa, Luceius quid  
 agat, scribam ad te, cum Cæsarem uidero, qui aderit  
 biduo. quod Sicyonii te lædunt, Catoni, & eius æmula-  
 tori attribuas Seruilio. quid ea plagæ, non ne ad mul-  
 tos bonos uiros pertinet? sed si ita placuit, laudemus, de-  
 inde in dissensionibus soli relinquamur. Amalthea  
 mea te expectat, & indiget tui. Tusculanum, et Pom-  
 peianum me ualde delectant, nisi quæ me illum ipsum  
 uindicem æris alieni, ære non corinthio, sed hoc cir-  
 cunforaneo obruerunt. in Gallia speramus esse ociū.  
 prognostica mea cum oratiūculis propediē expecta.  
 & tamen, quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos,  
 nam mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quinti-  
 li Romæ fore, id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo  
 miserat, discrepabat. Pætus, ut antea ad te scripsi,

omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, ut conseruentur, & ad me perferatur. Hoc mihi nil potest esse gratius. & tum græci, tum uero Latinos diligenter, ut conserues, uelim. tuum esse hoc munusculum putabo. Ad Octauium dedi literas, cum ipso nil eram locutus. neque enim ista tua negocia provincialia esse putabam, neque te in Decurionibus habebam, sed scripsi, ut debui diligenter. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vra amabo te, Ciceronem nostrum, ei nos  
 c θεῖοι uidemur. *τελευτήιον* in manibus  
 tenebam, & Hercule magnum aceruum Di  
 earchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum  
 hominem, & a quo multo plura didiceris, quàm de Proci-  
 lio *κορινθίων ἡγετῶν ἀθηνάϊων*, puto me Romæ habere  
 mihi hæredes. lege te hoc doceo. mirabilis uir est. ἦρως  
 εἶναι, si homo esset, eum potius legeret, quàm unam lite-  
 ram scriberet, qui me Epistola petiuit. ad te, ut uideo  
 communis accessit. coniurasse mallē, quàm restitisse conuira-  
 tioni, si illum mihi audiendum putassem. De Iolio sa-  
 nus nō es, de uino laudo. sed heus tu ecquid uides Cal-  
 uenire? Antonium non uenire? Iudices cogi? nam ita ad  
 me mittunt. Nigidium manari in concione se iudicem,  
 qui non affuerit, compellaturum. uelim tamen, si quid  
 est de Antonij aduentu, quod audieris, scribas ad me.  
 Et quoniam huc non uenis, cœnes apud nos, usque pri-  
 die Cal. caue aliter facias. Cura ut ualeas.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Rimum, ut opinor, εὐαγγέλια. Valerius  
 p absolutus est Hortensio defendente. id iudici-  
 um Attilio condonatum putabatur, & Epi-  
 cratem suis spcor, ut scribis, lasciuū fuisse. etenim mihi  
 eius caligæ, ut fasciæ cretatæ non placebant. Quid  
 sit, sciemus, cum ueneris. Fenestrarum angustias, quod  
 reprehendis, scito te κύρου πικιδέιαν reprehende-  
 re. nam cum ego idem istuc dicerem, gyrus agebatur,  
 uiridiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus, non  
 tam esse suauis. etenim ἔσω μὲν ἢ ὄψις κ, τὸ δ' ἔδρω  
 μενον, β. γ. ἀκτῖνες δ' ε, δ, κθ ε. uides enim cætera.  
 nam si κατὰ εἰδῶλων ἐμπτόσης uideremus, ual-  
 de laborarent εἰδῶλα in angustijs, nunc fit lapide  
 illa ἐκχυσις cætera si reprehenderis, non feres ta-  
 citum, nisi si quid erit eiusmodi, quod sine sumptu corri-  
 gi possit. Venio nunc ad mensem Ianuariū, & ad  
 ὑπόθεσιν nostrά, ac πολιτείαν in qua σωκρατικῶς.  
 sed tamen ad extremū, ut illi solebant τὴν ἀρῆσιν οὐσαν  
 est res sane magni cōsiliij. nam aut fortiter resistendum  
 est, legi agrariæ, in qua est quædam dimittatio, sed ple-  
 na laudis, aut quiescendum, quod est nō dissimile, atq;  
 ire in Solonium, aut Antium, aut etiam adiunādum,  
 quod à me aiunt Cæsarem sic spectare, ut non dubitet.  
 Nam fuit apud me Cornelius, hunc dico Balbum Cæ-  
 saris familiarem. Is affirmabat illum omnibus in re-  
 bus meo, & Pompeij consilio usurum, daturumq; ope-  
 ram, ut cum Pompeio, Crassum coniungeret. Hic sunt  
 hæc. coniūctio mihi summa cū Pompeio, si placet etiam

cum Cæsare reditus in gratiam. cum inimicis pax. cū  
 multitudine Senectutis ocium. sed me κατὰ κρισις  
 mea illa commouet, quæ est in Libro tertio.

Interea cursus, quos prima à parte iuuentæ,  
 Quosq; adeo Consul uirtute, animoq; petisti,  
 Hos retine, atq; auge famam, laudesq; bonorum.

Hæc mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta  
 ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa perscripserit, non opi-  
 nor esse dubitandum, quin semper nobis uideatur  
 ἦς οἰωνὸς ἀριστὸς ἀμύνεσθαι περὶ πατρὸς. Sed hoc am-  
 bulationibus Compitalitijs reseruemus. tu pridie Com-  
 pitalia memento. Balneum calefieri iubebo, & Pompo-  
 niam (nam Terentia rogat) matrem adiungemus θεο-  
 φράσου περὶ φιλομαθίας affer mihi de libris Quin-  
 ti Fratris. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ecisti mihi per gratum, qd Serapionis librum  
 f ad me misisti, ex quo quidem ego, quod inter  
 nos liceat dicere, millesimam partem uix in-  
 tellego. pro eo tibi presentem pecuniam solui impera-  
 rui, ne tu expensum muneribus ferres. At quoniam  
 numorum mentio facta est, amabo te cura, ut cum Ty-  
 cinio quoquo modo poteris, trāsigas. si in eo, quod osten-  
 derat, non stat, mihi maxime placet ea, quæ male em-  
 pta sunt, reddi, si uoluita te Pomponiæ fieri poterit. si  
 ne id quidē, numi potius reddantur, q̄ ullus sit scrupu-  
 lus. ualde hoc uelim, ante, quàm proficiscare, amāter,  
 ut soles, diligenterq; conficias. Clodius ergo, ut ais, ad  
 Tigranē? uelim Syriæ conditiones, sed facile patior.  
 a commodatus



accommodatius enim nobis est ad liberam legationem  
 tempus illud, cum & Quintus noster iam, ut speramus,  
 in ocio conſederit, & iſte ſacerdos bonæ deæ cuiusmo-  
 di futurus ſit, ſciri poſſit. Interea quidem cum Muſis  
 nos delectabimur animo æquo, immo uero etiam gau-  
 denti, ac libenti. neq; mihi unquam ueniet in mentem,  
 Crasso inuidere, neq; pœnitere, quod à me ipſe nõ deſci-  
 uerim. De geographia dabo operam, ut tibi ſatisfaciã,  
 ſed nihil certi polliceor. magnum opus eſt, ſed tamen, ut  
 iubes, curabo, ut huius peregrinationis tibi opus extet.  
 Tu quicquid indagaris de rep. & maxime, quos Coſſ-  
 futuros putes, facito, ut ſciam. tametſi nimis ſum curio-  
 ſus. ſtatui enim nihil iam de rep. cogitare. Terentiæ ſal-  
 tum perſpeximus. Quid quæris, præter quercum do-  
 donæã nihil deſyderamus, quo minus Epeirum ipſam  
 poſſidere uideamur. nos circiter Cal. aut in Formiano  
 erimus, aut in Pompeiano tu, ſi in Formiano non eri-  
 mus (ſi nos amas) in Pompeianũ uenito. id et nobis erit  
 periucundũ, & tibi non ſanè deuiũ. De muro impera-  
 ui Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod  
 tibi uideretur, ut cenſeo, tamen adhibeas Vectium, his  
 temporibus tam dubia uita optimi cuiusq; magni æſti-  
 mo unius æſtatis fructum palæſtræ palatinae, ſed ita  
 tamen, ut nil minus uelim, q̃ Pomponiam, & puerum  
 uerſari in timore ruinae. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

c Vpio equidem, & iam pridem cupio Alexan-  
 dream, reliquamq; Aegyptum uiſere, & ſi-  
 mul ab hac hominum ſatietaſte noſtri diſcedere, et cum

aliquo desiderio reuerti. sed hoc tempore, et ijs mittens  
 tibus αἰδέομαι τρωάδας, καὶ τρωάδας ἐλευσιπέπλους.  
 quid enim nostri Optimates, si qui reliqui sunt, loquen-  
 tur? an me aliquo præmio de sententia esse deductum?  
 Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum  
 millibus? Quid uero historiae de nobis ad annos DC  
 prædicarint? quas quidē ego multo magis uereor, quā  
 eorū hominum, qui hodie uiuunt rumusculos. sed opi-  
 nor excipiamus, & expectemus. si enim deferetur, erit  
 quaedam nostra potestas, & tum deliberabimus, & iā  
 Hercule est, in non accipiendo nonnulla gloria. Qua-  
 re siquid θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omni-  
 no repudiaris. de istis rebus expecto literas tuas, quid  
 Arrius narret, quo animo se destitutum ferat, & qui  
 Coss. parentur, utrum (ut populi sermo) Pompeius, &  
 Crassus, an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Ser. Sulpi-  
 tius, & num, quæ leges nouæ, et num quid noui omni-  
 no. & quoniam Nepos proficiatur, cui nam augura-  
 tus deferatur, quo quidem uno ego ab istis capi possum  
 uidere ciuitatem meam. Sed quid ego hæc, quæ cupio  
 deponere, & toto animo, atq; omni cura φιλοσοφείν?  
 sic inquam in animo, sic uellem ab initio. Nunc uero,  
 quoniā, quæ putavi esse præclara, ex ptus sum, quām  
 essent inania, cum omnibus Musis rationem habere co-  
 gito. tu tamen de Curtio ad me rescribe certius. et nunc  
 quis in eius locum pareretur, et quid de P. Clodio fiat, et  
 omnia, que admodū tu polliceris, ἐπιστολῆς scribe.  
 & quo die Roma te exiturum putes, uel im ad me scri-  
 bas, ut certio rem te faciam quibus in locis futurus sim,  
 epistolamq; statim des de his rebus, de quibus ad te  
 scripsi,

scripsi, ualde enim expecto literas tuas. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Q uod tibi superioribus literis promiseram fore,  
 ut opus extaret huius peregrinationis, nihil iam  
 magno pere confirmo. sic enim sum complexus ocium,  
 ut ab eo diuelli non queam. Itaque aut libris me delecto,  
 quorum habeo Antij festiuam copiam, aut fluctus nu-  
 mero. nam ad lacertas captandas tempestates non sunt  
 idoneæ. a scribendo prorsus abhorret animus. etenim  
 θεωρητικὰ, quæ constitueram, magnum opus est. ita  
 ualde Eratosthenes, quæ mihi proposueram, a Serapio-  
 ne, et ab Hipparcho reprehenditur. quid censes, si Ty-  
 rannio accesserit? Hercules sunt res difficiles ad ex-  
 plicandum, ὁ μοι δῆϊς. nec tam possunt ἀνθρο-  
 πωποιεῖσθαι, quæ uidebantur. Et quod caput est, mihi quæ-  
 uis satis iusta causa cessandi est. quin etiam dubitem, an  
 hic Antij considā, Et hoc tempus omne consumam, ubi  
 quidē ego malle m diu nimirū, quæ Romæ fuisse. tu uero sa-  
 pientior Buthroti domū parasti. sed, mihi crede, proxi-  
 ma est illi municipio hæc Antiatū ciuitas, esse locū tam  
 propè Romam, ubi multi sint, qui Vatinium nunquā uide-  
 rint, ubi nemo sit præter me, qui quenquā ex uiginti uiris  
 unum esse saluū uelit, ubi me iterpillet nemo, diligant  
 omnes. hic hic nimirū πολιτωτίον. nam istuc nō solū  
 nō licet, sed etiam tædet. Itaque ἀνέκδοτα à nobis, quæ  
 tibi uni legamus Theopompino genere, aut etiam aspe-  
 riore multo pangētur, neque aliud iam quicquid πολιτένομαι,  
 nisi odisse improbos, et id ipsum nullo cū stomacho, sed  
 potius cū aliqua scribendi uoluptate. sed ut ad rē, scri-

psi ad quæstores urbanos de Quinti Fratris negotio. uide qd narrent, et quæ spes sit denarij, an Cistophoro Pompeiano iaceamus. Præterea de muro statuæ, qd faciendum sit aliud. quin etiã quando te proficisci istunc putes, fac, ut sciam. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Egeographia etiam, atq; etiam deliberauimus. Orationes à me autem duas postulas, quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscederam, alteram, ne laudarem eum, quem nõ amabam. sed id quoq; uidebimus. Deniq; aliud aliquid extabit, ne tibi planè cessasse uideamur. De Publio, quæ ad me scribis, sanè mihi incûda sunt. eaq; etiam uelim omnibus uestigijs indagata ad me afferas, cum uenies, & interea scribas, siquid intelliges, aut suspicabere, et maxime de legatione quid sit acturus. Ecquidem ante, quàm tuas legi literas, in hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo uadimonium. nam mira sum alacritate ad litigãdũ. Sed uidebatur mihi, siquid esset in eo populare, quod plebeius factus esset, id amissurus. Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? narra mihi, Reges Armenij patricos salutare non solent? Quid quæris? acueram me ad exagitantam hanc eius legationem, quam si ille cõtemnit, & si (ut scribis) bilem id commouet, & latoribus, & auspicius legis curiatæ spectaculum egregium. Hercule uerum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius, qui, cum in domo Cæsaris quondam unus

dam unus uir fuerit, nūc, ne in uiginti quidem esse potuerit. Deinde alia legatio dicta erat, alia data est, illa optima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor. Pisarenensis nebuloni Vatinio reseruatur. hęc iciuina, ac bella relegatio datur ei, cuius Tribunatus ad istorum tempora reseruatur. incēde hominem amabo te, quoad potest. una spes est salutis istorū inter istos dissensio, cuius ego quaedam initia sensi ex Curione. iam uero Arrius consulatum sibi ereptum frenit. Megabrotus, & hęc sanguinaria iuuetus inimicissima est, accedat uero, accedat etiam ista rixa auguratus. Spero me pręclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurum. Sed illud qđ sit scire cupio, quod iacis obscure iam etiã ex ipsis quinque uiris loqui quosdam, quod nã id est? si est enim aliqđ, plus est boni, quàm putaram. atq; hęc sic uelim existimes non me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quærere, qđ gestat animus aliquid agere in rep. iam pridē gubernare me tædebat, etiam cum licebat, nūc uero, cum cogar exire de nauī nō abiectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri. Cupio, ut ait tuus amicus Sophocles.

De muro quid opus sit uidebis. Castritianum mendū nos corrigemus, & tamen ad me Quintus Decelini mendum scripserat non ad sororem tuam HS XXX. Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo sororis tuę filio respondisti. De Amalthea quod me admones, non negligemus. Cura, ut naleas.

e Pistolam cum à te uide expectarem ad ue-  
 sperum, ut soleo, ecce tibi nuntius, pueros ue-  
 nisse Roma. uoco, quæro, ecquid literarum? ne-  
 gant. quid ais inquam, nihil ne à Pomponio? perterriti  
 uoce, & uultu, confessi sunt se accepisse, sed excidisse in  
 uia. quid quæris? permolestè tuli. nulla enim abs te per  
 hos dies epistola inanis aliqua re utili, & suauè uene-  
 rat. nunc, siquid in ea epistola, quam ante diem XVI  
 Cal. Maij dedisti, fuit historia dignum. scribe quam  
 primum, ne ignoremus. sin nihil præter iocationem, red-  
 de id ipsum. & scito Curionem adolescentem uenisse  
 ad me salutatum. ualde eius sermo de Publio cum tuis  
 literis congruebat. ipse uero mirandum in modum Re-  
 ges odisse superbos, peræque narrabat incensam esse iu-  
 uentutem, neq; hæc ferre posse. bene habemus nos. si in  
 ijs spes est, opinor, aliud agimus. Ego me do historiæ.  
 quanq̃, licet me Saufeium putes esse. nihil me est inertius,  
 sed cognosce itinera nostra, ut statuas, ubi nos uisur-  
 us sis. In Formianum uolumus uenire Parilibus, inde,  
 (quonia putas prætermittendum à nobis esse hoc tem-  
 pore cratera illum delegatum) Cal. Maijs de Formia-  
 no proficiscemur, ut Antij simus ad V. Non. Maij.  
 Ludi enim Antij futuri sunt pridie Non. Maij, eos  
 Tullia spectare uult. inde cogito in Tusculanum. dein-  
 de Arpinum. Romam ad Cal. Iun. te, aut in Formia-  
 no, aut Antij, aut in Tusculano. cura, ut uideamus.  
 Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge ali-  
 quid noui. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Vbito cum mihi dixisset Cecilius quæstor  
 f puerum se Romam mittere, hæc scripsi ra-  
 ptim, ut tuos elicerem mirificos cum Publio  
 dialogos, cum eos, de quibus scribis, tum illum, quem  
 addis, & ais longum esse. quæ ad ea responderis, per-  
 scribe. Illum uero, qui non dum habitus est, quem illa  
 Βοῶπις, cum ex Solonio redierit, ad te est relatura. sic  
 uelim putes, nihil hoc posse mihi esse iucundius. Si uero  
 quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cælo sum,  
 ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad ple-  
 bem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiã  
 retulerit, quarum expecta diuinam *παλιψόδιον*.  
 etenim, quantum coniectura auguramur, erit nebulo  
 iste cum ijs Dynastis in gratia, nõ modo de Cynico con-  
 sulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus  
 poterit se iactare. non enim poterimus ulla esse in in-  
 uidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Sin  
 autem ab ijs dissentiet, erit absurdum in nos inuehi.  
 ueruntamen inuehatur. festiue, mihi crede, & minore  
 sonitu, q̄ putaram, Orbis hic in rep. est conuersus. ci-  
 tius omnino q̄ potuit. id culpa Catoris. Sed rursus im-  
 probitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui  
 Iuniam, et Liciniã, qui Celiã, et Didia neglexerunt.  
 qui omnia remedia reip. effuderunt, q̄ regna, q̄ prædia  
 Tetrarchis, qui immanis pecunias paucis dederunt. ui-  
 deo iam quò inuidia tráseat, et ubi sit habitatura. nihil  
 me existimaris, neq; usu, neq; à Theophrasto didicisse, nõ  
 si breui tẽpore desyderari nostra illa tẽpora, uideris.

## LIB.

Etenim si fuit inuidiosa Senatus potentia, cum ea non ad populum, sed ad tres homines immoderatos redacta sit, quid etiam censes fore? proinde isti licet faciant, quos uolent Coss. Tr. Pl. deniq; etiam Vatinii Strumæ sacerdotij διβάρη uestiant. uidebis breui tempore magnos, non modo eos, qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum, qui peccauit Catonem. nam nos quidem, si per istum tuum sodalē Publium licebit, σοφιστεῖν cogitamus. Si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius ἐπαγγέλλομαι ἀνδρα ἀμύνεσθαι ὡς τέ τις πρότερος χελεπίνη. Patria propitia sit, habet à nobis etiã, si non plus, quàm debitum est, plus certe, q̄ postulatũ est. male uehi malo alio gubernate, q̄ tam in gratis uectoribus bene gubernare. sed hæc coràm commodius. nunc audi, quod quæris. Antium me ex Formiano recipere cogito ad V. Non. Maias. Antio uolo Non. Maijs proficisci in Tusculanũ, sed cum è Formiano rediero, ibi esse uolo usq; ad pridie Cal. Maias. faciam statim te certiozem. Terentia tibi salutem. καὶ μικρῶν ὁ μικρὸς ἀσπάζεταιται τί τοῦ τὸν ἀθηναίων.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Olo ames constantiam meam. ludos Antiij  
 # spectare non placet. Est enim ὑποσολοικος,  
 cum uelim uitare omnium deliciarum sus-  
 spitionem repente ἀναφάινεσαι non solum delicate, sed  
 etiam inepte peregrinantem. Quare usq; ad Non. Ma-  
 ias te in Formiano expectabo. Nunc fac, ut sciam, quo  
 die te uisuri simus. Ab Apij foro hora quarta dederã,  
 aliam



aliam paulo ante à Tribus tabernis. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Arro tibi planè . relegatus mihi uideor, po-  
 ste a q̄ in Formiano sum . dies enim nullus  
 n erat , Antij cum essem , quo die non melius  
 scirem Romæ quid ageretur, q̄ ij, qui erant Romæ . et-  
 enim literæ tuæ non solum quid Romæ , sed etiam qd̄  
 in repu. neq; solum quid fieret, uerum etiam quid fu-  
 turū esset, indicabant. Nunc, nisi siquid ex prætercun-  
 te uiatore exceptum est , scire nihil possumus . Quare  
 quãquam iam te ipsum expecto, tamen isti puero, quẽ  
 ad me statim iussi recurrere da ponderosam aliquam  
 epistolam plenam omnium non modo actorum, sed  
 etiam opinionum tuarum . ac diem, quo Roma sis exitu-  
 rus, cura ut sciam. Nos in Formiano esse uolumus usq;  
 ad pridie Non. Maias. eò si ante eam diem nõ ueneris,  
 Romæ te fortasse uidebo . nam Arpinum quid ego te  
 inuitem?

hæc igitur, cura ut ualeas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Egent illi Publium Tr. Ple. factum esse . hoc  
 n uero regnum esse ferri nullo pacto potest. e-  
 mittat ad me Publius, qui obsignent. iurabo  
 Cn. nostrū collegam Balbi Antij mihi narrasse in au-  
 spitio fuisse. O suaves epistolas tuas uno tempore mihi  
 datas duas, quibus ἐναγγελία quæ reddam nescio,  
 deberi quidem planè fateor . sed uide εὐχνηρμα.

emerferã commode ex Antio in Apiam ad tres taber-  
 nas, i psis Cerealibus, cum in me incurrit Roma ueniẽs  
 Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis. ille  
 ex me, nihil ne audissem noui? ego negare. Publius in-  
 quit Tr. Pl. petit. quid ais? & innocissimus quidẽ Cæ-  
 saris, & ut omnia inquit ista rescindat. Quid Cæsar  
 inquam? negat se quicq̃ de illius adoptione tulisse. de-  
 inde suũ, Memmi, Metelli, Nepotis ex promptis odiũ.  
 complexus inuenem. dimisi properans ad epistolas.  
 ubi sunt, qui aiunt ζώσης φωνῆς μὲν ἐν ἐργασίῳ καὶ  
 quanto magis uidi ex tuis literis, quàm ex illius ser-  
 mone, quid ageretur de ruminacione quotidiana, de  
 cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, de signifero  
 Atheniõe, de literis missis ad Cn. de Theophanis, Mem-  
 miq̃; sermone. quantam porrò mihi expectationem  
 dedisti conuiujs tuis ἀσούρις? sum in curiositate ὀξύ-  
 πινος, sed tamen facile patior te id ad me συμπόσιον  
 nõ scribere, præsentem audire malo. Quod me, ut scri-  
 bam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies,  
 ut dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat κατὰ ὀπίσθον  
 τραχῆα, quæ si decesserit, magis erunt iudicata, quæ  
 scribam, quæ si statim à me ferre non potueris, primus  
 habebis, tamen id aliquandiu solus. Dicæ archum re-  
 cte amas, luculentus homo est, & ciuis haud paulo me-  
 lior, q̃ isti nostri ἀδιναιάρχοι. Literas scripsi hora  
 decima Cerealibus, statim, ut tuas legerã, sed eas eram  
 daturus, ut putaram, postridie ei, qui mihi primus ob-  
 uenisset. Terentia affecta est tuis literis, & impertit  
 tibi multum salutis. καὶ κικέρων ὀφιλοσοφος τὸν πο-  
 λιτικὸν τίτον ἀσπάζεται.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Acinus indignum, epistolam tibi à tribus  
 f tabernis rescriptam ad tuas suauissimas epī-  
 stolas, neminem reddidisse. At scito eum fá-  
 sciculum, quo illam conieceram domum, eo ipso die la-  
 tum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum  
 relatum esse. Itaq; tibi tuam epistolam iussi referri, ex  
 qua intelligeres, q̄ mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ  
 quod scribis sileri, ita putabam, at hercule in agris nō  
 siletur, nec iam ipsi agri Regnum nostrum ferre pos-  
 sunt. Si uero in hęc τηλέπυλον ueneris λουσρυονιν  
 Formias dico, qui fremitus hominum? q̄ irati animi?  
 quanto in odio noster amicus magnus? cuius cogno-  
 men un. cum Crassi diuitis cognomine consenescit.  
 credas mihi uelim, neminem adhuc offendi, qui hæc  
 tam lente, q̄ ego fero, ferret. quare, mihi crede, φιλοσο-  
 φῶμεν iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. tu  
 si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum,  
 unde nos pridie Non. Maij recedere cogitamus. Vale.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vantam tu mihi moues expectationem de  
 q sermone Bibuli? quantam de colloquio Βω-  
 πιδος? quantam etiam de illo delicato con-  
 uuiuo? Proinde ita fac uenias ad sitientis aures, quanq̄  
 nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, q̄  
 ne ille noster Sampsicera annus, qui cū se omniū sermo-  
 nibus sentiet napulare, et cū has actiōes ἐυκατρίπτους

uidebit, ruere incipiat. Ego autem usq; eo sum eneruatus, ut hoc ocio, quo nūc tabescimus, malim ἐτυπάρειν ἄντα, q̄ optima spe dimicare. De pangendo, quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. Basilicam habeo non uillam, frequentia Formianorum, at quam comparem Basilicæ, nisi Tribum Aemiliam? sed omitto uulgus. Post horam quartam cæteri molesti non sunt. C. Arrius proximus est uicinus, immo ille quidem iam contubernalis, qui etiam se iacirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. Ecce ex altera parte Sebosus ille Catuli familiaris, quod me uertam, statim me Hercule Arpinum irem, ni te in Formiano commo-  
dissime expectari uiderem, duntaxat ad pridie Non. Maias. uide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ, occasionem mirificam, si quis nunc, dum ij apud me sunt, emere de me fundum Formianum uelit, & tamen illud probem. magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis, atq; ocij? sed tamen satisfiet à nobis, neq; parceretur labori. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

T scribis, ita uideo non minus incerta in rep.  
 u quam in epistola tua, sed tamen ista ipsa me  
 uarietas sermonum, opinionumq; delectat.  
 Romæ enim uideo esse, cū tuas literas lego, et, ut fit, in  
 tantis rebus, modo hoc, modo illud audire. Illud tamen  
 explicare non possum, quid nam inueniri possit, nullo  
 recusante ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista  
 magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid ha-  
 bet nisi ipsius iudicium sine ulla correctione rei p. nim-

rum in Publico spes est. fiat fiat Tr. Pl. si nihil aliud,  
 ut eò citius tu ex Epeiro reuertare, nã, ut illo tu cæreas,  
 non uideo posse fieri, præsertim, si mecum aliquid uo-  
 let disputare. Sed id quidem omnino non dubium est,  
 quin, si quid erit eiusmodi, sis aduolaturus. uerum ut  
 hoc non sit, tamen seruet remp. præclarum spectacu-  
 lum mihi propono. modo te confessorè spectare liceat.  
 cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus ( nondũ  
 planè ingenueram) Salue inquit Arius, Hoc est Roma  
 decedere, quos homines effugi, cum in hos incidi. ego ue-  
 ro in montes patrios, & ad incunabula nostra pergã.  
 Deniq; si solus non potuero, cum rusticis potius, q̃ cum  
 ijs perurbanis, ita tamen, ut, quoniam tu nihil certi scri-  
 bis, in Formiano te prestoler usq; ad III. Non. Maias.  
 Terentiæ pergrata est assiduitas tua, & diligentia, in  
 controuersia Muluiana. nescit omnino te communem  
 causam defendere eorũ, qui a gros publicos possideant.  
 sed tamen tu aliquid publicanis pendis, hæc etiam idẽ  
 recusat. Ea tibi igitur, & *νικὲρ πῶν ἀπίσθη πατρίων ἄτατος*  
*παῖς* salutem dicunt.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Oenato mihi etiam dormitanti pridie Cal-  
 e Maias epistola est illa reddita, in qua de  
 agro campano scribis. Quid quæris? pri-  
 mum, ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit, sed  
 id cogitatione magis, q̃ molestia. Cogitanti autem hæc  
 ferè succurrebãt. proximum ex eo, quod superioribus  
 literis scripseras ex familiaritate illius audisse prola-  
 tumiri aliquid, quod nemo improbaret. maius aliqd

timueram hoc eiusmodi mihi non uidebatur. Deinde,  
 ut me ego consolet, omnis expectatio largitionis agrar-  
 iæ in agrum campanum uidetur esse derivata, qui  
 ager, ut dena iugera sint, non amplius hominū quinq;  
 millia potest sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis  
 ab alienetur, necesse est. Præterea, si ulla res est, quæ bo-  
 norū animos, quos iam uideo esse commotos, uehemen-  
 tius possit incendere, hæc certe est, & eo magis, q̄ por-  
 torijs Italiæ sublatis, a gro campano diuiso, quod uecti-  
 gal superest domesticum, præter uicesimam, quæ mihi  
 uidetur una concuincula, clamore pedisequorum no-  
 strorum esse peritura. Cn. quidem noster iam plane  
 quid cogitet, nescio. *φισᾱ γὰρ ὃν μικροῖσιν ἀνάλισκῳ ἔτι,  
 ἀλλ' ἄγριαις φύσει φορβῆς ἄτερ,* qui quidem etiam  
 istuc adduci potuerit, nam adhuc hoc ἐσοφίζετο, si le-  
 ges Cæsaris probaret, actiōes ipsum præstare debere,  
 Agrariam legem sibi placuisse potuerit, intercedat nec  
 ne, nihil ad se pertinere. De Rege Alexandrino pla-  
 cuisse sibi aliquando confici, Bibulus de cælo tum ser-  
 uasset nec ne sibi quærendum non fuisse. De publicat-  
 nis uoluisse illi ordini commodare quicquid futurum  
 fuerit, si Bibulus tū in forū descēdisset, se diuinare nō  
 potuisse. nunc nero Sampsiceramne qd dios? uectigal  
 le nobis in monte Antilibano constituisse, a gri camp-  
 ani abstulisse. Quid hoc quemadmodum obtinebit? op-  
 pressos uos inquit tenebo exercitu Cæsaris, non meher-  
 cule me tu quidem tam isto exercitu, q̄ in gratis animis  
 eorum hominum, qui appellantur boni, qui mihi non  
 modo præmiorum, sed ne sermonum quidem unquam  
 fructum ullum, aut gratiam retulerunt. q̄ si in eam

me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem  
 resistendi viam. Nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam  
 tanta controversia est Dicæarcho familiari tuo, cum  
 Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν  
 βίον longe omnibus anteponat, Hic autem τὸν θεωρη-  
 τικὸν, utriq; à me mos gestus esse uideatur. puto enim  
 me Dicæarcho affatim satisfecisse. Respicio nunc ad  
 hanc familiam, quæ mihi non modo, ut requiescam,  
 permittit, sed reprehendit, quia nō semper quiescerim.  
 Quare incumbamus ò noster Tite ad illa præclara  
 studia, & eò, unde discedere non oportuit, aliquando  
 reuertamur. Quod de Quinti Fratris epistola scri-  
 bis ad me quoq; fuit πρόθελιων, ὁπιθεν δὲ δροικων,  
 μέσση δὲ χίμαιρα. quid dicam nescio, nam ita deplora-  
 rat primis uersibus mansionē suam, ut quemuis moue-  
 re possit. ita rursus remittit, ut me roget, ut annales  
 suos emendem, & edam. Illud tamen, quod scribit, ani-  
 maduertat uelim de portorio circumuentionis. ait se de  
 Cos. sententia rē ad Senatum reiecisse. non dum uideli-  
 cet meas literas legerat, quibus ad eum re cōsulta, &  
 explorata perscripseram nō deberi. Uelim siqui græ-  
 ci iam Romam ex Asia de ea causa uenerūt uideas, &  
 (si tibi uidebitur) ijs demōstres, qd ego de ea re sentiam.  
 si possum discedere, ne causa optima in Senatu pereat.  
 ego satisficiam publicanis ei δὲ μὴ, (uere tecū loquar).  
 In hac re malo uniuersæ Asiæ, et negociatoribus, nam  
 eorū quoq; uehementer interest. hoc ego sentio ualde no-  
 bis opus esse. Sed tu id uidebis. Quæstores autē quæso,  
 num etiam de Cistophoro dubitant? Nā si aliud nihil  
 erit, cum erimus omnia experti, ego illud ne quidem

contemnam quod extremum est, te in Arpinati uidebimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

P Rorsus, ut scribis, ita sentio. turbatur Sampsiceramus, nihil est, quod non timendum sit  
 ὁ μολογὸν μένως τυραννίδος συσκευάζεσθαι.

Quid enim ista repentina affinitatis coniunctio? quid ager campanus? quid effusio pecuniæ significat? quæ, si essent extrema, tamen esset nimium mali. sed ea natura rei est, ut hæc extrema esse non possint. Quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? nunquam huc uenissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. uerum, ut scribis, hæc in Arpinati ad VI. circiter Id. Maias. non defleamus, ne & opera, & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillio animo. Dii immortales, neq; tam me εὐελπίστια consolatur, ut antea, quàm ἀδιαφορία, qua nulla in re tam utor, quàm in hac civili, & publica. quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον. (bellum est enim sua uitia nosse) is afficitur quadam delectatione. solebat enim me pungere, ne Sampsicera ni merita in patriam ad annos sexcentos maiora uiderentur, quàm nostra. Hac quidem cura certe iam uacuus est. summe etenim ille, sicut Phocis curiana stare uidebatur. Sed hæc coram. Tu tamen uideris mihi Romæ fore ad nostrum aduentum, quod sanè facile patiar, si tuo cōmodo fieri possit, sin, ut scribis, ita uenies, uelim ex Theophane respicere, quo nam in me animo sit Arabarches,



fit Arabarches, quæ res scilicet solet κατὰ τὸ κινδυνεύον, et ad me ab eo quasi ὑποθήκας afferre, quem admodum me geram, aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suscipiari. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Cæpi aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi, quæ suspensio animo, et sollicito scire aures, quid esset noui. tenemur undique, neque iam quo minus seruiamus, recusamus, sed mortem, et ejectionem, quasi maiora timemus, quæ multo sunt minoræ. Atque hic status, qui una uoce omnium gemitur, neque uerbo cuiusquam subleuatur σκότος est, ut suspicor illis, qui timent ullam cuiusquam largitionem relinquere. unus loquitur, et palam aduersatur adolescens Curius. Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorificat, signa præterea beneuolentiæ permulta à bonis impertuntur. Fusum clamoribus, et conuiuijs, et sibilis confectantur. His ex rebus non spes, sed dolor est maior, cum uideas uoluntatem ciuitatis solutam, uirtutem alligatam, ac, ne forte quæras κατὰ λεπτόν de singulis rebus, uniuersa res eo est deducta, spes ut nulla sit, aliquando non modo priuatos, uerum etiam magistratus liberos fore. Attamen in oppressione, sermo in circulis duntaxat, et in conuiuijs est liberior, quæ fuit. uincere incipit timorem dolor, sed ita, ut omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam campana lex executionem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur. ad quæ, ut ex legibus Iulij non dubitant iurare cæteri. Laterensis exi-

stimatur recte fecisse, quod Tr. Ple. petere destitit, ne iuraret. Sed de rep. non libet plura scribere. displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. me tueor, ut oppressis omnibus, non demisse, ut tantis rebus gestis, parum fortiter. A. C. Casare ualde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi ut sim legatus, atque libera legatio uoti causa datur. sed hæc & præsidij apud pudorem Pulchelli non habet satis, & à Fratris aduentu me ablegat. illa & munitionis est, et non impedit, quo minus ad sim, cum uelim, & hanc ego teneo, sed usurum me non puto. Neq; tamen scit quisquam. non libet fugere. aueo pugnare. magna sunt hominum studia, sed nihil affirmo, tu hæc silebis. De Statione manumisso, & nonnullis alijs rebus angor equidem, sed iam prorsus ocellui. tu uellem ego, & caperem, adesses, nec mihi consilium, nec consolatio deesset. sed ita te para, ut si inclamaro, aduoles. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Uita me sollicitant, & ex reip. tanto motu, et  
 m ex his periculis, quæ mihi ipsi intenduntur,  
 & sexcenta sunt. sed mihi nil est molestius,  
 quàm Statium manumissum. nec meum imperium,  
 omitto imperium, non simultatem meam reuereri salutem? nec quid faciam, scio, neq; tantum est in re, quantum est sermo. Ego autem ne irasci possim quidem ijs, quos ualde amo. tantum doleo, ac mirifice quidem. Cætera in magnis rebus minæ Clodij, cõtentionesq; quæ mihi proponuntur, modice me tangunt, etenim uel subire eas uideo mihi summa cum dignitate, uel declinare nulla

re nulla cum molestia posse. dices fortasse dignitatis  
 ἄλλῃς tanquam δρῶς. saluti, si me amas, consule. me  
 miserum cur nō ades? nihil te profecto præteriret. Ego  
 fortasse τυφλότατος, & nimum τῷ καλῷ προσπέ-  
 πονθα. scito nil unquam fuisse tam infame, tam turpe,  
 tã deniq; omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offen-  
 sum, q̄ hunc statum, qui nunc est, magis mehercule, q̄  
 uellem, non modo q̄ putar am. populares isti iam etiam  
 modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in cælo  
 est, nec quare, scio, sed ita laudatur, quasi unus homo  
 nobis cunctã do restituit rem. Pompeius nostri amore,  
 quod mihi summo dolori est, ipse se affixit. neminem  
 timet, uoluntate, an metu necesse sit ijs uti, uereor. Ego  
 autem neq; pugno cum illa causa propter illam amici-  
 tiam, neq; approbo, ne omnia improbem, quæ antea  
 gessi. uitor uia populi. sensus maxime in theatro, & spe-  
 ctaculis perspectus est. nam gladiatorij, qua dominus,  
 qua aduocati sibilis consciisti. ludis A pollinaribus Di-  
 philus Tragedus in nostrum Pompeium petulanter  
 inuectus est. nostra miseria tu es magnus, millies co-  
 ctus est dicere eandem uirtutem istam. ueniet tempus,  
 cū grauius gemes. totius theatri clamore dixit, itemq;  
 cætera. Nam & eiusmodi sunt ij uersus, uti ab ini-  
 mico Pompeij in tempus scripti esse uideatur. Si neq; le-  
 ges, neq; mores cogunt, et cætera magno cū frenitu, et  
 clamore sunt dicta. Cæsar cū uenisset mortuo plausu,  
 Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salua  
 rep. Pompeio plaudi solebat. Tulit Cæsar grauius, li-  
 teræ Capuam ad Pompeiũ uolare dicebantur. Inimici  
 erant equitibus, qui Curioni stantes plauserãt. Hostes

omnibus, Rosciae legi etiam frumentariae minitabantur. sanè res erat perturbata. Equidè malueram, quod erat susceptum ab illis silentio transire, sed uereor, ne non liceat. non ferunt homines, quod uidetur esse tamè ferendum. Sed est iam una uox omnium magis odio firmata, quàm praesidio. Noster autem Publius mihi minitatur. inimicus est. impendet negotiū, ad quod scilicet tu aduolabis. uideor mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum habere. firmissimum. Pompeius si significat studium erga me non mediocre, idem affirmat uerbum de me illum non esse facturum, in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo, sum in eius locum inuitatus, id erat uocari in locum mortui, nil me turpius apud homines fuisset, neque uero ad istam ipsam ἀσφάλειαν quicquam alienius. sunt enim illi apud bonos inuidiosi. ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumpsissem. Caesar me sibi uellet esse legatum. honestior haec declinatio periculi, sed ego hoc non repudio. Quid ergo est? pugnare malo, nil tamen certi. iterum dico, utinam adesses, sed tamen, si erit necesse, arcessemus. Quid aliud? quid? hoc opinor. certi sumus perisse omnia. Quid enim ἀνυζόμεθα tam diu? Sed haec scripsi properans, et mehercule timide. Posthac ad te, aut si per fidelem habebo, cui dem, scribam omnia planè, aut si obscure scribam, tu tamen intelliges. In his epistolis me Laelium, te Furium faciam. caetera erunt ἐν αἰνιγμασι. hoc Caecilium colimus, et obseruamus diligentè. Edicta Bibuli audio ad te missa. is ardet dolore, et ira noster Pompeius. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

Nicato, ut te uelle intellexeram, nullo loco de-  
 a fui. Num est u' ex literis tuis studiose scriptis,  
 libenter in amicitiam recepi. Cæciliū qui-  
 bus rebus possum tueor diligenter. V arro satisfacit no-  
 bis. Pompeius amat nos, carosq; habet. Credis? Inques  
 credo, prorsus mihi persuadet. sed quia, ut uideo, prag-  
 matici homines omnibus historicis præceptis, uersibus  
 deniq; cauere iubent, & uetant credere. Alterum fa-  
 cio, ut caueam, alterum, ut non credam, facere non pos-  
 sum. Clodius mihi adhuc denuntiat periculum. Pom-  
 peius affirmat, non esse periculum. adiurat, addit eti-  
 am se prius occisum ab eo, quàm me uiolatum iri.  
 tractatur res simul. et, siquid erit certi, scribam ad te.  
 si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris. si  
 quies dabitur, ab Amalthea te non cõmouebo. De rep.  
 breuiter ad te scribam. iam enim, charta ipsa ne nos  
 prodat, pertimesco. Ita que posthac, si erunt mihi plura  
 ad te scribenda, ἀλλήλοπις obscurabo. Nunc quidē  
 nouo quodam morbo ciuitas moritur, ut cum omnes ea,  
 quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, uarie-  
 tas in re nulla sit, aperteq; loquantur, & iam clare ge-  
 mant, tamen medicina nulla affertur. neq; enim resisti  
 sine internectione posse arbitramur. nec uidemus, qui fi-  
 nis cedendi præter exitium futurus sit. Bibulus homi-  
 num admiratione, & beneuolentia in cœlo est. edicta  
 eius, & conciones describunt, & legunt. nouo quodã  
 genere in summam gloriam uenit. populare nunc tam  
 nil est, q̄ odium popularium. Hæc quo eruptura sint,

LIB.

timeo, sed, si dispicere quid coepero, scribam ad te aper-  
 tius. tu, si me amas tantum, quantum profecto amas, ex-  
 peditus facito, ut sis, si in clamaro, ut accurras. sed do-  
 operam, & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram te  
 Furium scripturum, nil necesse est tuum nomen muta-  
 re. me faciam Lælium, & te Atticum, neque utar meo  
 chirographo, neque signo, si modo erunt eiusmodi li-  
 teræ, quas in alienum incidere nolim. Diodorus mor-  
 tuus est, reliquit nobis HS fortasse centies. Comitia Bi-  
 bulus cum Archilochio edicto in ante diem XV Cal.  
 Nouembr. distulit. à Vibio libros accepi. poeta ineptus,  
 nec tamen scit nihil, sed est non inutilis. describo, &  
 remitto. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

E rep. quid ego tibi subtiliter scribam? tota  
 d. perijt, atq; hoc est miserius, q̄ reliquisti, quod  
 tum uidebatur eiusmodi dominatio ciuitatem  
 oppressisse, quæ iucunda esset multitudini, bonis autem  
 ita molesta, ut tamen sine pernicie. nunc repente tanto  
 in odio est omnibus, ut quorsum eruptura sit, horrea-  
 mus. nam iracundiam, atq; intemperantiam illorum  
 sumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderunt.  
 sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut posse uidere-  
 mur sine dolore interire. nunc uero sibilis uulgi, ser-  
 monibus honestorum, fremitu Italiae uereor, ne exarse-  
 rit. Equidem sperabam, ut sæpe etiam tecum loqui so-  
 lebam, sic orbem reip. esse conuersum, ut uix sonitum  
 audire, uix impressam orbitam uidere possemus, &  
 fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare  
 potuissent.

potuissent. sed cum diu occulte suspirassent, postea iam  
 gemere, ad extremum uero loqui omnes, & clamare  
 coeperunt. Itaque ille noster amicus insolens infamiae,  
 semper in laude uersatus, circumfluens gloria, deforma-  
 tus corpore, fractus animo, quod se conferat, nescit. pro-  
 gressum praecipitem, inconstantem reditum uidet, bo-  
 nos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. ac ui-  
 demus illi animi non tenui lacrymas, cum illum ante  
 VIII Cal. Sextil. uidi de edictis Bibuli concionantem,  
 qui ante solitus esset iactare se magnificentissime illo  
 in loco summo cum amore populi cunctis fauentibus.  
 ut ille tum humilis. ut demissus erat. ut ipse etiam si-  
 bi, non is solum, qui aderant, displicebat. O spectacu-  
 lum uni Crasso iucundum, caeteris non item. nam, quia  
 deciderat ex astris, lapsus potius, quam progressus ui-  
 batur. Et ut A. pelles, si Venerē, aut si Protogenes Hia-  
 lysium illum suum coeno oblitum uideret, magnum  
 credo acciperet dolorem, sic ego hunc omnibus à me  
 p̄ctum, & politum artis coloribus subito deforma-  
 tum, non sine magno dolore uidi. quanquam nemo pu-  
 tabat propter clodianum negocium, me illi amicum  
 esse debere. tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla  
 posset iniuria. Itaque Archilochia in illum edicta Bi-  
 buli populo ita sunt iucunda, ut cum locum, ubi pro-  
 ponantur, praeter multitudinem eorum, qui legunt, transire  
 nequamus, ipsi ita acerba, ut tabescat dolore, mihi me-  
 hercule molesta, quae & cum, quem semper dileximus,  
 excruciant. & timeo, tam uehemens uir, tamque acer in  
 foro, et tam insuetus contumeliae, ne omni animi impetu  
 dolori, et uacundiae pareat. Bibuli quoque sit exitus futurus,

nescio. ut nunc sese habet, admirabili gloria est. qui cum comitia in mensem Octobr. distulisset, quod solet ea res populi uoluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionem, ut iret ad Bibulum. multa cum seditiosissime diceret, uocem exprimere non potuit. Quid quæris? sentiunt se nullam ullius partis uoluntatem tenere. eo magis uis nobis est timenda. Clo dius inimicus est nobis. Pompeius confirmat eum nil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere. ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. te cum ego desyde-ro, tum uero res ad tempus illud uocat. plurimum consilij, animi, præsidij deniq; mihi, si te ad tempus uidero, accesserit. Varro satis mihi facit. Pompeius loquitur diuinitus. spero nos aut certe cum summa gloria, aut etiam sine molestia esse discessuros. tu quid agas, quemadmodum te oblectes, qd cū Sicyonijs egeris, ut sciam cura. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vàm uellem Romæ mansisses. quod egisses  
 ¶ profecto, si hæc fore putaassemus. nam Pulchellum nostrum facillime teneremus, aut certe quid esset factururus, scire possemus. nūc se res sic habet. uolitat, furit, nil habet certi, multis denūtiat. quoc fors obtulerit, id acturus uidetur. Cū uidet quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum factururus uidetur. cum autem rursus opes, & uim exercitus recordatur, conuertit se in nos. Nobis autem ipsis, tum uim, tum iudicium minuitur. cum hoc Pompeius egit, ut & ad me ipse referebat (alium enim habeo  
 reminem



neminem testem) uehementer egit, cum diceret in summa se perfidia, & sceleris infamia fore, si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipse armasset, quem Plebeium fieri passus esset. sed fidē recepisse, et ipsum, & Apium de me. hanc si ille nō seruaret, ita laturum, ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius auuatiā nostra fuisse. Hęc, in eam sententiam cum multa dixisset, aiebat illum primum sanē diu multa contra. ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nil se contra eius uolūtatem esse facturum. sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui. quod si non faceret, tamen ei nihil crederemus, atq; omnia, sicut facimus, pararemus. Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos, & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur. remp. nulla ex parte attingimus. in causis, atq; in illa opera nostra forensi, summa industria uersamur. quod egregie non modo ijs, qui utuntur opera, sed etiam in uulgus gratum esse sentimus. domus celebratur. occurritur. renouatur memoria consulatus. studia significantur. in eam spem adducimur, ut nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda uideatur. Nunc mihi & consilijs opus est tuis, & amore, & fide. quare aduola. expedita mihi erunt omnia, si te habebo. Multa per Varronem nostrum agi possunt, quæ te etiam urgente erunt firmiora. multa ab ipso Publico elici, multa cognosci, quæ tibi occulta esse non poterunt. multa etiam, sed absurdum est singula explicare, cum ego te requirā ad omnia. Vnum illud tibi persuadeas uelim, omnia mihi fore explicata, si te uidero. sed tātum est in eo, si ante, quā ille ineat Magistratum.

puto Pompeium Crasso urgente, si tu aderis, qui per  
 Βούριδα ex illo ipso intelligere possis, qua fide ab illis  
 agatur, nos aut sine molestia, aut certe sine errore futu-  
 ros. precibus nostris, & cohortatione non indiges. quod  
 mea uoluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postu-  
 let, intelligis. De repub. nihil habeo ad te scribere, nisi  
 summum odium omnium hominum in eos, qui tenent  
 omnia. mutationis tamen spes nulla. sed quod facile sen-  
 tias, tædet ipsum Pompeium, uehementerq; poenitet.  
 non prouideo satis, quem exitum futurum putem. sed  
 certo uidentur hæc aliquo eruptura. Libros Alexandri  
 ne gligentis hominis, & non boni poetæ, sed tamen non  
 inutilis tibi remisi. Numerium Numestum libenter  
 accepi in amicitiam, & hominem grauem, & pruden-  
 tem, & dignum tua commendatione cognoui. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vnq̄ ante arbitror te epistolam meã legisse,  
 nisi mea manu scriptam. ex eo colligere pote-  
 ris quanta occupatione distinear. nam, cum  
 uacui temporis nil haberem, & cum recreandæ uocu-  
 læ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui am-  
 bulans. Primum igitur illud te scire uolo, Sampsicera-  
 mnum nostrum amicum uehementer sui status poenite-  
 re, restituaq; in eum locum cupere, ex quo decidit, do-  
 loremq; suum impertire nobis, & medicinam inter-  
 dum aperte quærere, quam ego possem inuenire nul-  
 lam. Deinde omnes illius partis authores, ac socios, eti-  
 am nullo aduersario consensere. Consensionem uni-  
 uersorum, nec uoluntate, nec sermone maiorẽ unquam

fuisse. Nos autem, nam id te cupere certo scio, publicis consilijs nullis inter sumus, totosq; nos ad forenses operam, laboremq; contulimus. ex quo, quod facile intelligi possit, in commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioq; uersamur. Sed Βωπίδοσ nostri consanguineus non mediocres terrores iacit, atq; denuntiat, & Sampficeramno negat, cæteris præ se fert, & ostentat. quam ob rem si me amas tantum, quantum profecto amas, si dormis, expergiscere. si stas, ingredi. si ingredi, curre. si curris, aduola. credibile non est, quantum ego in consilijs, & prudentia tua, quodq; maximum est, quantum in amore, et fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat. coniunctio uero nostrorum animorum breuitate contenta est. per magni nostra interest, te, si comitjs non potueris, at declarato illo, esse Romæ. cura, ut ualeas mi suauissime Attice.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vas Numestio literas dedi. sic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri possêt. ad illam celeritatem adde etiam si quid potes, ac ne sis perturbatus. noui enim te, & non ignoro, quàm sit amor omnis sollicitus, atque anxius. sed res est, ut spero, non tam exitu molesta, quàm auditu. Vectius ille noster Index, Cæsari, ut perspiciamus, pollicitus est, sese curaturum, ut in aliquam suspitionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaque in sinu, atque in familiaritate adolescentis, & cum eo, ut res indicat, sæpe congressus est. rem in eum lo-

*cum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis seruis in Pompeium impetum facere, eumq; occidere. hoc Curio ad patrem detulit. ille ad Pompeium. res delata ad Senatum est. introductus Vectius, primo negabat se unquam cum Curione retulisse, neq; id sane diu, nam statim si dem publicam postulauit. reclamatum est. tum exposuit manum fuisse inuētutis duce Curione, in qua Paulus initio fuisset, & C. Cepio, & Brutus, & Lentulus Flamini filius conscio patre. postea C. Septimium scribam Bibuli pugionem sibi à Bibulo attulisse. quod totum irrisum est. Vectio pugionem defuisse, nisi ei Cos. dedisset. eoque magis id electum est, quod ad III. Id. Maij Bibulus Pompeium fecerat certiore, ut caueret insidias. in quo ei Pompeius gratias egerat. introductus Curio filius, dixit ad ea, quae Vectius dixerat, maximeq; in eo. tum quidem Vectius est reprehensus, quod dixerat adolescentum consilium, ut in foro cum gladiatoribus Gabini Pompeium adorirentur, in eo principem Paulum fuisse, quem constat eo tempore in Macedonia fuisse. Fit S. C. ut Vectius, quod confessus esset, se cum telo fuisse, in uincula conijceretur, qui eum emisisset, contra rem p. esse facturum. Res erat in ea opinione, ut putarent id esse actum, ut Vectius in foro cum pugione, & item serui eius comprehenderentur cum telis. deinde ille se diceret indicaturum. Idq; ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompeium detulissent. tum S. C. in concione recitatum est. postero autē die Caesar, is, qui olim, cum Praetor esset, Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vectium in Rostra produxit, eumq; in loco constituit, quo Bibulo Cos. aspirare*

non liceret. hic ille omnia, quæ uoluit de rep. dixit, ut qui illuc factus, institutusq; uenisset. Primum Cephionem de oratione sua substulit, quem in Senatu acerri-me nominarat, ut appareret noctem, & nocturnam deprecationem intercessisse. Deinde quos in Senatu tenuissima quidem suspitioe attigerat, eos nominauit. Lucillum, à quo solitum esse ad se mitti C. Fannium illum, qui in P. Clodium subscripserat L. Domitium, cuius domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret. me non nominauit. sed dixit consularem disertum uicinum Cos. sibi dixisse, Ahalam Seruiliu aliquem, aut etiã Brutum opus esse reperiri. addidit ad extremum, cuiam dimissa concione reuocatus à Vatinio fuisset, se audisse ex Curione his de rebus consciuum esse Pisonem generum meum, & M. Laterensem. nunc reus erat apud Crassum diuitem. Vectius de ui, & cū esset damnatus, erat iudiciu postulaturus. Quod si impetrasset, iudicia fore uidebantur. ea nos, ut pote qui nihil con-temnere solenus, non pertimescebamus. Hominum quidem summa erga nos studia significabantur. sed prorsus uitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriaru plenissima. modo cædem timueramus, quam oratio fortissimi senis Quinti Considij discusserat, ea, quam quoti die timere potueramus, subito exorta est. Quid quæris? nil me infortunatius, & Catulo, cum splendore uitæ, tum hoc tempore. Nos tamen in ijs etiam miserijs erecto animo, & minime perturbato sumus, honestissimèq; et dignitatem nostram magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura, & summam in nos beneuolentiam omni oratione significat, te habere con-

filiorum authorem, solitudinum socium, omni in cogitatione coniunctum cupio. Quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item atque eo si potest acrius te rogo, ut plane ad nos adules, respiraro, si te uidero. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vm aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, uolam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summæ tibi uoluptati esse. sed ego mallem ad illum scripsisses mihi illum satisfacere, mirabiliter enim moratus est, sicut nostri ἐλιπὼς καὶ οὐδὲν. sed nos tenemus præceptum illud τὰ τῶν κρατούντων. At Hercule alter tuus familiaris Hortensius, quæ plena manu, quæ ingenue, quæ ornate nostras laudes in astra substulit, cum de Flaci prætura, et de illo tempore Allobrogum diceret. Sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere à me tibi esse missum, sane uolo. sed quid tu scribas? quem iam ego uenire, atque adesse arbitror. Ita enim egi tecum superioribus literis. ualde te exspecto. ualde desydero, neque ego magis, quam ipsa res, et tempus poscit. His de negocijs, quid scribam ad te, nisi idem quod sæpe? rep. nil desperatius his, quorum opera, nihil maiore odio. Nos, ut opinio, et spes, et coniectura nostra fert, firmissima beneuolentia hominum muniti sumus. Quare aduola. aut expadies nos omni molestia, aut eris particeps. Ideo sum breuior, quod, ut spero, coram breui conferre, quæ uolumus, licebit. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
TERTIVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. 5.

*Vm antea maxime nostra interesse ar-  
bitrabar te esse nobiscum, tum uero,  
c ut legi rogationem, intellexi ad iter,  
quod cōstitui, nil mihi optatius cadere  
posse, q̄, ut me quā primū consequare,  
ut ex Italia profecti essemus, siue per Epeirū iter esset  
faciundū, tuo, tuorumq; præsidio uteremur, siue aliud  
qd agendū esset, certum consiliū de tua sententia capere  
possemus. Quam ob rem te oro, des operā, ut me statim  
consequare. scilicet potes, quoniam de Prouincia Mace-  
donia perlata lex est. pluribus uerbis tecum agerem,  
nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. Vale.*

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. 5.

*i Tineris nostri causa fuit, q̄ nō habebam locū,  
ubi pro meo iure diutius esse possem, q̄ in fundo  
Siccæ, præsertim nō dum rogatione correctā, et simul  
intelligebam, ex eo loco si iter haberem, posse me Brun-  
dulum referre. sine te autem nō esse nobis illas partes  
tenēdas propter Antoniū. Nūc, ut ad te antea scripsi, si  
ad nos ueneris, cōsiliū totius rei capiemus. iter esse mole-  
stū scio, sed tota calamitas omnes molestias habet. Plu-  
ra scribere nō possum, ita sum animo percusso, et abie-  
cto. cura ut ualeas. Dat. VI. Id. Apr. Naryci Locridis.*

¶ Tinam illum diem uideam, cum tibi agam  
 gratias, quod me uiuere coegisti. Adhuc equi-  
 dem ualde me poenitet. sed te oro, ut ad me Vi-  
 bonem statim uenias, quò ego multis de causis conuerti  
 iter meum. sed eò si ueneris, de toto itinere, ac fuga mea  
 consilium capere potero. si id non feceris, mirabor. sed  
 confido te esse omnino facturum. Vale.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

¶ Iseriæ nostræ potius uelim, q̄ inconstantia  
 m tribuas, quod à Vibone, quò te arcessibamus,  
 subito discessimus. allata est enim nobis ro-  
 gatio de pernicie mea, in qua quod confectum esse au-  
 dieramus, erat huiusmodi, ut mihi ultra quadringenta  
 millia liceret esse. illò cum peruenire nò liceret, statim  
 iter Brundisium uersus contuli ante diem rogationis,  
 ne & Siatra, apud quem eram, periret, & quod Me-  
 litæ esse non licebat. Nunc tu propera, ut nos consequi  
 re, si modo recipiemur. adhuc inuitamur benigne, sed  
 quod superest, timemus. Me mi Pomponi ualde poenitet  
 uiuere. qua in re apud me tu plurimum ualuisi. sed  
 hæc coràm. fac modo, ut uenias. Vale.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

¶ Erentia tibi & sæpe, & maximas gratias  
 t agit, id est mihi gratissimum. ego enim ui-  
 uo miserrimus, & maximo dolore conficior.  
 ad te qd scribã, nescio. Si enim es Romæ, iam me asse-  
 qui non potes.



qui non potes. sin es in uia, cum eris me affectus, cor à m  
agemus, quæ erunt agenda. tantum te oro, ut quoniam  
me ipsum semper amasti, eodẽ amore sis. Ego enim idẽ  
sum. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.  
cura, ut ualeas VIII. Id. Apr. Thuri.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Non fuerat mihi dubiũ, quin te Tarenti, aut  
n Brundisii uisurus essem, idq; ad multa per-  
tinuit meis, & ut in Epeiro consistereamus, et  
de reliquis rebus tuo consilio uteremur. quoniam id nõ  
contigit, erit hoc quoq; in magno numero nostrorum  
malorum. Nobis iter est in Asia, maxime Cyzicum. ti-  
bi meos commendo. me uix, miserẽq; sustento. Vale.  
Dat. XIII Cal. Maij, Tarenti.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Brundisium ueni ad Cal. Maias. eo die pueri  
b tui à te mihi literas reddiderunt, & alij pue-  
ri post diẽ tertium eius dici literas alias attu-  
lerunt. Quod me rogas, et hortaris, ut apud te in Epe-  
ro sim. uoluntas tua mihi ualde grata est, & minime  
noua, sed consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi  
omne tempus consumere. Odi enim celebritatem. fugio  
homines. lucem aspicere uix possum. Esset mihi ista so-  
litude, præsertim in tam familiari loco, non amara. sed  
itineris causa, ut diuertar, primum est deuium. deinde  
ab Antonio, & cæteris quatridui. deinde sine te. natu-  
ra Castellum munitum habitanti mihi prodesset. tran-  
seunti non est necessarium. quod si auderem, Athenas

peterem. sanè ita cædebat, ut uellem. nunc & nostri ho-  
 stes ibi sunt, & te non habemus, & ueremur, ne inter-  
 pretentur, illud quoq; oppidum ab Italia non satis ab-  
 esse. nec scribis, quam ad diem te expectamus. Quod  
 me ad uitam uocas, unum efficis, ut à me manus absti-  
 neam. alterum non potes, ut me non nostri consilij utiq;  
 poeniteat. Quid enim est, quod me retineat? præfer-  
 tim si ea spes non est, quæ nos proficiscentes prosequeretur?  
 Non faciam, ut enumerem miseras omnes, in  
 quas incidi per summam iniuriam, & scelus, non tam  
 inimicorum meorum, quàm inuidorum, ne & meum mœ-  
 rorem exagitem, & te in eundem luctum uocem. hoc  
 confirmo, neminem unquam tanta calamitate esse affe-  
 ctum, nemini mortem magis optandam fuisse. cuius op-  
 petendæ tempus honestissimum prætermissum est. Re-  
 liqua tempora sunt non tam ad medicinam, quàm ad finem  
 doloris. De re. uideo te colligere omnia, quæ putes ali-  
 quam spem mihi posse afferre mutandarum rerum. quæ  
 quanquam exigua sunt, tamen, quoniam placet, expe-  
 ctemus. Tu nihilo minus, si properaris, nos consequere-  
 nam aut accedemus in Epeirum, aut per Candauiam  
 tarde ibimus. Dubitationem autem de Epeiro non in-  
 constantia nostra afferrebat, sed quod de fratre, ubi eum  
 uisuri essemus, nesciebamus, quem quidem ego, nec quo  
 modo uisurus, nec ubi dimissurus sim scio. id est maxi-  
 mum, & miserrimum mearum omnium miserationum.  
 Ego & sæpius ad te, & plura scriberem, nisi mihi do-  
 lor meus, tum omnis partem mētis, tum maxime huius  
 generis facultatē admissit. uidere te cupio. cura, ut ualeas.  
 prid. Cal. Maij. Brundusij, proficiscēs, festinā ter.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Crispſeram ad te, quas ob cauſas in Epeirum  
 non eſſemus profecti, quod & Achaia pro-  
 pè eſſet plena audaciſſimorum inimicorum,  
 & exitus difficiles haberet. cum inde proficiſceremur,  
 acceſſit, cum Dyrrachij eſſemus, ut duo nuntij afferre-  
 tur. unus, Claſſe Fratrem Epheſo Athenas. alter, pedi-  
 bus per Macedoniam uenire. Ita q; illi obuiam miſimus  
 Athenas, ut inde Theſſalonicam ueniret. Ipsi proceſſi-  
 mus, & Theſſalonicam ad X. Cal. Iun. uenimus. neq;  
 de illius itinere quicquã certi habebamus, niſi eum ab  
 Epheſo ante aliquanto profectum. Nunc iſtic qd ager-  
 tur magnopere timeo. quanquã tu altera epiſtola ſcri-  
 bis Id. Maijſ audire, fore ut acrius poſtularet. altera  
 iam eſſe mitiora. ſed hæc eſt pridie data, q̃ illa, quo con-  
 turbor magis. Ita q; cum meus me mœror quotidianus  
 lacerat, et conficit, tum uero hæc addita cura uix mihi  
 uitã reliquam facit. ſed & nauigatio perdifficilis fuit,  
 & ille incertus, ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum  
 petiuit. nam Phetolibeum non uidit, uento reiectus ab  
 illo in Macedoniam. Pellæ mihi præſto fuit. Reliqua  
 q̃ mihi timenda ſunt, uideo. nec quid ſcribam, habeo, et  
 omnia timeo. nec tam miſerum eſt quicquam, quod nõ  
 in noſtrã fortunam cadere uideatur. Equidem adhuc  
 miſer in maximis meis erumnis, & luctibus hoc metu  
 adiecto maneo Theſſalonicæ ſuſpẽſus. nec audeo qcq̃.  
 Nunc ad ea, quæ ſcripſiſti. Tryphonem Cæciliū non  
 uiſendum uidi. ſermonem tuum, & Pompeij cognoui  
 ex tuis literis. motum in repub. non tantum ego uideo,

quantum tu aut uides, aut ad me consolandum affers. Tigraue enim neglecto, sublata sunt omnia. Varroni me iubet agere gratias. faciã. item Hypseo. Quod suades, ne longius discedamus, dum acta mensis Maij ad nos perferantur, puto me ita esse facturum, sed ubi, nõ dum statui. atq; ita perturbato sum animo de Quinto, ut nil queam statuere. sed tamen statim te faciam certior. Ex epistolarũ mearum inconstantia puto te mentis meæ motum uidere. qui etsi incredibili, & singulari calamitate affluctus sum, tamen non tam ex miseria, q̃ ex culpæ nostræ recordatione cõmotus. cuius enim scelere impulsus, ac proditus sum iam profecto uides. atq; utinam iam ante uidiesses. neq; totum animum tuũ meorori mecum simul dedisses. Quare, cum me affluctum, & confectũ luctu audies, existimato me stultitiæ meæ poenam ferre grauius, q̃ euenti, quod ei crediderim, quem esse nefarium non putarẽ. me & meorum malorum memoria, & metus de fratre in scribendo impedit. Tu ista omnia uide, & guberna. Terẽtia tibi maximas gratias agit. literarum exemplum, quas ad Pompeium scripsi, misi tibi. Vale. Dat. III Cal. Iun. Thessalonica.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

Virtus Frater cum ex Asia discessisset ante  
 q Cal. Maias, & Athenas uenisset Id. Maijs,  
 ualde fuit ei properandum, nequid absens  
 acciperet calamitatis, si quis forte fuisset, qui contentus  
 nostris malis non esset. Itaq; malui eum properare Ro  
 mam, q̃ ad me uenire, & simul (dicam enim quod ue  
 rum est,

rum est, ex quo magnitudinem mearum miseriarum  
 perspicere possis) animum inducere non potui, ut aut  
 illum amantiſſimum mei, molliſſimo animo, tanto in  
 moerore aspicerem, aut meas miseras luctu afflictas,  
 & perditam fortunam illi offerrem, aut ab illo aspici  
 paterer. Atq; illud etiam timebam, quod profecto acci-  
 diſſet, ne à me digredi non poſſet. uersabatur mihi tem-  
 pus illud ante oculos, cum ille aut lictores dimitteret,  
 aut ui euelleretur ex complexu meo. Huius acerbitatis  
 euentum, altera acerbitate non uidendi fratris uitauit.  
 in hunc me casum uos uiuēdi authores im puliſtis. Itaq;  
 mei peccati luo poenas. quanquam tuæ me literæ susten-  
 tant, ex quibus quantum tu ipse speres, facile perspicio.  
 quæ quidem tamen aliqd habebant solatiij ante, quam  
 eò ueniſti à Pompeio. nunc Hortensium allice, & eius-  
 modi uiros. obsecro mi Pomponi non dum perspicias,  
 quorum opera, quorum insidijs, quorum scelere perie-  
 rimus? sed tecum hæc coràm agemus. tantū dico, quod  
 scire te puto, nos non inimici, sed inuidi perdidērunt.  
 Nunc, si ita sunt, quæ speras, sustinebimus nos, & spe,  
 qua iubes, nitemur. sin, ut mihi uidētur, infirma sunt,  
 quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo  
 fiet. Terētia tibi sæpe gratias agit. Mihi etiam unum  
 de malis in metu est, fratris miseri negociū. quod si sciã,  
 cuiusmodi sit, sciam qd mihi agendū sit. Me etiã nunc  
 istorū beneficiorū, et literarū expectatio, ut tibi placet,  
 Thessalonicæ tenet. Siqd erit noui allatū, sciã, de reli-  
 quo quid agēdum sit. Tu, si, ut scribis, Cal. Iun. Roma  
 profectus es, propediem nos uidebis, et literas, quas ad  
 Pompeiū scripsi, tibi miſi. Vale. Id. Iun. Thessalonicæ.

Cita quæ essent usq; ad VIII Cal. Iun. co-  
 gnoui ex tuis literis. reliquæ expectabam (ut  
 tibi placebat) Thessalonica, quibus allatis,  
 statuere facilius potero, ubi sim. nam si erit causa, si quid  
 agetur, si spem uidero, aut ibidem operiar, aut me ad  
 te conferam. sin, ut tu scribis, ista euauerint, aliud ali  
 quid uidebimus. omnino adhuc nihil mihi significatis,  
 nisi discordiam istorum, quæ tamen inter eos de omni-  
 bus potius rebus est, q̄ de me. Ita q; quid ea mihi prosit,  
 nescio. sed tamē quoad me uos sperare uultis, uobis ob-  
 temperabo. nam quod me tam sæpe, & tam uehemen-  
 ter obiurgas, et animo infirmo esse dicis, quæso, ecquod  
 tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? Ec-  
 quis unquam ex tam amplo statu, in tam bona causa,  
 tantis facultatibus, ingenij, consilij, gratiæ, tantis præ-  
 sidij bonorum omnium concidit? possim obliuisci qui  
 fuerim, non sentire qui sim? quo caream honore? qua  
 gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quæ  
 ego, ut nouum calamitatis genus attendas, cum pluris  
 facerem, q̄ me ipsum, semper q; fecissem, uitauit, ne uide-  
 rem, ne aut illius luctum, squallorem q; aspicerem, aut  
 ne me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum  
 illi, afflictum q; offerrem. multo cætera intollerabilia,  
 etenim fletu impediatur. Hic utrum tandem sum accu-  
 sandus? quod doleo, an quod commisi, ut hæc aut non  
 retinerem (quod facile fuisset) nisi intra parietes meos  
 de mea pernicie consilia inirentur, aut certe uiuus amit-  
 terem. Hæc eo scripsi, ut potius releuares me, quod scia-  
 cis, q̄, aut

eis, q̄, aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares. eóq; ad te nimis multa scribo, quod & mœrore impediatur, & quid expectem istinc magis habeo, quàm quid ipse scribam. quæ si erunt allata, faciam te consilij nostri certiozem. Tu, ut adhuc fecisti, quâ plurimis de rebus ad me uelim scribas, ut prorsus nequid ignorem. Vale. XIII Cal. Quintil. Thessalonica.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

E & tuæ literæ, & quidam boni nuntij, non  
 m optimis tamen authoribus, & expectatio uestrarum literarum, & quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalonica tenebant. si accipero literas, quas expecto, si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam. si non erit, faciam te certiozem, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, cōsilio, gratia iuuas. consolari iam desine. obiurgare uero noli. quod cum facis, ut ego tuum amorem, & dolorem desydero, quæ ita affectum mea erumna esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum Fratrem optimum, humanissimumq; sustenta. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. Vale. Dat. III Cal. Quintil.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

V quidem sedulo argumentaris, quid sit spe-  
 t randum, & maxime per Senatū. idemq; caput rogationis proponis. scribis quare in Senatu dici nihil liceat. Ita q; siletur. hic tu me accusas, quod me afflictem, cum ita sim afflictus, ut nemo unq; quod tute intelligis. spem ostendis secundum comitia.

quæ ista est eodem Tr. Pl. & inimico Cos. Des? percussisti autem me, etiam de oratione prolata, cui vulnere, ut scribis, medere, siquid potes. Scripsi equidẽ olim ei iratus, quod ille prior scripserat, sed ita cõpresserã, ut nunquam emanaturam putarem, quomodo exciderit, nescio. sed quia nunquam accidit, ut cum eo uerbo uno concertarim, & quia scripta uidetur mihi negligentius, q̃ cæteræ, puto posse probari, non esse meam. id si putas, me posse sanari, cures uelim. sin plane perij, minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco iaceo sine sermone ullo, sine cogitatione ulla. licet tibi (ut scribis) significarem, ut ad me uenires Sidona, tamen intelligo te istic prodesse, hic ne uerbo quidem lenare me posse. Non queo plura scribere, nec est, quod scribam. uestra magis expecto. Vale. XVI. Cal. Sextil. Thessalonicae.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

¶ V od ad te scripseram, me in Epeiro futurũ,  
 ¶ q̃ posteaq̃ extenuari spem nostram, & euanescere uidi, mutavi consilium, nec me Thessalonica commoueri, ubi esse cõstitueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes. Quod proximis literis scripseras fore, uti secundum comitia aliquid de nobis in Senatu ageretur, id tibi Pompeium dixisse. Qua de re, quoniã comitia habita sunt, tuq̃ nil ad me scribis, perinde habebõ, ac si scripsisses nil esse, meq̃ temporis nõ longin qui spe ductum esse moleste feram. Quem autẽ modũ te uidere scripseras, qui nobis utilis fore uideretur, eũ nuntiant, qui ueniunt nullum fore. In Tr. Pl. Des. re li qua spes est. quam si expectaro, non erit, q̃ putes me  
 atusæ meæ,



causæ meæ, ac uoluntati meorum defuisse. Quod me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam graui-  
 ram, debes ignoscere, cum ita me afflictum uideas, ut  
 neminem unquam nec uideris, nec audieris. Nam q̄  
 scribis te audire, me etiam mentis errore, ex dolore affi-  
 ci, mihi uero mens integra est. atq; utinam tam in peri-  
 culo fuisset, cum ego ijs, quibus salutem meam carissi-  
 mam esse arbitrabar, inimicissimis, crudelissimisq;   
 usus sum, qui, ut me paulum inclinari timore uiderūt,  
 sic impulerunt, ut omni suo scelere, & perfidia abute-  
 rentur ad exitium meum. Nunc, quoniam iam est Cy-  
 zicum nobis eundum, quò rarius ad me literæ perfe-  
 rentur, hoc uelim, diligentius omnia, quæ putaris me scī-  
 re opus esse, perscribas. Quintum Fratrem meum fac  
 diligas, quem ego miser, si incolumem relinquo, non me  
 totum perisse arbitrabor. Vale. Non. Sextil.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

X  
 e  
 tuis literis plenus sum expectatiōe de Pons  
 peio, quidnam de nobis uelit, aut ostendat.  
 Comitia enim credo esse habitā. quibus abso-  
 lutis scribis illi placuisse agi de nobis. si tibi stultus esse  
 uideor, qui sperem, facio tuo iussu, & scio te me ijs episto-  
 lis potius, & meas spes solitum esse remorari. Nunc ue-  
 lim mihi planè perscribas, qd uideas. Scio nos nostris  
 multis peccatis in hanc erumnā incidisse. ea si qui ca-  
 sus ex parte correxerint, minus moleste feremus nos ui-  
 xisse, & adhuc uiuere. Ego propter uiaē celebritatem,  
 & quotidianam expectationem rerum nouarum non  
 commoui me adhuc Thessalonica, sed iā extrudimur,

non à Planco (nam is quidem retinet) uerum ab ipso loco minime appposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epeirum igitur, ut scripseram, non iui, quod subiti mihi aduersi nuntij uenerant, & literæ, quare nihil esset necesse quod proxime Italiam esse. Hinc si aliquid à comitijs audierimus, nos in Asiam conuertemus. neque adhuc stabat, quo potissimum. sed scies. Vale. XII Cal. Sextil. Thessalonicæ.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Cæpi Id. Sextil. quatuor epistolas à te mihi  
 a missas. unã, qua me obiurgas, et rogas, ut sim  
 firmior. alterã, qua Crassi libertus ais tibi de  
 mea solitudine, macieque narraſſe. tertiam, qua demon  
 stras acta in Senatu. & quartã de eo, quod à Varrone  
 scribis tibi esse confirmatum de uoluntate Pompeij. Ad  
 primam tibi hoc scribo me ita dolere, ut non modo ad  
 mente non deserar, sed id ipsum doleam, me tam firma  
 mente ubi utar, & quibus cum non habere. nam si tu  
 me uno non sine mœrore cures, quid me censes, qui et te,  
 & omnibus? et si tu incolumis me requiris, quomodo à  
 me ipsam incolumitatem desiderari putas? Nolo com  
 memorare quibus rebus sim spoliatus, non solum quia  
 non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem me  
 um. hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quer  
 quam, neque in tantas miseras incidisse. Dies autem non  
 modo non leuat luctum hunc, sed etiam auget. nam cæ  
 teri dolores mitigantur uetustate, hic non potest non et  
 sensu præsentis miseriæ, & recordatione præteritiæ ui  
 tæ quotidie augeri. Desidero enim non mea solũ, neque

meos, sed me ipsum. Quid enim sum? sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis uulneribus sæpius manus afferam. nam quod purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, et in eis Catonem. Ego uero tantum illum puto ab isto scelere abfuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem malorum, quam istius fidem ualuisse. Ceteri, quos purgas, debent mihi probati esse, tibi si sunt. sed hæc sero agimus. Crassi libertum nihil puto syncere locutum in Senatu rem probe scribis actam. sed quid Curio? an et illam orationem non legit? quæ unde sit prolata, nescio. sed maximus Auxius eiusdem diei scribens ad me acta non ita laudat Curionem. at potest ille aliquid prætermittere. Tu, nisi quod erat, profecto non scripsisti. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. atque utinam ipse Varro incumbat in causam. quod profecto cum sua sponte, tum te instante faciet. Ego si me aliquando uestri, et patriæ compotem fortuna fecerit, certe efficiam, ut maxime lætere unus ex omnibus amicis. meaque officia, et studia, quæ parum antea luxerunt (fatendum est enim) sic exequar, ut me æque tibi, ac fratri, ac liberis nostris restitutum putes. Siquid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce. in me enim ipsum peccavi uehementius. neque eo hæc scribo, quo te non meo casu maximo dolore affectum esse sciam, sed profecto si quantum me amas, et amasti, tantum amare deberes, ac debuisses, nunquam esses passus me, quo tu abundas, egere consilio, nec esses passus mihi persuaderi utile nobis esse legem de collegis proferri. Sed tu tantum lacrymas præbuisi dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipse ego,

quod meritis meis perfectum esse potuit, ut dies, & noctes quid mihi faciendum esset, cogitarem. id abs te meo, non tuo scelere prætermisum est. quod si non modo tu, sed quisquã fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum à turpissimo cõsilio reuocaret, quod unus tu facere maxime potuisti, uictores hodie uiueremus. Hic mihi ignoscas. me enim ipsum multo magis accuso. deinde te, quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. si restitutor, etiam minus deliquisse uidebimur. abs teq; certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Curione scribis de priuilegio locutum, est aliquid, sed multo est melius abrogari. si enim nemo impedit, sic est firmitus. sin erit, qui ferri non sinat, eidem S. C. intercedet, nec quicquam aliud opus est, q̃ abrogari. nam prior lex nos nil lædebat, quàm si, ut est promulgata, laudare uoluissemus, aut ut erat negligenda, negligere, nocere omnino nobis non potuisset. Hic mihi primum non modo consilium defuit, sed etiam obfuit. Cæci, cæci inquam fuimus in uestitu mutando, in populo rogando. quod nisi nominatim mecum agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo præterita. uerum tamen ob hanc causam, ut si quid ageretur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis. uerum, est stultum me præcipere, quid agatis, aut quomodo. utinam modo agatur aliquid, in quod ipsa iubeat. multa occultat tuæ literæ. credo ne uehementius desperatione perturber. Quid enim uides agi posse, aut quomodo? per Senatum ne? ast tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neue di-

cū liceret. quid igitur Domitius se dixit relaturum? quo  
 modo autem ijs, quos tu scribis, & de re dicentibus, &  
 ut referretur postulātibz Clodius tacuit? ac si per po-  
 pulum, poterit ne nisi de omnium Tr. Pl. sententia? qd  
 de bonis? quid de domo? poterit ne restitui? aut si non po-  
 terit, egomet quomodo potero? hæc nisi uideris expedi-  
 ri, quam in spem me uocatis? si autem spei nihil est, quæ  
 est mihi uita? Itaq; expecto Thessalonicae acta Cal. Se-  
 xtil. ex quibus statuam in tuos ne a gros confugiam. ut  
 neq; uideam homines, quos nolim, & te, ut scribis, ui-  
 deam, & propius sim, si quid agatur. idq; intellexi, cū  
 tibi, tum Quinto Fratri placere. an abeam Cyzicum?  
 nunc Pomponi, quoniam nil impertisti tuæ prudentiæ  
 ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilij  
 decreueras, aut te nil etiam mihi plus debere, q̄ ut præ-  
 sto esses. quando quidē ego proditus, inductus cōiectus  
 in fraudem omnia mea præsidia neglexi, totam Ita-  
 liam in me erectam ad me defendendum destitui, &  
 reliqui. me meis tradidi inimicis, inspectante, & tacen-  
 te te, qui si non plus ingenio ualebas, q̄ ego, certe timebas  
 tu minus. si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin  
 omnia sunt obstructa, id ipsum fac, ut sciamus. & nos  
 aliquando aut obiurgare, aut communiter cōsolari de-  
 sine. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum  
 tuis tectis crederem. meam amentiam accuso, quod à te  
 tantum amari, quantum ego uellem putavi. quod si fuisset,  
 fidem eandem, curam maiorem adhibuisses. me cer-  
 te ad exitium præcipitantem retinuisses. istos labores,  
 quos nunc in naufragijs nostris suscipis, non subisses.  
 Itaq; fac, ut omnia ad me perspecta, & explorata per-

scribas, meq; ut facis, uelis esse aliquem, quoniam qui  
 fui, & qui esse potui, iam esse non possum. Et ut his li-  
 teris, non te, sed me ipsum à me esse accusatum putes. Si  
 qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine literas da-  
 ri, uel in conscribas, curesq; dàdas. Vale. Dat. XIII  
 Cal. Septembr. Theſſalonucæ.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

O tum iter mihi incertum facit expectatio lite-  
 rarum tuarum Cal. Sextil. datarum, non  
 aliud aliquid. si spes erit, Epeirū, sin minus  
 Cyzicum, aut aliud quid sequemur. tuæ quidē literæ,  
 quo sepius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi mino-  
 rem, q̄ cū lectæ sunt. tum id, quod attulerunt ad spem,  
 infirmant, ut facile appareat te et cōsolatiōi seruire, et  
 ueritati. idq; te rogo planē, ut ad me, quæ scis, ut erunt,  
 quæ putabis, ita scribas. Vale. Dat. XII Cal. Septēbr.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Quinto Fratrem nuntij nobis tristes, nec ua-  
 riy uenerant, et ante diē Nonarū Iun. usq; ad  
 prid. Cal. Septēbr. Ego autem diei ei ueniens  
 in M. Reguli. Liuius ad me à Regulo missus uenit. is  
 omnino mentionem nullam factam esse nuntiauit. sed  
 fuisse tamen sermonem de C. Clodij filio, isq; mihi tum  
 à fratre literas attulit. Sed postridie Sextij pueri uene-  
 runt, qui à te literas attulerunt, non tam exploratas à  
 timore, q̄ sermo Liuii fuerat. Sanē sum in meo in fini-  
 to mœrore sollicitus, et eo magis, q̄ Appij quæstio est. Cæ-  
 tera, quæ ad me eisdem literis scribis de nostra spe, in

telligo esse languidiora, quā alij ostendunt. Ego autē, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Scribit ad me frater omnia sua per te unum sustineri. Quid te aut hortet, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas? tantum uelim fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro perfruanur. tuas literas semper maxime expecto. in quibus caue, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut ueritas acerbata sit. Vale. Dat. prid. Non. Septēbr.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

e Xpectationem nobis nō paruam attuleras, cum scripseras Varionem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompeium certe suscepturum, et simulac à Cæsare ei literæ, quas expectaret, remissæ essent, authorem etiam daturū. utrū id nihil fuit? an aduersatæ sunt Cæsaris literæ? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras eundem secundū comitia dixisse. Fac, si uides quantis in malis iaceam, et si putas esse humanitatis tuæ, me fac de tota causa nostra certiorē. nam Quintus Frater homo mirus, qui me tam ualde amat, omnia mittit spei plena, metuēs credo defectionē animi mei. tuæ autē literæ sunt uariæ. neque enim me desperare uis, nec temere sperare, Fac obsecro te, ut omnia, quæ à te prospici possunt, sciamus. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

q Vod eiusmodi mihi literæ à uobis afferebantur, ut aliquid ex ijs esset expectandum, spe, et

cupiditate Theſſalonicae detentus ſum . poſtea quam  
 omnis actio huius anni conſecta nobis uidebatur , in  
 Aſiam ire nolui , quod & celebritas mihi odio eſt , &  
 ſi fieret aliquid à nouis magiſtratibus , abeſſe longe no  
 lebam . Itaq; in Epeirum ad te ſtatui me conferre . non  
 quo mea intereſſet loci natura , qui lucem omnino fuge  
 rem , ſed ut ſaltem libentiſſime ex tuo portu proficiſcar .  
 et ſi ea præciſa erit , nuſquam ſacilius hanc miſerrimã  
 uitam uel ſuſtentabo , uel , quod multo eſt melius , abie  
 cero cum paucis , multitudinem dimittam . Me tuæ lite  
 ræ nunquam in tantam ſpem adduxerunt , quantam  
 aliorum . attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit ,  
 q̄ tuæ literæ . Sed tamen , quoniam coeptum eſt , age quo  
 quomodo coeptum eſt , & quacunq; de cauſa , non deſe  
 ram , neq; optimi , atq; unici fratris miſeras , atque lu  
 ctuoſas preces , nec Sexti , cæterorumq; promiſſa , nec  
 ſpem erumnoſiſſimæ mulieris Terentiæ , nec miſerri  
 mæ mulieris Tulliolæ obſecrationem , & fideles lite  
 ras tuas . mihi Epeirus aut iter ad ſalutem dabit , aut ,  
 quod ſcripſi ſupra , te oro , & obſecro T. Pomponi , ſi me  
 ampliſſimus , cariſſimis , iucundiſſimisq; rebus perfi  
 dia hominum ſpoliatum , ſi me à meis conſiliarijs pro  
 ditum , & proiectum uides , ſi intelligis me coactum , ut  
 ipſe me , & meos perderem , ut me tua miſericordia iu  
 ues , & Quintum Fratrem , qui poteſt eſſe ſaluus , ſu  
 ſtentes . Terentiã , liberosq; meos tueare . me , ſi putas te  
 iſtic uiſurũ , expectes . ſi minus , reuiſas , ſi potes , mihiq;  
 ex agro tuo tantum aſſignes , quantum meo corpore oc  
 cupari poteſt . & pueros ad me cũ literis quã primũ ,  
 & q̄ ſæpiſſime mittas . Vale . XVI . Cal . Octobr .



## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Cælio Quinto Fratri, et P. Attico, quæ qui-  
 .A. dem ita esse, & auunculum tuum functum  
 esse officio, uehementissime probo. gaudere me  
 tum dicam, si mihi hoc uerbo licebit uti. me miserum, quæ  
 omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium,  
 si fides eorum, quibus credimus, non defuisset. quæ col-  
 ligere nolo, ne augeam moerorē. Sed tibi in mentem ue-  
 nire certe scio, quæ uita esset nostra. quæ suauitas. quæ  
 dignitas, ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut  
 facis. diemque natalē reditus mei cura, ut in tuis ædibus  
 amœnissimis agam tecum, & cum meis. ego huic spei,  
 & expectationi, quæ nobis proponitur, maxime tamē  
 uolui præstolari apud te in Eperro. sed ita ad me scri-  
 bitur, ut putem esse commodius nos eisdem in locis esse.  
 De domo, et Curionis oratione, ut scribis, ita est. in uni-  
 uersa salute, si ea modo nobis restituantur, inerūt omnia.  
 ex quibus nihil malo, quæ domū. sed tibi nihil mando no-  
 minatim. me totum tuo amori, fideique commēdo. Quod  
 te in tanta hæreditate ab omni occupatione expedisti,  
 ualde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam  
 salutē polliceris, ut omnibus rebus à te præter cæteros  
 inuer, id quantum sit præsidium, uideo. intelligoque te  
 multas partes meæ salutis et suscipere, et posse sustine-  
 re, neque, ut ita facias, rogandū esse. Quod me uetas quæ  
 suspicari accidisse ad animū tuū, quod secus à me erga  
 te commissum, aut prætermisum uideretur, geram tibi  
 morem, & liberabor ista cura. tibi tamen eo plus de-  
 bebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quæ in te

mea. uelim quid uideas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas. omnesq; ad nostram salutem adhortere. Rogatio Sestij, neq; dignitatis satis habet, nec cautionis. nam & nominatum ferre oportet, & de bonis diligentius scribi, et id animaduertas uelim. Vale. IIII Non. Octobr. Theſſalonicæ.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

et Triginta dies erant ipsi, cum dabam has literas, per quos nullas à uobis acceperam. mihi autem erat in animo iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epeirum, et ibi omnem casum potissimum expectare. Te oro, ut siquid erit, quod perspicias, quancumq; in partem, quam plenissime ad me scribas, et meo nomine, ut scribis, literas, quibus putabis opus esse, ut des. Vale. V Cal. Nouembr.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

et Tsi diligenter ad me Quintus Frater, et Piso, quæ essent acta, scripserant, tamen uellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consueuisti, ad me quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes. me adhuc Plætius liberalitate sua retinet iam aliquoties conatum ire in Epeirum. spes homini est iniecta non eadem, quæ mihi, posse nos unam decedere. quam rem sibi magno honori sperat fore. sed iam cum aduertare milites dicuntur, faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus. quod cum faciemus, ad te statim mittemus, ut scias, ubi simus. Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis declarat, etiam literis spem nobis non nullam affert Pompeij uoluntatis. sæpe enim tu ad me scripsisti

scripsisti eum totum esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater, quantū speraret, perfectum esse per te. in Pomponi pugna, ut tecum, & cum meis mihi liceat uiuere, & scribe ad me omnia. premor cum Luctu, tum desiderio omnium rerum, quæ mihi me cariores semper fuerant. cura, ut ualeas.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Go q̄ per Thessaliā si irem in Epeirū, per  
 e diu nihil erā auditurus, & q̄ mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cū illa superiora Thessalonica scripsissem. inde cum ad te me conuertā, faciā, ut scias. tuq; ad me uelim omnia q̄ diligentissime, cuiusmodi sunt, scribas. Ego iā aut rē, aut ne spem qdē expecto. Vale. VI Cal. Decēbr. Dyrrhachij.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

D quintū Cal. Decēbr. tres epistolas à te  
 a accepi, unā datam ad VIII Cal. Nouēbr. in qua me hortaris, ut forti animo mensem Ian. expectem, eaq; quæ ad spem putas pertinere de Lentuli studio, de Metelli uoluntate, de tota Pompeij ratioe perscribis. in altera epistola præter cōsuetudinem tuā diem non adscribis, sed satis significas tempus: lege enim ab octo Tr. Pl. promulgata, scribis te eas literas eo die dedisse, id est ad IIII Cal. Nouēbr. & quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. in quo, si hæc iam nostra salus cum hac lege desperata erit, uelim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam miserabile potius, q̄ ineptam putes. sin est ali-

quid spei, des operam, ut maiore diligentia posthac à nostris magistratibus defendamur. nam ea uetus Tr. Pl. rogatio tria capita habuit. unū de reditu meo scriptum in. ante. nihil enim restituitur præter ciuitatem, et ordinē, quod mihi pro meo casu satis est. sed quæ cauenda fuerint, & quomodo, te non fugit. Alterū caput est tralatitium de impunitate, siquid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatum, uide. scis enim Clodium sanxisse, ut uix aut omnino non posset, nec per Senatū, nec per populū infirmari sua lex. sed uides nunquam esse obseruatas sanctiones earū legum, quæ abrogarentur. nā si id esset, nulla ferè abrogari posset. neque enim ulla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. sed cū lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quomodo ea abrogari oporteat. Hoc cum re uera ita sit, et cum semper ita habitum, obseruatumque sit, octo nostri Tr. Pl. caput posuerunt hoc: siquid in hac rogatione scriptum est, quod per leges Pl. ue. scita S. C. hoc est quod per legē clodium promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat. nō licuerit. quod qui promulgauerit, derogauerit, ob eam re poenæ multa, ut sit C. M. hoc in illis Tr. Pl. non lædebat. Lege enim collegæ sui non tenebantur, quo maior est suspitio malitiæ alicuius, cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat (erat autem contra me) scripserūt, ut noui Tr. Pl. si essent timidiore multo magis sibi eo capite utendū putarent. neque id à Clodio prætermissum est. dixit enim in concione ad III Non. Nouembr. hoc capite designatis Tr. Pl. rescriptum esse, quod liceret. tamen in lege nulla esse eiusmodi caput te non fallit.

fallit. quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur. Numium, ac ceteros fugerit, inuestiges, uelim, & quis attulerit, & quare octo Tr. Pl. ad Senatum de me referre non dubitarint. Siue q̄ obseruandū illud caput putabant, & ideo in eo rogando tam cauti fuerunt, ut id metuerent, soluti cum essent, quod ne ijs quidem, qui lege tenentur, est curandum. Id caput sanè nolim nouos Tr. Pl. ferre, sed perferant modo quidlibet uno capite quo reuocabor (modo res conficiat) ero contentus. Iã dudum pudet tam multa scribere. uereor enim ne re iam desperata legis. ut hæc mea diligentia miserabilis tibi, alijs irridenda uideatur. Sed si est aliquid in spe, uide legem, quam T. Fadio scripsit T. Visellius. ea mihi placet. nam Sestij nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. Id. Nouēbr. data. in qua ex ponis prudenter, et diligenter quæ sint, quæ rem, operam ue disfinere uideantur de Crasso, de Pompeio, & cæteris. Quare oro te, ut, si qua erit spes posse studijs bonorum, auctoritate multitudinis comparata, rem confici, des operam, ut uno impetu perfringantur. In eam rem incumbas, & ceteros tu excites. Sin, ut ego perspicio tum tua coniectura, tum etiã mea, spei nihil est, oro, obtestorq; te, ut Quintū Fratrem ames, quem ego miserum misere perdidit. neue quid cum patiari grauius consulere de se, quam expediat sororis tuæ filio. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Terentiam unam omnium erumnosissimã sustentens tuis officij. Ego in Epeirum proficiam, cum primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me

uelim proximis literis, ut se initia dederint, perscribas. Vale. prid. Cal. Decembr.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Ntea, q̄ ad me scripsissetis uestro consensu  
 a Coss. Prouincias ornatas esse, etsi uerebar  
 quorsum id casurum esset, tamen sperabam  
 nos aliquid aliquando uidisse prudentius. postq̄ mihi  
 dictum est, & scriptum, uehementer consilium uestrū  
 reprehendi, grauius sum cōmotus, quod illa ipsa spes  
 exigua, quæ erat, uidetur esse sublata. nam si Tr. Pl.  
 nobis succensent, quæ potest spes esse? ac uidentur iure  
 succensere, cum experies consilij fuerint, et qui causam  
 nostrā susceperant, & qui nostra concessione omnem  
 um sui iuris amiserint. præsertim cum ita dicant, se  
 nostra causa uoluisse suam potestatem esse de Coss. or-  
 nandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram cau-  
 sam adiungerent. Nunc si Coss. à nobis alieniores esse  
 uelint, posse id libere facere, sin uellent nostra causa, ni-  
 hil posse eis inuitis. nam quod scribis, ni ita nobis pla-  
 cuisset, illos hoc idem per populum assecuturos fuisse,  
 inuitis Tr. Pl. fieri nullo modo potuit, ita uereor, ne &  
 studia Tribunorū amiserimus, & si studia maneant,  
 uinculum illud adiungendorum Coss. amissum sit. Ac-  
 cedit aliud non paruum incommodum, quod grauis il-  
 la opinio, ut quidem ad nos perferebatur, Senatū ni-  
 hil decernere ante, q̄ de nobis actum esset, amissa est.  
 præsertim in ea causa, quæ non modo necessaria non  
 fiat, sed etiam inusitata, ac noua. neq; enim unquam  
 arbitror ornatas esse Prouincias designatorum, ut cum

in hoc

in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta, imminuta sit, nihil iam possit non decerni. Iam his, ad quos relatum est, amicis placuisse non mirum sit. erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum Coss. palam sententiam diceret. & fuit omnino difficile non obsequi uel amicissimo homini Lentulo, uel Metello, qui similitatem humanissime deponerent. sed uereor, ne hos cum tenere potuerimus, Tr. Pl. amiserimus. Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, uelim ad me scribas, et ita, ut insituiisti. nã ista ueritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Vale. Dat. IIII. Id. Decembr.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ost tuum a me discessum literæ mihi Romæ  
 p allatæ sunt, ex quibus prospicio nobis in hac  
 calamitate tabescendum esse. neq; enim (sed  
 bonã in partem accipies) si ulla spes salutis nostræ sub-  
 esset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses.  
 sed ne ingrati, aut ne omnia uelle nobiscum unã inte-  
 rire uideamur, hoc omitto. illud abs te peto, des operã,  
 illud, quod mihi affirmasti, ut te ante Cal. Ian. ubi-  
 cunq; erimus, sis. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Iteræ mihi à Quinto Fratre cum S. C. quod  
 l de me est factum allatæ sunt. mihi in animo  
 est, legulationẽ expectare. si obrectabitur,  
 utar auctoritate Senatus, et potius uita, q̃ patria care-  
 bo. Tu quæso festina ad nos uenire. Vale VI Cal. Ian.

X tuis literis, et ex re ipsa nos funditus perisse uideo. Te oro, ut quibus in rebus mei tuis indigebunt, nostris miseris ne desis. Ego te, ut scribis, cito uidebo. plura non scribo. cura, ut ualeas.

M.T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
QVARTVS.

M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

Um primum Romam ueni, fuitque cui recte ad te literas dare, nil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi absenti de re ditum nostro gratularer. cognoui enim, ut uere scribam, te in consilijs mihi dandis, fortiozem, prudentiozemque, quam me ipsum, etiam propter tuam in me obseruantiam nimium in custodia salutis meae diligentem, eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri, aut totius furoris particeps, et falsi rumoris socius fuisses, acerbissime dissidium nostrum tulisse, plurimumque operae, studij, diligentiae, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisse. Itaque hoc tibi uere affirmo, in maxima laetitia, et exoptatissima gratulatione, unum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse, quem semel nactus nunquam dimisero. Ac nisi etiam praetermissos fructus tuae suauitatis praeteriti temporis omnes exegero,



exegero, profecto hac restitutione fortunæ me ipse non  
 satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod  
 difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splendo-  
 rem nostrum illum forensem, & in Senatu authorita-  
 tem, & apud uiros bonos gratiam, magis quàm optamus,  
 consecuti sumus. In re autem familiari, quæ quem ad-  
 modum fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras. ual-  
 de laboramus, tuarumquæ non tam facultatum, quas ego  
 nostras esse iudico, quàm consiliorum ad colligendas, et con-  
 stituendas reliquias nostras indigemus. Nunc, etsi om-  
 nia aut scripta esse à tuis arbitror, aut etiam nuntijs,  
 ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quæ te  
 puto potissimum ex meis literis uelle cognoscere. Pridie  
 Non. Sextil. Dyrrachio sum profectus. ipso illo die,  
 quo lex est lata de nobis. Brundusiũ ueni Non. Sextil.  
 ibi mihi Tulliola mea fuit præstò natali suo ipso die,  
 qui casu idem natalis erat. & brũdusinae coloniae, &  
 tuæ uicinæ salutis. quæ res animaduersa à multitudine  
 summa lætitia Brundusinorum, & ego ante VI diem  
 Id. Sextil. cognoui, cum Brũdusii essem, literis Quin-  
 ti Fratris, mirifico studio omnium ætatum, atque ordinũ,  
 incredibili concursu Italiae, legem comitijs centuriatis  
 esse perlatam. Inde à Brundusinis honestissime orna-  
 tus, iter ita feci, ut undiq; ad me cum gratulatione lega-  
 ti conuenerint. Ad urbem ita ueni, ut nemo ullius or-  
 dinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiã  
 nõ uenerit, præter eos inimicos, quibus id ipsum se ini-  
 micos esse, non liceret, aut dissimulare, aut negare. Cũ  
 uenissem ad portam Capenam, gradus templorum ab  
 infima plebe completi erant. à qua plausu maximo.

cum esset mihi gratulatio significata, similis et frequē-  
 tia, & plausus meusq; ad Capitolium celebravit. In fo-  
 ro, et in ipso Capitolio, miranda multitudo fuit. Postri-  
 die in Senatu, qui fuit dies Non. Septembr. Senatui gra-  
 tias egimus. Eo biduo, cum esset annonæ summa caritas,  
 & homines ad Theatrum primo, deinde ad Senatum  
 concurrissent impulsu Clodij, mea opera frumenti in-  
 opiam esse clamarent, cum per eos dies Senatus de an-  
 nona haberetur, et ad eius procurationem sermone non  
 solum plebis, uerum etiam bonorum Pompeius uoca-  
 retur, idq; ipse cu peret, multitudoq; à me nominatim,  
 ut id decernerem, postularet, feci. et accurate sententiã  
 dixi, cum abessent consulares. quod tunc se negarent pos-  
 se sententiam dicere, præter Messalam, et Cerannium.  
 factum est S. C. in meam sententiam, ut cum Pompeio  
 ageretur, ut eã rem susciperet, lexq; ferretur. quo S. C.  
 recitato, cum populus more hoc insueto, et nouo plausu  
 meo nomine in recitando dedisset, habui concionem. o-  
 mnes magistratus præsentis, præter unum Pr. & duos  
 Tr. pl. nomen dederunt. Postridie Senatus frequens, et  
 omnes cōsulares nil Pompeio postulanti negarunt. ille  
 legatos quindecim cum postularet, me principem nomi-  
 nauit. & ad omnia me alterum se fore dixit. legem Coss.  
 conscripserunt, qua Pompeio per quinquēniū omnis  
 potestas rei frumentariæ, toto orbe terrarum daretur. Al-  
 teram Messala, isq; omnis dat pecuniæ potestatem, &  
 adiunxit classem, & exercitum, et maius imperium in  
 Prouincijs, quæ sit eorum, qui eas obtineant. Illa nostra lex  
 cōsularis nunc modesta uidetur. hæc Messalæ non ferenda.  
 Pompeius illam se uelle dicit. Familiæ hæc. consu-

lares duce Fauonio fremunt. Nos tacemus, et eo magis,  
 ꝑ de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderunt.  
 qui si sustulerint religionem, aream præclarã habebi-  
 mus. superficiẽ Coss. ex S. C. æstimabunt. sin aliter, de-  
 molientur, et suo nomine locabunt. rē totã æstimabũt.  
 Ita sunt res nostræ, ut in secundis, fluxæ, ut in aduersis,  
 bonæ. In re familiari ualde sumus, ut scis, perturbati.  
 Præterea sunt quædã domestica, quæ literis nõ cõmit-  
 to. Quintũ Fratrem ïsi igni pietate, uirtute, fide præditũ  
 sic amo, ut debeo. te expecto, et oro, ut matures uenire.  
 eoq; animo uenias, ut me tuo cõsilio egere nõ sinas. Alte-  
 rius uitæ quoddã initiũ ordinur. nam qdam, q nos ab-  
 sentes defenderunt, incipiunt præsentibus occulte ira-  
 sci, aperte inuidere. uehementer te requirimus. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

5 I forte rarius tibi à me, q̃ à cæteris literæ red-  
 duntur, peto à te, ut id nõ modo nõ negligentia  
 meæ, sed ne occupatiõ quidẽ tribuas. quæ etsi summa  
 est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter  
 amoris nostri, & officij mei. nã, ut ueni Romam, iterũ  
 nunc sum certior factus, cui darẽ literas. Ita q; has lite-  
 ras alteras dedi. prioribus tibi declarau, aduentus nõ-  
 ster qualis fuisset, et quis esset status, atq; omnes res no-  
 stræ quẽ admodũ essent, ut in secundis fluxæ, ut in ad-  
 uersis bonæ. Post illas datas literas, secuta est summa cõ-  
 tentio de domo. diximus apud Põnifices prid. Cal. O-  
 ctobr. acta res est accurate à nobis. et si unq̃ in dicẽdo  
 sumus aliqd, aut etiã si unq̃ aliã fuimus, tũ profecto  
 doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit.

Itaq; oratio habet, ut in nostræ fortunæ casu, quod de-  
 bere non potest, quam tibi, etiã si non desyderas, tamen  
 mittam cito. Cũ Pontifices decreuissent, ita si neq; popu-  
 li iussu, neq; Plebiscitis, qui se dedicaſſe diceret nomina-  
 tum ei rei præfectũ esset, neq; populi iussu, aut Plebisci-  
 tis id facere iussus esset, uideri posse sine religione iam  
 partẽ aræ mihi restitui. mihi facta statim est gratula-  
 tio. nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudi-  
 cata. tum subito ille in concionem ascendit, quã Appius  
 ei dedit. nuntiant iam populo Pontifices secundum se  
 decreuisse, me autem ui conari in possessionem uenire.  
 hortatur, ut se, & Appium sequatur, & suam liberta-  
 tem defendant. Hic cum etiam illi infimã partim ad-  
 mirarentur, partim irriderent hominis amentiam, ego  
 statueram illuc nõ accedere, nisi cum Coss. ex S. C. por-  
 ticum Catuli restituendam locassent Cal. Octobr. ha-  
 betur Senatus frequens. adhibentur omnes Pontifices,  
 qui erant Senatores, à quibus Marcellinus, qui erat ca-  
 pidiſſimus mei, sententiam primum rogatus, quaſiuit  
 qd essent in decernendo secuti. tum Lucullus de omniũ  
 collegarum sententia respondit, religionis iudices Pon-  
 tifices fuisse. legis Senatum, se & collegas suos de reli-  
 gione statuisse, in Senatu de lege statuturos, quisq; horũ  
 loco sententiam rogatus, multa secundum causam no-  
 stram disputauit. Cum ad Clodium uentum est, cui pũt-  
 diem consumere, neq; ei finis est factus, Sed tamen cum  
 horas ferè tres dixisset, odio, & strepitu Senatus, co-  
 actus est aliquando perorare. Cum fieret S. C. in senten-  
 tiam Marcellini omnibus præter unum assentientibus,  
 Serrani intercessione, statim ambo Coss. referre cœpe-

runt. Cum sententiæ grauiſſimæ dicerentur, Senatui  
 placere mihi domum reſtitui. porticum Catuli locari.  
 auctoritatem ordinis ab omnibus magiſtratibus defen-  
 di. ſiqua ei eſſet facta uis Senatium æſtimaturũ eius ope-  
 ra factum eſſe, qui S. C. interceſſiſſet. Serranus perti-  
 nuit, & Cornicius ad ſuam ueterem fabulam redijt.  
 abiecta toga ſe ad generi pedes abiicit. ille noctem ſibi  
 poſtulauit. non concedebant. Reminiſcebantur enim  
 Cal. Ian. uix tamen ſibi de mea uolũtate conſeſſum eſt.  
 Poſtridie S. C. factum eſt, id quod ad te niſi. Deinde  
 Coſs. porticum Catuli reſtituendã locarunt. illam por-  
 ticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis  
 omnibus, nobis ſuperficiem ædiũ Coſs. de conſilij ſen-  
 tentia æſtimarunt HS uicies. cætera in re ualde libera-  
 liter. Tuſculanam uillam quingentis millibus. Formia-  
 num HS ducentis quinquaginta millibus, quæ æſtima-  
 tio non modo uehementer ab optimo quoq; ſed etiam à  
 plebe reprehenditur. Dices, quid igitur cauſe fuit? Di-  
 cunt illi quidem, pudorem meum, quod neq; negarim,  
 neq; uehementius poſtularim. ſed non eſt id. nam hoc  
 quidem etiã profuiſſet. uerum ijdem mi T. Pomponi,  
 ijdem inquam illi, quos ne tu quidẽ ignoras, qui mihi  
 pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. ſed, ut ſpe-  
 ro, iam renaſcuntur. tu modo ad nos ueni. quod uereor  
 ne tardius interuẽtu Varronis tui, noſtriq; facias. quo-  
 niam acta quæ ſint habes, de reliqua noſtra cogitatio-  
 ne cognoſce. Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus,  
 ut nulla re impediret, quin, niſi uellem, mihi eſſet inte-  
 grum, aut ſi comitia Cenſorũ proximi Coſs. haberent,  
 ut petere poſſem, aut uotiuam legationem ſuſcipere

propè omnium sanorum, ac sacrorum locorū. Sic enim nostræ rationes, utilitates meæ postulabant, sed uolui meâ potestatem esse uel petendi, uel incute æstate ex-  
 undi. & interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorum, non alienum putavi. Forensium quidem rerum hæc nostra consilia sunt. domesticarum autem ualde impedita. domus ædificatur, scis quo sumptu, qua molestia reficiatur Formianū. quod ego nec relinquere possum, nec uidere. Tusculanum proseripsi. Sub urbano non facile careo. Anicorum benignitas exhausta est in eare, quæ nihil habuit præter dedecus. quod sensisti tu absens, præsentis. quorum studijs ego, & copijs, si esset per meos defensores licitum, facile essem omnia consecutus. quo in genere nunc uehementer laboratur. cætera quæ me sollicitant *μυστηριώδη* sunt. Amanur à fratre, & à filia expectamur. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vere te certe scio, tum scire quid hic agatur, tum à me scire, non quo certiora sint ea, quæ in oculis omnium geruntur, si à me scribantur, quæ cum ab alijs tibi aut scribantur, aut nuntientur, sed, ut uerum perspicias ex meis literis quo modo ea feram, quæ geruntur, & qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino uitæ status. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nouembr. expulsi sunt fabri de area nostra. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. Coss. locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat. Quinti Fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata,

iussu Clodij, inspectante urbe, coiectis ignibus, magna  
 querela, & gemtu, non dicam bonorum, qui nescio,  
 an ulli sint, sed plane hominum omnium, ille uehemes  
 furere. Post hunc uero furorem nil nisi caedem inimi-  
 corum cogitare. uicatim ambire. seruis aperte spem li-  
 bertatis ostendere. Etenim antea, cum iudicium nole-  
 bat, habebat ille quidem difficilem, manifestamq; cau-  
 sam, sed tamen causam. id poterat inficiari. poterat in  
 alios deriuare. poterat etiam aliquid iure factum de-  
 fendere. Post has ruinas, incendia, rapinas, desertus a  
 suis, uix iam decimum designatorem, uix Gellium reti-  
 net. Seruorum consilijs utitur. uidet, si omnes, quos uult,  
 palam occiderit, nihilo suam causam difficiliore, q̄ ad-  
 huc sit, in iudicio futuram. Itaq; ante diem tertium Id.  
 Nouembr. cum sacra uia discederem, insecutus est me  
 cum suis. clamor, lapides, fustes, gladij, & haec im-  
 prouisa omnia. discessimus in uestibulum M. Tetij Da-  
 mionis. qui erant mecum facile operas aditu prohibue-  
 runt. ipse occidi potuit. Sed ego diueta curari incipio. che-  
 rurgiae tædet. Ille, omnium uocibus cum se non ad iu-  
 dicium, sed ad supplicium praesens trudi uideret, o-  
 mnes Catilinas, Sicaniosq; postea reddidit. Nam Milo-  
 nis domum, meamq; in Ceramio pridie Id. Nouembr.  
 expugnare, & incedere ita conatus est, ut palam hora  
 V cum scutis homines eductis gladijs, alios cum accen-  
 sis facibus adduxerit. ipse domum P. Sullae pro castris si-  
 bi ad eam impugnationem sumpserat. tum ex Anniana  
 Milonis domo Quintus Flaccus eduxit uiros acres, occi-  
 ditq; homines ex omni latrocinio clodiano notissimos.  
 ipsum cupiuit, sed ille se in interiore parte aediu abdi-

dit. Sulla in Senatu postridie Id. Nouembr. uenit. domi  
 Clodius. egregius Marcellinus omnes acres. Metellus  
 calūnia dicendi tempus exemit, a diuinitate Oppio, etiā  
 Hercule familiari tuo, de cuius constantia, et uirtute ue  
 rissimæ literæ Sestij fuere. Ille postea, si comitia sua nō  
 fierent, urbi mnari. proposita Marcellini sententia,  
 quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram cau  
 sam areæ incendiōrum, periculi mei, iudicio complecte  
 retur, eaq; omnia comitijs anteferret. proscripsit super  
 omnes dies comitiales de cœlo seruaturum. conciones  
 turbulentæ Metelli. temerariæ Appij. furiosissimæ Pu  
 blij. hæc tamen summa, nisi Miloni C. Appius obnun  
 tiasset, comitia futura ante diē XII Cal. Decembr. Mi  
 lo media nocte cum magna manu in campum uenit.  
 Clodius cum haberet fugitiuorum deiectas copias in  
 campum ire nō est ausus. Milo permansit ad meridiē,  
 mirificat hominum lætitia summa cum gloria. conten  
 tio fratrum triū turpis. fracta uis. contemptus furor.  
 Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro ob  
 nuntietur, nihil esse, quod in campum nocte ueniretur,  
 se hora prima in comitio fore. Itaq; ante diem XI Cal.  
 Ian. in comitium Milo de nocte uenit. etiam Metellus  
 cum prima luce fertim in campum itineribus prope  
 deuijs curreat. assequitur inter lucos hominem Milo,  
 obnuntiat. ille se recipit magno, turpiq; Quinti Flaci  
 conuicio. ante diem X Cal. nundinæ. concio biduo nul  
 la ante diem VIII Cal. Hæc ego scribebam hora no  
 ctis nona. Milo iam campum tenebat. Marcellus candi  
 datus ita stertebat, ut ego uicinus audirem. Clodij uesti  
 bulum uacuum sanè mihi nuntiabatur. pauci pannosi  
 sine laterna.



sine laterna. nã eo conscio omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilij. miranda uirtus est. noua quaedam diuina mitto. sed hæc summa est. comitia fore non arbitror. Publium reum, nisi ante occisus erit à Milone, fore putato, si se ituro Lanuuium, in uia obtulerit, occisum iriam ab ipso Milone uideo. non dubitat facere. præ se fert. casum illum nostrum non extimescit. nunquam enim cuiusquam inuidi, & perfidi consilio est usus, nec inerti nobili crediturus. Nos animo duntaxat uigemus, etiam magis, quàm cum florebamus. re familiari comminuti sumus, Quinti Fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus essem, illo recusante subsidijs amicorum respondemus. Quid consilij de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. quare appropera, & Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Eriucundus mihi Cincius fuit ante diem tertium Cal. Febr. ante lucem. dixit enim mihi te esse in Italia, se seq; ad te pueros mittere, quos sine meis literis ire nolui. non quo haberem quod tibi, præsertim iam propè præsentis, scriberem, sed ut hoc ipsum significarem, mihi aduentum tuum suauissimum, expectatissimumq; esse. Quare aduola ad nos, eo animo ut nos ames, et te amari scias. Cætera coràm agemus. hæc properantes scripsimus. quo die uenies, utiq; cum tuis apud me sis, perbelle feceris, si ad nos ueneris. offendes designationem Tyrannionis. mirificam librorum meorum bibliothecam, quorum reliquia

multo meliores sunt, quā putaram. Et iam uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. ad hoc cætera administres, ijsq; imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos uos græci (ut opinor) συλλογῆς appellatis. Sed hæc, si tibi commodum erit. ipse uero utiq; fac uenias, si potes in his locis adherescere, & Piliam adducere. Ita enim & æquum est, & cupit Tullia. Medius fidius næ tu emisti locum præclarū. Gladiatores aubio pugnare mirifice. Si locare uoluisses, duobus his muneribus liberaesses. sed hæc posterius. Tu fac uenias, & de librarijs, si me amas, diligenter aduerte. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

N tu me existimas ab ullo malle mea legi, pro  
 a bariq; quæ à te? cur igitur cuiquam nisi prius? urgebar ab eo, ad quem nisi, & non habebam exemplar. Quid etiam? dudum enim circumrodo, quod deuorandum est. subturpicula mihi uidebatur esse καλιωδία. sed ualeant recta, uera, honesta consilia. Non est credibile, quæ sit perfidia in istis principibus. ut uolunt esse, & ut essent, si quicquam haberent fidei. Senseram, noram, inductus, relictus, proiectus ab ijs. tamen hoc erat in animo, ut cum ijs in repositum consentirem. ijdem erant, qui fuerant. Vix aliquando te authore resipui. dices ea te monuisse, suasisse, quæ feceram, num etiam, ut scriberem? Ego mehercule mihi necessitatem nolui imponere huius nouæ coniunctionis, neq; mihi licet labi ad eos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt inuidere. sed tamen modici fuimus

dici fuimus ἀποθεύσει, ut scripsimus, uberiores, si & ille libenter accipiet, nec ū subrogentur, qui ullam me moleste ferunt habere, quæ Catuli fuerat, aut etiam emisse non cogitant. Qui domum negant oportuisse me edificare, uendere aiunt oportuisse. Sed quid ad hoc? sed quibus sententijs dixi, quod & ipsi probarent. lætati sunt tamen me contra Pompeij uoluntatem dixisse. sed quoniam qui nihil possunt, ū me nolunt amare, demus operā, ut ab ijs, qui possunt, diligamur. Dices uellem iam pridem. scio te uoluisse, & me. Ast nuggerā manum fuisse. iam tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam, quod crebro inuisis, est mihi ualde gratum. Viaticum Crassipes præripit. tu de uia recta in hortos. uidetur commodius ad te postridie scilicet. quid enim tua? sed uiderimus. bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. & si scribis, eos uelim laudes. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

ELentulo scilicet sic fero, ut debeo. uirum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatū, perdidimus, nosq; malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipsius uicem minime dolemus, non ut Saufeius, & uestri mehercule, quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio uideatur ex eius incendio esse ereptus. Nam quid foedius nostra uita? præcipue mea? nam tu quidem, & si es natura πολίτινος, tamen nullā habes propriā uirtutem, communis fueris nõne? Ego uero, qui, si loquor de rep. qđ oportet,

h ij

*insanus, si quod opus est seruus existimor. si taceo, oppressus. & captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriore, quod dolere quidem possum, ut non in te ingratus uidear. Quid si cessare libet, & in ocij portum cōfugere? ne quicquam, immo etiam in bellum, et in castra. Ergo erimus ὀπλιται, qui rogati esse uolumus. sic faciundum est. tibi enim ipsi, cui utinam semper paruissim, sic uideo placere. Reliqua est σπάρταν ἔλαχες τάντων νόσμε. non mehercule possum. et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Veruntamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista in probem, idq; tu, cum unā erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me scribi uideo, sed omnes uno tempore accipi. Quæ res etiam auxit dolorem meum. Casu enim trinas ante legeram, quibus melius Lentulo esse scriptū erat. eæ quartæ fulmen. sed ille, ut scripsi, non misit, nos uero ferret. Quod me admones, ut scribam illa hortensiana, in alia incidi non immemor istius mandati tui. sed mehercule incipiendo refugi, ne, quod uideor stulte illius amici nō intemperiem tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero. & simul ne βούτης mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, et aliqd satisfactio leuitatis habere uideatur. sed uiderimus. Tu modo q̄ scripissime ad me aliqd. Epistolam, Lucio quam nisi, qua res meas ut scribat rogo, fac, ut ab eo sumas. Valde bella est, eumq; ut appropere, adhorteris, & qd̄ mihi se ita facturum rescripsit, a gas gratias. Domum nostrā, quo ad poteris inuisas. V esturio aliquid si significes. ualde enim est in me liberalis. nihil εὐνοιοῦτερον. Valde.*

## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Pistola tua me sollicitum de Quinto nostro,  
 e puero optimo, ualde leuauit. uenerat horis  
 duabus ante Cherippus. mera monstra nun-  
 tiarat. De Apollonio, quod scribis, illi Di sint irati, ho-  
 mini græco, qui conturbare quidem putat sibi licere,  
 quod equitibus ro. nam Terentius suo iure de Metello  
 ἦκε σὺν φθιμίνοισιν. sed tamen multis annis ciuis ne-  
 mo erat mortuus. Quid quidem tibi nummi? meo peri-  
 culo sint. Quid enim uereris quencunq; hæredē fecit?  
 nisi Publium fecit. uerū fecit non improbe, quanquam  
 fuit ipse. Quare in hoc Theam numariam non rete-  
 xeris. in alijs eris cautior. mea mandata de domo cura  
 bis. præsidia locabis. Milonem admonebis. Arpinatum  
 fremitus est incredibilis. De Laterio quid quæris? Equi-  
 dem dolui ὄδ' οὐκ ἔστ' μῦθος. quod superest, etiam  
 puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Vltæ me in epistola tua delectarunt. sed ni-  
 m hil magis, quàm patina Tyrotarij. coenâ pa-  
 rati Disculo. quod scribis μῦθω μὲν ἔστι πρὸς  
 πρὶν τελέσειο ἀντιόχοις. ædificati tibi in agris nihil  
 reperio. In oppido est quiddam, de quo est dubium, sit  
 ne uenale, ac proximum nostris ædibus. Hoc scito, An-  
 tum Buthrotum esse Romæ, ut Corcyræ illud tuum.  
 nihil quietius est, nihil salsius, nihil amœnius. Postea  
 uero q̄ Tyrannio mihi libros disposuit, mensa addita ui-  
 detur meis ædibus. Quæ quidem in re mirifica opera

Dionysij, et Menophili tui fuit. Nihil uenustius, quàm illa tua pægmata. Postquam misisti libros, illustrarunt ualde. & scribas ad me uelim de gladiatoribus. sed ita bene si rem gerunt. non quæro male sic egisse. Apenas uix discesserat cū epistola. quid ais? putasne fore, ut legem non ferat? dic oro te clarius. uix enim mihi exaudisse uideor. uerum statim fac, ut sciam, si modo est commodum. ludis quidem, quoniam dies est additus, eo etiam melius hic eum diem cum Dionysio contuleremus. De Trebonio prorsus tibi assentior. de Domitio ἔδεν ἄτω ὁ μοιοῦται ὑν εἰδωλον, quā est ista περιστασιs nostra, uel quod dabis dein, uel quod præter opinionem, uel quod uiri boni nusquam unum dissimile, quā huic merito. Nam de ipso casu nescio, an illud melius. Quid enim hoc miserius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, Des. Cos. fuerit, fieri Cos. non posse? præsertim, cum aut solus, aut certe non plus, quàm cum altero petat? Si uero id est, quod nescio, an sit, ut non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Coss. paginulas habeat, quàm factorum, quid illo miserius? nisi resp. in qua nec speratur quidem melius quicquam. De Natta ex tuis primum sciui literis. oderam hominem. De poemate quod quæris, quid si cupiat effugere? quid si sinat? De Fabio Lusco quod eram exorsus, homo peramans semper nostri fuit, nec mihi unquam odio, satis enim acutus, & permodestus, ac bene frugi. Eum quia non uidebam, abesse putabam. Audiui ex Gauius hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduuum. percussit animum. Dices tantula ne causa? Per multa ad me detulerat non dubia de firmanis fratribus. quid

bus. qd sit, quod se à me remouit, si modo remouit, igno-  
 ro. De eo quod me mones, ut & me geram πολιτικός,  
 & in eo γράμμην teneam, ita faciam, sed opus est ma-  
 iore prudentia, quam à te, ut soleo, petam. Tu uelim et  
 Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum con-  
 uiuam tuam degustes, & ad me de istis rebus, et omni-  
 bus quotidie scribas. Vbi nihil erit, quod scribas, id  
 ipsum scribito. cura, ut ualeas.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

ANÈ uelim scire num censum impèdant Tri-  
 s buni diebus iniijtiandis. Hic enim est rumor,  
 totaq; de censura quid agant. quid cogtent.

Nos hic cum Pompeio sumus. multa mecum de rep. sa-  
 nè sibi displicens, ut loquebatur (sic est enim in hoc ho-  
 mine dicendum) Syriam spernēs, Hispaniam iactans.  
 hic quoq; ut loquebatur, et opinor usquequaq;. De hoc  
 cum dicemus, sit hoc, quasi καὶ τὸ δὲ φοκυλίδου. Tibi  
 etiam gratias agebat, quod signa componenda susce-  
 pisses. In nos uero suauissime hercule est effusus. Venit  
 etiam ad me in Cumanū. ac se nihil minus uelle mihi  
 uisus est, quàm Messalam consulatum petere. de quo  
 ipso si quid scis, uelim scire. Quod Luceio scribis te  
 nostram gloriam commendaturum, & ædificium no-  
 strū quod crebro inuisis, gratum. Quintus Frater ad  
 me scripsit se, quoniam Ciceronē suauissimū secum ha-  
 beret, ad te Non. Maij uēturū. Ego me de Cumano mo-  
 ui ante diē V Cal. Maij. eo die Neapolim apud Latīū  
 ueni ante diem IIII Cal. Maij. iens in Pompeianum  
 bene mane hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor

Ptolemæum esse in regno. Siquid habes certius, uelim scire. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. fortasse tu putas his rebus puteolanis, & lucrinensibus. ne ista quidem desunt. sed mehercule à cæteris oblectationibus deseror, & uoluptatibus propter rēp. Sic literis sustentor, & recreor. maloq; in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis sedere, quam in istorum Sella curruli. tecumq; apud te ambulare, quam cum eo, quo cum uideo esse ambulandum. Sed de illa ambulatione fors uiderit. aut si quis est, qui curet Deus, nostram ambulationē, et laconicum, eaq; quæ circa sint. uelim, cum poteris, inuisas, & urgeas Philotinum, ut properet, ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompeius in Cumanū parilibus uenit. misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie mane uadebam, cum hæc scripsi. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Electauerunt me epistolæ tuæ, quas accepi  
 d uno tempore. duas ante diem V Cal. perge  
 reliqua. gesto scire ista omnia. etiam illud cui  
 iusmodi sit, uelim perspicias, si potes à Demestrio. Dixit  
 mihi Pompeius Crassum à se in Albano expectari ante  
 te diem quartum Cal. is cum uenisset, Romam & illū  
 & se statim uenturos, ut rationes cum publicanis puta  
 rent. quæ siui, gladiatoribus ne? respondit ante, quam  
 inducerentur. Id cuiusmodi sit, aut si nunc scias, aut cū  
 is Romam uenerit, ad me mittas uelim. Nos hic uo-  
 ramus literas cum homine mirifico (ita mehercule sentio)  
 Dionysio, qui te, omnesq; uos salutat. οὐδὲ γὰρ γλυκὺ τὸ  
 ποῦν ἢ πᾶσι



πορ ἢ πᾶν εἰς ἄρα. *Quare, ut homini curioso, ita per-*  
*scribe ad me, quid primus dies, quid secundus, quid*  
*Censores, quid Appius, qd illa populi Apuleia. deniq;*  
*etiam quid à te fiat ad me uelim scribas. non enim (ut*  
*uere loquamur) tam rebus nouis, q̄ tuis literis delector.*  
*Ego mecum præter Dionysium duxi neminem, nec me-*  
*tuo tamen, ne mihi sermo desit abs te, quo magno pere*  
*delector. Tu Luceio nostrum librum dabis Demetrii*  
*magnetis tibi mitto, statim ut sit, qui à te mihi episto-*  
*lam referat. Vale.*

## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Gnatus Romæ est. sed ego cum eo de re ali-  
 e menti uehementer ante egi. grauiter se actu-  
 rum cum Aquilio confirmauit. Videbis ergo  
 heminem, si uoles. Macroni uix uideor præstò esse. Idi-  
 bus enim auctionem Larini uideo, & biduum. Præte-  
 rea, id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi-  
 hi uelim. Sed, si me diligis, postridie Cal. cœna apud  
 me cū Pilia. prorsus id facies. Cal. cogito in hortis Cras-  
 sipedis, quasi in diuersorio cœnare. Facio fraudem S.  
 C. Inde domum cœnatus, ut sim mane præstò Miloni.  
 Ibi te igitur uidebo, & promouebo. Domus te tota no-  
 stra salutat. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO.S.

Os in Tusculanum uenisse ad XVII Cal.  
 n Decembr. uideo te scire. Ibi Dionysius nobis  
 præstò fuit. Romæ ad VIII Cal. uolumus  
 esse. quid dico uolumus? immo uero cogimur. Milonis

nuptiæ. non nulla comitiorum opinio est. Ergo ut sit rata abfuisse me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, fero non moleste. Nam aut defendissem, quod nõ placeret, aut defuissem, cui nõ oporteret. Sed me hercule uelim resistas, & præsentem statum reip. æquo animo Coss. ferant. hũc ὄχλον rescribas ad me quantum potes, et uales. sum ὀξύπινος. Et si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quàm olim æqualem eius L. Paulum. Item T. iterum Cos. O hominem nequam. De libris oratorijs factum est à me diligenter. diu, multumq; in manibus fuerunt, describas licet. Illud etiã te rogo, τὴν παρῶσαν κατὰ σασίη τὴν πρῶτην, ne istuc hospes ueniam. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Estorius noster me per literas facit certiorẽ,  
 n te Roma ad VIII Id. Maij putare profectũ  
 esse tardius, quàm dixerat, quod nimis ual-  
 uisses. si iam melius uales, uehementer gaudeo. Velim  
 domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non  
 secus, ac si ipse adesses, cũ cæteri tum V arronis. est enim  
 mihi utendũ quibusdam rebus ex ijs libris ad eos, quos  
 in manibus habeo, quos, ut spero, tibi ualde probabo.  
 Velim siquid forte noui habes, maxime à Quinto Fra-  
 tre, deinde à C. Cesare, & siquid de comitijs, de rep-  
 forte (soles enim tu hæc festine odorari) conscribas ad  
 me. si nihil habebis, tamen scribas aliquid. nunquam  
 enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax  
 uisa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoq; itinere

ex sententia confecto, nos quam primum reuifas. Dionysium iube saluere cura, ut ualeas.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

E Euty chide gratū, qui uetere prænominē,  
 d nouo nomine T. erit Cæcilius, ut est ex me, et  
 ex te iunctus Dionysius M. Pōponius, ualde  
 mehercule mihi gratū, si Euty chides tuam erga me be-  
 neuolentiā cognoscet, suam illā in meo dolore *συμπό-  
 θεϊαν*, neq; tum mihi obscurā, neq; post ingratiā fuisse.  
 Iter asiaticum tuum puto suscipiendum fuisse. Nunq̄  
 enim tu sine iustissima causa tam longe à tot tuis & ho-  
 minibus, & rebus carissimis, & suauissimis abesse uo-  
 luisses. sed humanitatē tuam, amoremq; in tuos, reditus  
 celeritas declarabit. Sed uereor ne lepore suo detineat  
 diutius Pr. Clodius & homo pereruditus, ut aiunt, &  
 nunc q̄dem deditus græcis literis, ac pitaneis. sed, si uis  
 homo esse, recipe te ad nos ad quod tēpus cōfirmasti. cū  
 illis tum, cū salui uenerint, Romæ uiuere licebit. Aue-  
 re te scribis accipere aliqd à me literarū. Dedi ac mul-  
 tis q̄dem de rebus *ἡμερολόγια*, perscripta omnia.  
 sed ut conijcio, quoniā non mihi uideris in Epeiro diu  
 fuisse, redditas tibi non arbitror. Genus autem mearū  
 ad te literarum eiusmodi forte est, ut non libeat cuiq̄  
 dare, nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurum.  
 Nunc romanas accipe res. Ad III Nonarū Quintil.  
 Suffennas, & Cato absoluti. Porcilius condemnatus.  
 ex quo intellectum est tres ἀπροπαζίτας ambitum,  
 comitia, interregnum, maiestatem, totam deniq; rem p-  
 floai non facere. debemus Patrem familias domi suæ

occidere nolle, neq; tamen id ipsum abunde. Nam ab-  
 soluerunt XXII, condemnauerunt XXVIII. Publius  
 sanè disertus epilogo criminans, mentes iudicum commo-  
 uerat. Otalus in ea causa fuit cuiusmodi solet. nos uer-  
 bum nullum. Veritas est enim pusilla, quæ nunc labo-  
 rat, ne animum Publio offenderet. His rebus actis Era-  
 tini me ad sua tempora duxerunt, ut agerem causam cõ-  
 tra Interamnates apud Cos. Et decem legatos, quod la-  
 cus Velinus à M. Curio emissus, qui interciso monte in  
 Nar defluit, ex quo est illa siccata, sed humida tamen  
 modice defluit in Cumanum. quin etiã me ad septem  
 aquas duxerunt. Redij Romam Fonte causa ad VII  
 Id. Quintil. ueni. Spectaculum primum magno, et  
 æquabili plausu. Sed hoc ne curaris. ego ineptus, qui  
 scripserim. Deinde Antiphonti operam miserat, ante  
 manumissus, q̄ productus. ne diutius p̄deas, palmam  
 tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine uoce, nihil  
 tam uerum. hæc tu tecum habeto. In Andromacha ta-  
 men maior fuit, quàm Astyanacte. Nam in cæteris pa-  
 rem habuit neminem. Quæris nunc de arbuscula.  
 ualde placuit. Ludi magnifici, et grati. Venatio in  
 aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. ar-  
 det ambitus. foenus ex Triente Id. Quintil. factum  
 erat Bessibus. Dices istum quidem non moleste fero. O-  
 uirum, O ciuem Memmum. Cæsaris omnes opes con-  
 firmant. Cum eo Domitium Cos. iunxerunt, qua pa-  
 ctione, epistolæ committere non audeo. Pompeius fre-  
 mit. queritur. Scauro studet. sed utrum fronte, an men-  
 te dubitatur. εἰς οὐκὶν in nullo est, pecunia. omnium di-  
 gnitatem exæquat. Messala languet, non quo animus

desit, aut amicis careat, sed Coitio Cos. et Pópeius ab-  
 sunt. Ex comitiatis puto fore, ut ducantur Tribunitij.  
 Candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud  
 eum HS quingena deposuerunt, ut qui à Catone da-  
 mnatus esset, id perderet, & competitoribus tribuere-  
 tur. Hæc ego pridie scribebam, quàm comitia fore pu-  
 tabantur. Sed ad te V Cal. Sextil. si facta erunt, et tu-  
 bellarius non erit profectus, tota comitia perscribam.  
 Quæ si, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato  
 poterit, quàm omnes quidem iudices. Messius defende-  
 batur à nobis, sed de legatione reuocatus. nam eum Cæsa-  
 ri legarat Appius. Seruilius edixit, ut adesset tribus.  
 habet Pontinam uillam. Mætia pugnatur acriter, agi-  
 tur tamen satis. Deinde me expedio. ad Drusum, inde  
 ad Saturum. parantur orationibus iudices gloriosi.  
 Fortasse accedent etiam Coss. Dess. in quibus si Saturus  
 non fuerit, in hoc iudicio ualde laborabit. Ex Quinti  
 Fratris literis suspicor iam eum esse in Britania. Su-  
 spenso animo expecto quid agat. Illud quidem sumus  
 adepti, quod multis, & magnis iudicijs possumus iudi-  
 care, nos Cæsari & carissimos, & iucundissimos esse.  
 Dionysium uelim saluere iubeas, & eum roges, ut te  
 hortetur quamprimum uenias, ut possit Ciceronem  
 meum, atq; etiam me ipsum erudire. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Occupationum mearum uel hoc signum erit,  
 o quod epistola librarij manu est. De epistola-  
 rum frequentia te nihil accuso. sed plerique  
 tantummodo mihi nuntiabant ubi esses, quod erat abs

te, uel etiam si significabant recte esse. quo in genere maxime delectarunt duæ ferè eodem tempore abs te Bruto datæ. Scire enim uolebam te commode nauigasse. sed hæc epistolarum frequentia, non tam ubertate sua, quàm celeritate delectauit. Illa fuit grauis, et plena rerum, quam mihi M. Pacius hospes tuus reddidit. Ad eam rescribam igitur. et hoc quidem primum. Pacio Romæ, et uerbis, et re ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet. Itaque in intimis est meus, cum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cætera. Varro, de quo ad me scribis, inducetur in aliquem locum, si modo erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum, ut in oratorijs, quos tu in cælum fers, non mentio potuit fieri cuiusquam ab ijs, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui disputationem in Africani personam, et Philii. et Pæti. et Maniliij contuli, adiunxi adolentes Quintum Tuberonem, P. Rutilium. duos Lælii generos, Scæuolam, et Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proœmijs, ut Aristoteles in his, quos Exotericos uocat, aliquid efficere, ut nõ sine causa istum appellarem. id quod intelligo tibi placere. utinam modo conata efficere possim. rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, et grauem, et plurimum ocij, quo ego maxime egeo. Quod in his oratorijs libris, quos laudas, personam desyderas Scæuolæ, non eam temere dimoueri. sed feci idem, quod in πολιτείᾳ. Deus ille noscitur Plato, cum in Piræum Socrates uenisset ad Cephalum locupletem, et festiuum senem, quo ad primus sermo ille haberetur, adest in disputando senex, deinde,

cum ipse quoq; commodissime locutus esset, ad rem diu-  
 nam dicit se uelle discedere, neq; postea reuertitur. Cre-  
 do Platonem uix putasse satis consonum fore, si hominē  
 id ætatis in tam longo sermone diutius retinisset. Mul-  
 to ego satius hoc mihi cauendū putauī in Scæuola, qui  
 & ætate, et ualeitudine ea, qua esse meministi, & ijs  
 honoribus, ut uix satis decorum uideretur eū plureis  
 dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri ser-  
 mo, non alienus à Scæuolæ studijs. reliqui libri *τεχνο-  
 λογία* habent, ut scis. Huic ioculatoriæ disputationi  
 senem illum, ut noras, interesse sanè nolui. De re filia  
 quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculenta res.  
 Aureliam, ut scribis, iudicijs, et in eo me etiam Tullia  
 meæ uenditabo. V estorio non desum. Gratū enim tibi  
 id esse intelligo, et, ut ille intelligat, curo. Sed scis, qui cū  
 habeat duos fāciles, nihil difficilius. Nunc ad ea, quæ  
 quæris de C. Catone, lege Iunia, & Liania scis abso-  
 lutum, Fusiā ego tibi nuntio absolutumiri, neque pa-  
 tronis suis tam libentibus, quàm accusatoribus. Is ta-  
 men & mecum, & cum Milone in gratiā redijt. Dru-  
 sus reus est factus à Lucretio, iudicijs reiiciendis. ad  
 V Non. Quintil. de prælio rumores non boni, sed in-  
 dicia nosti. Hirus cum Domitio in gratia est S. C. quod  
 hic Coss. de Prouincijs fecerunt, quicumque posthac no-  
 tum tibi, ut quod iam intelligebamus denuntiationem  
 illam Memmij ualde Cæsari displicere. Messala no-  
 ster, & eius competitor Domitius liberalis in populo  
 ualde fuit. nihil gratius certe erat Coss. ac Senatui. Se-  
 natus decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fie-  
 ret. ab his consilijs, quæ erant omnibus sortita in sin-

gulos candidatos . magnus timor candidatorum . Sed  
 quidam iudices , in his Opimius Veieteranius Tr. Pl.  
 appellarunt , ne iniussu populi iudicarent . rescidit co-  
 mitia dilata ex S. C. dum lex de tacito iudicio ferretur .  
 uenit legi dies . Terentius intercessit . Coss. qui illud le-  
 ui brachio egressent , rem ad Senatum detulerunt . Hic  
 Abdera non tacente me . dices tamen tu non quiescis ?  
 ignosce , uix possum . Verum tamen quid tam ridiculum ?  
 Senatus decreuerat , ne prius comitia haberentur , quã  
 lex lata esset . qui si intercessisset , res integra referretur  
 coepta ferri leuiter . Intercessum non inuitis . res ad Se-  
 natum . De ea re ita censuerunt . Comitia primo quoq;  
 tempore haberi censere . Scaurus , qui erat paucis diebus  
 illis absolutus , cum ego patrem eius ornatissime defen-  
 disse , obnuntiationibus per Scaenolam interpositis sin-  
 gulis diebus usq; ad prid. Cal. Octobr. quo ego hæc de-  
 scripsi , sublatis populo tributim domũ suã satis fecerat .  
 Sed tamẽ , etsi uberior liberalitatis huiusce ratio esse ui-  
 debatur eorum , qui occupant , cu perem uultum ui-  
 dere tuum , cum hæc legeres . nam profecto rem non ha-  
 bes nullam . Hæc negocia multarum mundinarum fo-  
 re , sed Senatus hodie futurus fuerat , id est Cal. Octob.  
 Iam enim tibi Lucisci loquerentur , præter Antium ,  
 & Fauonium liber nemo . Nam Cato ægrotat . de me  
 nihil timueris , sed tamen promitto nihil . Quid que-  
 ris aliud ? Iudicia credo , Drusus , & Scaurus non fecisse  
 uidentur . tres Candidati fore rei putabantur . Domi-  
 tius à Mẽmo . Messala à Quinto Pompeio Ruffo . Scatu-  
 rus à Triario , aut à L. Cesare . Quid poteris inques  
 pro ijs dicere ? ne uiuã , si scio . in illis quidem tribus li-  
 bris , quos



bris, quos studiose laudas. Nihil reperio nunc; ut opinionem habeas rerum ferendum est. Quæris, ego me ut gesserim. constanter, & libere. Quid ille inquit, ut ferebat? humaniter, meæq; dignitatis quoad mihi satis factum esset, habendam sibi rationem putabat. Quomodo ergo absolutus? omnino accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lætuli, L. Ter. quem fremunt omnes præuariatum. Deinde Pompeij mira contentio. Iudicū sordes. Attamē XXXII condēnauerunt, XXVIII absoluerunt. iudicia reliqua impendent. Non dum est planè expeditus. dices tu, Ergo hæc quomodo ferre uellem? Hercule et in eo me ualde amo. Amisimus mi Pō = poni, non omnem modo succum, ac sanguinem, sed etiā colorem, & speciem pristinam ciuitatis. Nulla est res. p. quæ delectet, in qua acquiescam. Id ne igitur inquit facile fers? id ipsum. Recordor enim quā bella paup. lisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. quæ mihi gratia relata sit, nullus dolor me angit. unum omnia posse disrumpuntur ij, qui me posse aliquid doluerūt. Multa mihi dant solatia, nec tamē ego de meo statu denigro. quæq; uita maxime est ad naturam, ad eam me refero, & literas, et studia nostra, dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Domus me, & Rura nostra delectant. non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem mecum, et tibi habebo, per me ista pedibus trahūtur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum. Locus ille animi nostri, stomachus ubi hebetabat olim, conaluit, ut digerat multa cruda facilius. Priuata modo, & domestica nos delectant. miram securitatem uidebis, cuius plurimæ mehercule partes sunt in tuo

reditu. Nemo enim dē p̄p̄is in terris est mihi tam consentientibus sensibus. Sed accipe. Alia res fuit ad interregnum, & est nonnullus odor dictaturæ. Sermo quidem multus, qui etiam Gabinium apud timidos iudices adiussit. Candidati consulares omnes rei ambitus. accedit etiam Gabinius, quem P. Sulla non dubitans, quin foris esset, postularat contradicente, & nihil obtinente Torquato. Sed omnes absoluentur, nec post hac quisquam damnabitur, nisi, qui hominē occiderit. Hoc tamen agitur seuerius. Itaq; iudicia callent. M. Fuluius nobilior condemnatus est. Multi alij urbani ne respondent quidem. Quid aliud noui? & tamen absoluto Gabinio stomachantes alij iudices. Hora post, Antiochum) Gabinium nescio quem, solidis pictoribus liberatum accensum Gabinij lege papia cōdemnarunt. Itaq; dixit statim reus lesæ maiestatis

Pontinus uult ad IIII Nonarum Nouembr. triumphare. Huic obuiam Cato, & Seruilius Pr. it aperte, & Quintus Mutius Tr. pl. Negant enim latū de imperio, & est latum hercule insulse. sed erit cum Pontino Appius Cos. Cato tamen affirmat se uiuo, illū non triūphare. id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recitū. Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat. ab Quinto Fratre, & a Cæsare accipi ad VIII Cal. Nouēbr. literas. confecta Britānia, obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia, data salitoribus Britāniæ, proximo ad VI Cal. Octobr. Exercitum Britānia reportabant. Quintus Pilius erat iā ad Cæsarem profectus. Tu, si aut amor in te est noster, ac tuorum, aut ulla ueritas, aut si etiam sapis, ac frui

tuis

tuis commodis cogitas, aduentare, et propè adesse iam debes. non mehercule æquo animo te careo. te autem quid mirum? qui Dionysium tantopere desyderem? quem quidem abs te, cum dies uenerit, & ego, & Cice ro meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam, Epheso ad V Iduum Sextil. datas. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Expectatas mihi tuas literas. O gratum ad-  
 uentum. O constantiam promissi, & fidem  
 miram. O nauigationem amandam, quam  
 mehercule ego ualde timebam, recordās superioris tuæ  
 transmissionis. Sed, nisi fallor, citius te, quàm scribo ui-  
 debo. Credo enim te putasse tuas mulieres in Appulia  
 esse. quod cum secus erit, quid te Appulia moretur? nā  
 Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus *ἀττινιός* μὲν  
 ex interuallo regustandus. quin tu huc aduolas. sed in-  
 uisis illius nostræ rei pub. germanæ putauit DC nu-  
 mis ante comitia tributim uno loco diuisis, palām in-  
 de absolutum Gabinium detur, esse ualiturum. De Mes-  
 sala quod quæris, quid scribam, nescio. nunquam uidi  
 tam pares candidatos. Messalæ copias nosti. Scaurum  
 Triarius reum fecit. Si quæris nulla est magnopere cō-  
 mota *οὐ μετὰ βία*. sed tamen habet ædilitas eius me-  
 moriam non ingratam, & est pondus apud rusticos  
 in patris memoriam. Reliqui duo plebi sic exequan-  
 tur, ut Domitius ualeat amicus, et adiunetur, tamen nō  
 gratissimo munere. Memmius Cæsaris commendatur  
 militibus. Pompeij Gallia uitatur. qbus si nō ualuerit,  
 putāt fore aliquē, qui comitia in aduentū Cæsaris de-

tradat, Catone præsertim absoluto. Pacianæ epistolæ  
 respondi. cognosce cætera. Ex fratris literis incredibi-  
 lia quædã de Cæsaris in me amore cognoui, eaq; sunt  
 ipsius Cæsaris uberrimis literis confirmata. Britãnici  
 belli exitus expectatur. constat enim aditus Insulæ esse  
 munitos mirificis molibus. etiam illud iam cognitum  
 est, neq; argenti scrupulum esse ullum in illa Insula,  
 neq; ullam spem prædæ, nisi ex mancipijs, ex quibus  
 nullos puto te literis, aut musicis eruditos expectare.  
 Paulus in medio foro Basilicam iam penè texuit iisdem  
 antiquis columnis. Illam autem, quam locauit, facit ma-  
 gnificentissimam. Quid quæris? nihil gratius illo mo-  
 nimento, nihil gloriosius. Itaq; Cæsaris amici (me dico,  
 & Oppium) disrupparis licet, monumentum illud,  
 quod tu tollere laudibus solebas, ut eos laxarem, &  
 usq; ad atrium libertatis explicarem, Contempsi-  
 mus sexcenties HS. Cum priuatis non poterat transigi  
 minore pecunia. efficiemus rem gloriosissimam. nam  
 in campo martio septa tribunitijs comitijs marmorea  
 sumus, & tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu,  
 ut mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic  
 operi uilla etiam publica. Dicis quid mihi hoc moni-  
 mentum proderit? ad quid laboramus res romanas?  
 non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est,  
 aut de iudicijs, quæ lege plocia fiant, quærere. Nunc te  
 obiurgari patere, si iure. Scribis enim in ea epistola,  
 quam C. Domitius mihi reddidit Buthroto datam, in  
 Asiam tibi eundum esse, te arbitrari. mihi mehercule  
 nihil uidebatur esse, in quo tantulum interesset, utrum  
 per procuratores ageres, an per te ipsum. ne toties, &  
 tam longe

tam longe abesses. sed hæc mallet integrare tecum  
egisse. profecto enim aliquid egissem. Nunc reprimam  
susceptam obiurgationem. utinam ualeat ad celeritatẽ  
reditus tuus. ego ad te propterea minus sæpe scribo, quã  
certum non habeo ubi sis, aut ubi futurus sis. Huic ta-  
men, nescio cui, quod uidebatur is te uisurus esse, puta-  
ui dandas esse literas. Tu, quoniam te iturum in Asiam  
esse putas, ad quæ tempora te expectem, facias me cer-  
torem uelim, & de Euthychide quid egeris. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vt te existimare me non oblitum consuetudi-  
nis, et instituti tui rarius ad te scribere, quã  
solebam. sed cum loca, et itinera tua nihil ha-  
bere certi uideo, neq; in Epeirum, neq; Athenas, neque  
in Asiam, neq; cuiquam, nisi ad te ipsum proficiscenti  
dedi literas. Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si  
perlatæ nõ sint, nihil ea res nos offensura sit, quæ tan-  
tum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem  
ferè committamus, nedum cuilibet. Coss. flagrant insa-  
nia, quod C. Memmius candidatus pactionem in Sena-  
tu recitauit, quam ipse suus competitor Domitius cum  
Coss. fecisset, ut ambo HS quadraginta Coss. darent, si  
essent ipsi Coss. facti, si tres Augures dedissent, qui se  
affuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata nõ  
esset, & duos consulares, qui se dicerent in ornandis  
Prouincijs consularibus scribendo affuisse, cum omni-  
no ne Senatus quidem affuisset. Hæc pactio non uer-  
bis, sed nominibus, & præscriptionibus, multorum ta-  
bulis, cum esse facta diceretur, prolata à Memmio est,

nominibus inductis auctore Pōpeio . Hic Appius erat  
 idem . nihil sanè iacturæ, corruerat alter, & planè in-  
 quam iacebat . Memmius autem direpta concione, inui-  
 to Caluino planè refrixerat, & eo magis nunc concita-  
 re dictaturam, fāuere iustitio, & omnium rerum licen-  
 tia . Per spice æquitatem animi mei, & ludum, & con-  
 tentionem Seleutianæ Prouinciæ, et meam Hercule cū  
 Cesare suauissimā coniunctionem . Hæc enim me una  
 ex hoc naufragio tabula delectat . qui quidem Quin-  
 tum meum, tuumq; Dii boni, quemadmodum tractat  
 honore dignitate, gratia, non secus, ac si ego essem Im-  
 perator . Hybernæ legionem eligendi optio delata .  
 Commodum, ut ad me scribit, hunc tu non amas?  
 Quem igitur istorum? Sed heus tu . scripseram ne tibi  
 me esse legatum Pompeio? & extra urbem quidem fo-  
 re ex Id . Ian? Visum est hoc mihi ad multa quadrare .  
 Sed quid plura? corā m opperior reliqua . Vt tu tamen  
 aliquid expectes . Dionysio plurimam salutem, cui qui-  
 dem ego non modo seruauī, sed etiam ædificauī locum .  
 Quid quæris? Ad summam lætitiā meam, quam ex  
 tuo reditu capio, magnus ex illius aduentu cumulus  
 accedit, quo die ad me uenies, si me amas, apud me cum  
 tuis maneas . Vale .

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
QVINTVS.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

e  
Go uero & tuum in discessu uidi ani-  
mum, & meo sum ipse testis. quo ma-  
gis erit tibi uidendum, ne quid noui de-  
cernatur, ut hoc nostrum desiderium  
ne plus sit annuum. De Annio Satur-

nino curasti probe. de satisfdando uero te rogo, quoad  
eris Romæ, tu ut satisfdes, & sunt aliquot satisfdationes  
secundum mancipium in his & memmianorum præ-  
diorum uel attilianorum. De Oppio factum est, ut uo-  
lui, & maxime quod DCCC appromisisti, quæ qui-  
dem ego utiq; uel uersura facta solui uolo, ne extrema  
exactio nostrorum omnium expectetur. Nunc uero ue-  
nio ad transuersum illum extremæ epistolæ tuæ uersi-  
culum, in quo me admones de sorore. quæ res se sic ha-  
bet. Ut ueni in Arpinum, cum ad me frater uenisset, in-  
primis nobis sermo, isq; multus de te fuit. ex quo ego  
ueni ad ea, quæ fueramus ego, et tu inter nos de sorore  
in Tusculano locuti. nihil tam uidi mite, nihil tam pla-  
catum, quàm tum meus frater erat in sororem tuam. ut  
etiam si qua fierat ex ratione sumpta offensio, non ap-  
pareret. illo sic die. Postridie ex Arpinati profecti su-  
mus. ut in Aratno Quintus maneret dies fecit. ego A-  
quini. sed prandimus in Aratno. nosti hunc fundum.  
quò ut uenimus, humanissime Quintus Põponia inq̃t,

Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. Nihil potuit, mihi quidem, ut uisum est, dulcius, idq; cum uerbis, tum etiam animo, & uultu. At illa audientibus nobis, ego ipsa sum inquit hic hospita? Id autem ex eo, ut opinor, quod antecesserat Statius, ut prandium nobis praeberet. Tum Quintus. En, inquit mihi haec ego patior quotidie. Dices quid? quasi istuc erat magnum. Itaque me ipsum commouerat, sic absurde, & aspere, uerbis, uultuq; responderat. dissimulauit dolens. discubimus omnes praeter illam. cui tamen Quintus de mensa misit. illa reiecit. Quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius tua sorore mihi uisum est, & multa praetereo, quae tum mihi maiore stomacho, quam ipsi Quinto fuerunt. ego inde Aquinum. Quintus in Arcano remansit, & Aquinum ad me postridie mane uenit, mihiq; narrauit nec secum illam dormire uoluisse, & cum discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego uidi sem. Quid quaeris? uel ipsi hoc dicat licet, humanitaem ei meo iudicio illo die defuisse. Haec ad te scripsi fortasse pluribus, quam necesse fuit, ut uideres tuas quoq; esse partes instituendi, & monendi. Reliquum est, ut ante, quam proficiscare, mandata nostra exhaurias. scribas ad me omnia. Pontinum extrudas. Cum profectus eris, cures, ut sciam. si abeas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suauius A. Torquatū amantissime dimisi Minturnis, optimum uirum, cui, me ad te scripsisse, aliquid in sermone significes uelim. Vale.



## M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

D VI Iduū Maij, cū has dabam literas ex  
 Pompeiano proficiscebar, ut ea die manerem  
 in Trebulano apud Pontium. Deinde cogita-  
 bam sine ulla mora iusta itinera facere. in Cumano cū  
 essem, uenit ad me (quod mihi per gratum fuit) noster  
 Hortensius, cui de poscenti mea mandata cætera uniuersa  
 mandauit. Illud probe, ne pateretur, quantum esset  
 in ipso, prorogari nobis Prouincias. in quo eum tu ue-  
 lim confirmes, gratumq; mihi fecisse dicas, quod et  
 uenerit ad me, et hoc mihi præterea, siquid opus esset,  
 promisit. Confirmaui ad eam causam etiam Turnium  
 nostrum, quem ad annum Tr. Pl. uidebam fore. Ha-  
 buimus in Cumano quasi pusillam Romam, tanta erat  
 in his locis multitudo. Cum interim Rufio noster, quod  
 se à Vestorio obseruari uidebatur, stratis gemate alto  
 percussit hominem. nam ad me non accessit. ita ne cum  
 Hortensius ueniret? et infirmus tam longe Hortensius,  
 cum maxima præterea multitudine ille non uenit? non  
 inquam. non uidisti igitur hominem inquires? qui potu-  
 it non uidere, cum per Emporium Puteolanorum iter fa-  
 cerem. in quo illum agentem aliquid credo salutauit. Po-  
 stea iam iussi ualere, cum me impense sua uilla nun-  
 quid uellem, rogasset. hunc hominem parum gratum  
 quisquam putet? aut non in eo ipso laudandum, quod  
 audiri non laborarit? Sed redeo ad illud. Nolim puta-  
 re mihi aliam consolationem esse huius ingentis mole-  
 stie, nisi quod spero non longiorem annua fore. Hoc  
 me ita uelle multi nõ credunt ex consuetudine aliorum.

Tu qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cum id agi debebit. Cum ex Epeiro redieris de rescribas ad me uelim, siquid erit, quod opperiare. nondum enim satis huc erat allatum, quo modo Caesar ferret de auctoritate praescripta. Eratque rumor de Traspadanis, eos iussu illius uiros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio sciam. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

D quintum Iduum Maij ueni in Trebulanum ad Pontium, ibi mihi tuae literae binae redditae sunt tertio abs te die. eodem autem ex Pompeiano Philotimo dederam ad te literas, nec uero nunc erat sane quid scriberem. qui de rep. rumores scribe quaeso. In oppidis enim summum uideo timorem. sed multa inania. quid de ijs cogites, & quando, scire uelim. Ad quas literas tibi rescribi uelis, nescio. nullas enim adhuc acceperam, praeter quae mihi binae semel in Trebulano redditae sunt. quarum altera editum Publij Licinij habebant. erant autem Non. Maij datae. altera rescriptae ad meas Minturnenses. quam uereor, nequid fuerit σπουδαϊότερον in ijs, quas non accepi, quibus rescribi uis. Lentulum ponam tecum in gratiam. Dionysius nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deest quid scribam, & licet Beneuenti cogitabam hoc de nostra continentia, & diligentia esse satis, faciemus satis L. Pontio ex Trebulano ad V Id. Maij.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Eneuentum ueni ad V Id. Maij. ibi accepi  
 b eas literas, quas tu superioribus literis signi-  
 ficaueras te dedisse. ad quas ego ipso eo die  
 dederam ex Trebulano L. Pontio. ac binas quidem tuas  
 Beneuenti accepi. quarum alteras Fesulanus multo ma-  
 ne mihi dedit. alteras scriba Tullius. Gratissima est  
 mihi tua cura de illo meo primo, & maximo manda-  
 to, sed tua profectio spem meam debilitat, ac ne ille illud  
 quidem labat, non quo, sed inopia cogimur eo contem-  
 ti esse. De illo altero, quem scribis tibi usum esse non  
 alienum, uereor adduci ut nostris possit, et tuis <sup>δύστρο-</sup>  
<sup>σοι</sup> πρόσυμσι esse. equidem sum facilis. sed tu aberis,  
 & me absente rei habebis rationem meam. nam posset  
 aliquid, si uteruis nostrum adesset agente Seruilio fieri  
 probabile. Nunc si iam res placeat agenda, tamen aliam  
 non uideo. Nunc uenio ad illam epistolam, quam acce-  
 pi à Tullio. De Marcello fecisti diligenter. Igitur S. C. si  
 erit factum, scribes ad me. sin minus, rem tamen conficies.  
 mihi enim attribui oportebit. Item Bibulo. sed non dis-  
 bito, quin S. C. expeditum sit. in quo praesertim sit com-  
 pendium populi. de Torquato probe. de Massone, &  
 Ligure, cum uenerint. de illo, quod Cherippus, quo-  
 niam hic quoque πρόσυμσι sustulisti, & Prouin-  
 cia, etiam ne hic mihi curandus est? Curandus autem  
 haecenus, ne quid ad Senatum Cos. aut Pr. nam de cae-  
 teris, sed tamen commode. Quod cum Scrofa de Pom-  
 peiano recte scribis. est enim ita, ut si ante Cal. Iun-  
 Brudusi futurus sit, minus urgetur fuerint M. Annii,

& Tullius. Quæ de Sicinio audisti, ea mihi probatur,  
 modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de no-  
 bis meritum. sed considerabimus. rem enim probo. De  
 nostro itinere, quid statuero, de quinque præfectis, quid  
 Pompeius factururus sit, cum ex ipso cognoro, faciam, ut  
 scias. De Oppio bene curasti, quod ei DCCC exposui-  
 sti. idque quoniam Philotimum habes, perfice, & cogno-  
 sce rationem, et ut agam amplius. Sed, si me amas, pri-  
 usquam proficiscaris, effice, et magna me cura leuaris.  
 Habes ad omnia, & si pene præterij, chartam tibi de-  
 esse, mea cautio est. siquidem eius inopia minus multa  
 ad me scribis. Tu uero aufer ducentos, et si meam in  
 eo parsimoniam huius paginae contractio significat,  
 dum acta, et rumores uellet. Iam si qua certa habes de  
 Cæsare, expecto literas, & alias Pontino de omnibus  
 rebus diligentes dabis. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

P LANE nil est, quod scribam. nam nec quid man-  
 dem, habeo. nihil enim prætermisum est, nec  
 quid narrem noui. enim uero mihi nec iocan-  
 di locus est. ita me multa sollicitant. Tantum tamen sci-  
 to, Id. Maijs nos Venusia mane proficiscentes has dedis-  
 se. Eo autem die credo aliquid actum in Senatu. Sequitur  
 igitur nos tuæ literæ, quibus non modo res omnes,  
 sed etiam rumores cognoscimus. eas accipiemus Brun-  
 dusij. Ibi enim Pontinum ad eam diem, quam tu scri-  
 psisti expectare consilium est. Nos Tarenti quos cum  
 Pompeio διαλόγους de rep. habuerimus, ad te perscri-  
 bebimus. Et si id ipsum scire cupio, quod ad tempus recte

ad te scribere possem. id est quã diu Romæ futurus sis. ut aut quod est, post has literas, sciam, aut ne dem frustra. sed ante, quã proficiscare, utiq; explicatum sit illud HS XX, & DCCC. hoc uelim in maximis rebus, & maxime necessarijs habeas, ut quod authore te uelle cœpi, adiutore assequar. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

Arentum ueni ad XV Cal. Iun. quod Pontinum statueram expectare. commodissimum duxi dies eos, quoad ille ueniret cum Põpeio consumere, eoq; magis, quod ei gratum esse id uidebã. quin etiam à me petierat, ut secum, & apud se essem quotidie, quod concessi libenter. multos enim eius præclaros de rep. sermones accipiam. instruar etiam consilijs idoneis ad hoc nostrum negocium. sed ad te breuior iam in scribendo incipio fieri, dubitans Romæ nesis, an iam profectus. quod tamen quoad ignorabo, scribã aliquid potius, quã committam, ut tibi cum possint reddi à me literæ, non reddantur. nec tamen iã habeo quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandauit omnia quidem, quæ tu, ut polliceris, exhauries. narrabo cum aliquid habebo noui. illud tamen non desinam, dum adesse putabo, de Cæsaris nomine rogare, ut cõfectum relinquas. Auide ex pecto tuas literas, & maxime, ut norim tempus profectionis tuæ. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

¶ Quotidie, uel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto. quotidie enim magis, ac ma-

gis suspicor te in Epeirum iam profectum. sed tamen, ut mandatum scias me curasse, quod ante ad te Pompeius, qui nos prefectos delaturus novas uocationes iudiciorum causa. Ego cum triduum cum Pompeio, et apud Pompeium fuisssem, proficiscebatur Brundisium ad XIII Cal. Iun. cuem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur propulsanda paratissimum. Tuas literas expectabo, cum ut quid agas, tum ut ubi sis, sciam. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

E & incommoda ualetudo, qua iam emergeram, ut pote cū sine febris laborassem, & Pontini expectatio, de quo adhuc ne rumor quidem uenerat, tenebat iam duodecimum diem Brundisii. sed cursum expectabamus. Tu, si modo es Romæ (iux enim puto) fines, hoc uehementer animaduertas uelim. Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam, quod Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri uolui de C. Duronijs sententia, quem et amicissimum Miloni perspexeram, & talem uirum, qualem tu iudicas, cognoram. Eius autem consilium, meumq; hoc fuerit. Primum, ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emptor alienis mancipijs, quæ per multa secū habet, spoliaret. Deinde, ut Faustæ, cui cautum ille esse uoluisset, ratū esset, Erat etiā illud, ut ipsi nos, siquid seruari possit, q̄ facillime seruaremus. Nunc rem totam perspicias uelim. nobis enim scribuntur sæpe maiora. Sed ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Faustæ uult. Philotimus, ut

ego ei coram dixeram, mihiq; ille receperat, ne sit iniuri  
to Milone in bonis, nihil nobis fuerat tanti. Sin hęc le-  
uiora sunt, tu iudicabis. Loquere cum Duronio. Scripsit  
etiam ad Camillum, ad Lamiam, eoque magis, quod non  
confidam Romę te esse. Summa erit hęc. Statues ut ex  
fide, fama, reque mea videbitur. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ctium uenimus ad XVII Cal. Quintil.  
a Cum quidem & Corcyrae, & Sybotis, mune-  
ribus tuis, quae & Arcus, & meus amicus  
Eutychides opipare, & φιλοπροσινέστερα nobis con-  
cesserant, epulati essemus hilarem in modum. Actio  
maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime na-  
uigassemus. sed Leucathem flectere molestum uideba-  
tur. Actuarijs autem minutis Patras accedere sine ijs  
impedimentis non satis uisum est decorum. Ego, ut saepe  
tu me currentem hortatus es, quotidie meditor. praecipio  
meis. faciam denique ut summa modestia, et summa absti-  
nencia munus hoc exordinarium traducamus. Parthus  
uelim quiescat, et fortuna nos iuuet. nostra praestabi-  
mus. Tu quae so quod agas, ubi quoque hoc tempore futurus  
sis, quales res nostras Romae reliqueris, maxime de  
CXX, & de DCCC cura, ut sciamus. id uinis diligen-  
ter literis datis, quae ad me utique perferantur, conseque-  
re. Illud tamen (quonia nunc abes, cum id non agatur, ade-  
ris autem ad tempus, ut mihi scripsisti) memeto curare  
per te, & per omnes nostros. In primis per Hortensi-  
um, ut annus noster maneat suo statu, nequid noui  
decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem an etiam

te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. sed non audeo tibi omnia onera imponere. Annum quidem utiq; teneto. Cicero meus modestissimus, & suauissimus puer tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis quod te amat, nec tui mentionem intermitti sinit. V. ale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

T Athenas ad XV Calēdarū Quintil. ueneram, expectabā ibi iam quartum diē Pontinū, neq; de eius aduētū certi quicq; habebā.

Erat autem totus (crede mihi) tecum. Et quanquam sine ijs per me ipse, tamen acrius uesti gūis tuis monitus, de re cogitabam. Quid quæris? Non mehercule alius ullus sermo nisi de te. sed tu aliquid de me ipso scire fortasse mauis. Hæc sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut priuatim, nec in quenquam comitum. Nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite. persuasum est omnibus meis seruiendum esse famæ meæ belle. Adhuc hoc animaduersum Græcorum laude, & multo sermone celebratur, quod superest elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere. Sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, ut meum consilium sæpe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emerferim. O rem minime aptam meis moribus. O illum uerum  $\pi\rho\rho\tau\epsilon\alpha$  dicas. Quid adhuc? Non dum enim in negotio uersaris? nescio, & puto molestiora restare. sed hæc ipsa fero equidem fronte, ut puto, & uultu bellis, sed angor intimis sensibus. Ita multa uel iracunde, uel insolenter, uel in omni genere stultitiæ, in sul se,



titiae, infulse, arroganter & dicuntur, & tacentur quotidie. quae non, quo te caelem, perscribo, sed quia *οανήλιτα* sunt. Itaq; admirabere meam *βαθύτητα*, cum salui redierimus. tanta mihi *μελέτη* huius uirtutis datur. Ego quoque haec haec hactenus. Et si mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem. nec hercule unquam tandiu ignarus rerum mearum fui. Quid de Caesaris, quid de Milonis nominibus actum sit, hac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus in rep. quid ageretur. Quare si quid erit, quod scias de his rebus, quas putabis scire me uelle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est praeterea? nihil sane, nisi illud, ualde me Athenae delectarunt. Vrbs duntaxat, & urbis ornamentum, & hominum mores in te, & in nos quadam beneuolentia. Sed multum ea philosophia *ἀρω, καὶ νότω* sic quidem existimat, tu apud quem eras. nam Zenonem tuum, uel nostrum potius Quinto concesseram, & tamen propter uiciniam totos dies simul eramus iuncti. Cum primo poteris, tua consilia ad me scribas, ut sciam, quid agas, ubi quoq; et maxime quando Romae futurus sis. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

h Vi toties ne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? at uero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari potuerint, committam, ut non dem. Ne Prouincia nobis prorogetur per fortunas, dum ades, quicquid prouideri potest, prouide. Non dici potest, quam flagrem desyderio urbis.

qui uix harum rerum insulsitatem feram. Marcellus  
 sedendi comes, & si ille magistratum non gesserit, erit  
 tamen Transpadanus. Ita mihi uidetur non minus sto-  
 machi nostro Cæsari fecisse. sed hoc ipse uiderit. Pom-  
 peius mihi quoque uidebatur (quod scribis Varronem  
 dicere) in Hispaniam certe iturus. id ego minime proba-  
 bam, qui quidem Theophani facile persuasit, nihil esse  
 melius, quam illud, nusquam illum discedere. ergo græ-  
 cus incumbet. Valeat autem auctoritas eius apud illum  
 plurimum. Ego has prid. Non. Quintil. proficiscens  
 Athenis dedi. cum ibi decem ipsos fuisset dies, uene-  
 rat Pontinus. nam Cn. Volusius aderat quaestor tuus.  
 Unus Tullius aberat. ἄφρατα Rhodiorum, & Di-  
 crotum, et Mitulenorum habebam, & aliqd. De Par-  
 this erat silentium. quod superest Diu iuuent nos. adhuc  
 iter per Græciam summa cum admiratione fecimus.  
 Nec mehercule habeo adhuc, quem accusem meorum.  
 Videntur mihi nosse nos, nostram causam, & condi-  
 tionem profectiois suæ. planè seruiunt existimationi  
 meæ. Quod superest, si uerum illud est ὁ πρόια ἢ δὲ ἀπορία,  
 ὅτι αὐτοὶ κείνη βεβαιότητα δὲς certe permanebunt. Nihil enim  
 à me fieri ita uidebunt, ut sibi sit delinquendi locus. in-  
 id parum, quod fuerit, fiet aliquid à nobis seuerius.  
 nam lenitate dulces sumus, & ut spero, proficimus ali-  
 quantum. Sed ego hanc, ut singuli dicunt, adhuc ἀντι-  
 ξίαν in unum annum meditatus sum. Proinde pugna,  
 ne siqd prorogatum sit, turpis inueniar. Nunc redeo ad  
 ea, quæ mihi mandas. In præfectis excusatio. Iis, quos  
 uoles, deserto. non ero tam μετῶπος, quam in A. pu-  
 leio fui. Tenonè tam diligo, quam tu, quod ipsum senti-  
 re certe

re certò scio. Apud Patronem, et reliquos Varrones te  
 in maxima gratia posui, et hercule merito tuo feci. nã  
 mihi is ter dixit, rescripsisse ad te, mihi ex illius literis  
 rem illam curæ fuisse, quod ei per gratum erat. Sed cum  
 Patro mecum egisset, ut peterem à uestro Ariopago  
 ἵππομυνηματισμὸν tollerent, quæ Polycharmo Pr. fece-  
 rant, cõmodius visum est, & Zenoni me, et post ipsi Pa-  
 troni, ad Mẽmiũ scribere, qui pridie, q̃ ego Athenas ue-  
 ni, Mytilenas profectus erat, ut si ad uos scriberet, posse  
 id sua uolũtate fieri. nõ enim dubitabat Zeno, quin ab  
 Ariopagitis, inuito Mẽmio impetrari nõ posset. Fãnius  
 autẽ ædificãdi consiliũ abiecerat, sed erat Patroni ira-  
 tus. Itaq; scripsi ad eũ accurate, cuius epistolæ misi ad  
 te exemplũ. Tu uelim Pyliã meis uerbis cõsolere. Indi-  
 cabo enim tibi. tu illi nihil dixeris. Accepi fasciculũ, in  
 quo erat epistola Pyliã. abstuli. aperui. legi. ualde scri-  
 pta est συμαθῶς. Brũdusio, quæ tibi epistolæ red di-  
 ta sunt sine mea, tum uidelicet datæ, cũ ego me nõ belle  
 haberẽ. Nam illã ῥομαὶνδρίαν meam excusationẽ ne-  
 que peris. cura, ut omnia sciam, sed maxime, ut ualeas.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Egocium magnum est nauigare, atq; id men-  
 se Quintil. sexto die Delum Athenis ueni-  
 mus, prid. Non. Quintil. à Piræo ad Zosterã  
 uento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit. Ad VIII  
 Idũ ad Ceocum uicium, deinde ad Gyarũ sæuo uen-  
 to non aduerso. Nunc Scyrum. deinde Delum, utroque  
 citius, quàm uellemus, cursum confecimus. Iam nosti  
 ἄφραυτα Rhodiorum. nihil est, quod minus fluctum

ferre possit. itaq; erat in animo nihil festinare. Delo  
 nec me mouere, nisi omnia ἀπρατηρέων tuta uidissem.  
 De Messala ad te statim, ut audiui, de Gyaro dedi lite-  
 ras, & id ipsum consilium nostrum etiam ad Horten-  
 sium. cui quidem ualde συνηρονισόμην. sed tuas de  
 eius iudicij sermonibus, & mehercule omni de reipub.  
 statu literas ex pecto πολιτικώτερον quidem scriptas  
 (quoniam meos cum Thallumeto nostro peruolutas li-  
 bros) eiusmodi inquam literas, ex quibus ego non quid  
 fiat (nam id Helonius uir gratissimus potest efficere  
 cliens tuus) sed quid futurū sit, sciam, etiā cum hæc le-  
 ges, habebimus Coss. Omnia perspicere poteris de Cæ-  
 sare, de Pompeio, de ipsis iudicijs. Nostra autem negocia  
 (quoniā Romæ commoraris) amabo te explicat, cui rei  
 fugerat me rescribere. de strue Salinarum planè rogo.  
 De aqua siquid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse.  
 De aqua, quam ego cum mea sponte, tum tui sermoni-  
 bus æstimo plurimū. ergo aliquid conficies. Præterea si-  
 quid Philippus rogauit quod in tua re faceres, id uelim  
 facias. Plura scribam ad te, cum constitero. nunc eram  
 planè in medio mari. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Ephesum uenimus ad XI Cal. sextil. Sexa-  
 gesimo, & quinto post pugnam Bouillam. na-  
 uigauimus sine timore, & sine nausea, sed  
 tardius propter Afractorum Rhodiorum imbecillita-  
 tem. De concursu legationum priuatarum, & de incre-  
 dibili multitudine, quæ mihi iā Sami, sed mirabilem  
 in modum Ephesi præstò fuit, aut audisse te puto, aut  
 quid ad

quid ad me attinet? Veruntamen, cum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Præse alacres obtulerunt, ex quo te intelligere certe scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. sed ut spero, utemur ea palæstra, quam à te didicimus, omnibusq; satisfaciemus, et eo facilius, quod in nostra Prouincia confectæ sunt pactiones. sed hactenus, præsertim cum cœnanti mihi nuntiaret Sestius se de nocte proficisci. Tua negocia Ephesi curæ mihi fuerunt, Thermioq; tametsi ante aduentum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, & Seium Rhodium, & Apollonicensem Zenonem commendavi. omnino omnia se facturum recepit. Ego præter eam rationem Philogeni, et permutationis eius, quâ tecum feci, edidi. ergo hæc quoq; hactenus. Redeo ad urbana. per fortunas (quoniam Romæ manes) primum illud præsulci, atq; præmuni quæso, ut sinus annui. ne intercaletur quid. Deinde exhauri mea mandata, maxime quæso quoad potes, de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras. Deinde de Cæsare, cum in cupiditatem, & in authorem incubui, nec me piget. Et si intelligis quæ meum sit scire, & curare quid in rep. fiat, immo uero etiam quid futurus sit. Perscribe ad me omnia, sed diligentissime. In primis nunquid iudiciorum status, aut factorum, aut futurorum etiam laboret. De aqua, si curæ est, si quid Philippus aget, animaduertes. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

<sup>a</sup> Nte, quàm aliquo loco confedero, neq; longas à me, neq; semper mea manu literas expe-

## LIB.

Et abis. cū autem erit spatium, utrumq; dabo. Nunc iter conficiebam æstuosa, & puluerulenta uia. dederam Epheso pridie. has dedi Trallibus. In Prouincia mea fore me putabam Cal. Sextil. Ex ea die, si meas

commouero, tamē interea hæc uellem, quæ mihi adnuntiabantur. Primum ocium Parthicū. deinde confectæ pacationes publicanorum. postremo seditio militum sedata ab Appio, stipendiumq; eis usq; ad Id. Quintil. persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter. aduentus noster, ne nummo quidē sumptui fuit. spero meos omnes seruire laudi meæ. tamen magni timore sum, sed bene paramus. omnes iam nostri præter Tullium tuū uenerunt. erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. æstuos menses reliquos rei militari dare, hybernos iurisdictioni. Tu uelim (si me nihilo minus nosti. curiosum in rep. quàm te) scribas ad me omnia, quæ sint, quæ ue futura sint. Nihil mihi gratius facere potes, nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandauim, confeceris. In primis quid illud *ὄμιλον*, quo mihi scies nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis, & pulueris. reliquæ subtiliores erunt. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Laodiceam ueni prid. Cal. Sextil. Nihil exoptatius aduentu meo, nihil carius. sed est incredibile, q̄ me negocij tædeat. ne nō habeat satis magnum campum ille tibi nō ignotus cursus animi, & industriæ meæ, præclara opera cessent. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cū Romæ A. Plotius dicat

Et cum exercitum noster amicus habeat, tantum me  
 nomen habere duarum legionum exulum? deniq; hæc  
 non desydero. lucem, forum, urbem, donum, uos desy-  
 dero. sed feram, ut potero, sit modo annuus. si proroga-  
 tur, actum est. Verū facile resisti potest. tu modo Romæ  
 præstò sis. Quæris quid hic agam? Ita uinam, ut ma-  
 ximos sumptus facio. mirifice delector hoc instituto. ad-  
 mirabilis abstinentia ex præceptis tuis, ut uerear, ne il-  
 lud, quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum  
 sit. Appij uulnera non refricò, sed apparent, nec o-  
 cili possunt. Iter Laodicea faciebam ad III Nonarum  
 Sextil. cum has literas dabam in castra in Lyconiã.  
 Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophragone si-  
 gnis collatis. si possem, de seruo tuo decernerem. Clitel-  
 læ boui sunt impositæ. illæ non est nostrum onus, sed  
 feremus. Modo, si me amas, sit annuus. Ad sis tu ad tem-  
 pus, ut Senatũ totum excites. mirifice sollicitus sum, qđ  
 iandiu ignota sunt omnia. Quare, ut ad te ante scri-  
 psi, tum cætera, tum resp. cura, ut nota mihi sit. Plura  
 scribã aliã tardè tibi redituro, sed dabã familiari ho-  
 mini, ac domestico C. Andronico Puteolano. Tu autem  
 sæpe dare tabellarijs publicanorũ poteris per magi-  
 stros scripturæ, et portus, et nostrarũ dioecesum. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Tsi in ipso itinere, et uia discedebant publi-  
 canorum tabellarij, et eramus in cursu, ta-  
 men surripiendũ aliqd putauit spatij, ne me  
 immemorẽ mandati tui putares. Itaq; subsedi in ipsa  
 uia, dũ hæc, quæ lōgiorem desyderant orationẽ, sum-

matim tibi perscriberem. Maxima expectatione impeditam, & planè euersam in perpetuum Prouinciam nos inuenisse scito. Prid. Cal. Sextil. moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ, & totidem dies Sinnade. audiuius nihil aliud, nisi imperata ἐπι κεφάλαια soluere nō posse. omnes possessiones omnium uenditas. ciuitatum gemitus. ploratus. monstra quædam non hominis, sed feræ nescio cuius immanis. Quid quæris? tædet omnium nos uitæ. leuantur tamen misere ciuitates, quod nullus sit sumptus in nos, neque in legatos, neque in quæstorem, neque in quenquam. Scito non modo nos foenum, aut quod lege Iuliana dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, et tectum quenquam accipere, quicquam. Multis locis nec tectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, & uicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt, iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Itaque opiniones omnium superauit. Appius, ut audiuit nos uenire, in ultimam Prouinciam se coniecit Tharsum usque. Ibiq; forum agit. De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ij, qui ueniebant. Bibulus nuntiabatur quidem etiam nunc in Prouinciam suam accedere. Id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius uellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. Vale.



## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Cæpi Roma sine epistola tua fasciculum li-  
 terarum, in quos modo ualuisi, & Romæ  
 fuisti Philotimi dux esse culpam non tuam.  
 Hæc epistolam dictaui sedens in Rheda, cum in castra  
 proficiscerer, ab quibus aberam bidui. Paucis diebus  
 habebam certos homines, quibus darem literas. Ita que  
 eo me seruaui. Nos tamen, etsi hoc te ex alijs audire ma-  
 lo, sic in Prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam  
 attinet, ut nullus Teruntius insumatur in quenquam.  
 Id fit etiam & legatorum, & tribunorum, & præ-  
 fectorum diligentia. nam omnes mirifice *συμφιλοδο-*  
*ξῶσιν* gloriæ meæ. Lepta noster mirificus est, sed  
 nunc propero. perscribam ad te paucis diebus omnia.  
 Cicerones nostros Deiotarus filius, qui Rex ab Senatu  
 appellatus est, secum in regnum, dum in æstuiis nos  
 essemus. illum pueris locum esse bellissimum duximus.  
 Sestus ad me scripsit, quæ tecum esset de mea domesti-  
 ca, & maxima cura locutus, & quid tibi esset uisum.  
 amabo te incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid  
 & possit, & tu censeas. Idem scripsit Hortensium de  
 proroganda nostra Prouincia dixisse nescio quid mihi.  
 In Cumano diligentissime, se ut annui essemus, defensu-  
 rum receperat. Si quicquam me amas, hunc locum ama-  
 dici non potest, quam inuitus à uobis absim, & simul  
 hanc gloriam iustitiæ, & abstinentiæ fore iustioyem  
 spero, si cito decesserimus. Id quod Scæuolæ contigit, qui  
 solos nouem menses Asiæ præfuit. Appius noster, cum  
 me aduētare uideret, profectus est Tharsum usque Lao-

dicea. Ibi forum agit, cum ego sum in Prouincia, quam eius iniuriã non insector. Satis enim habeo negocij in sanã dis uulneribus, quæ sunt imposita Prouinciæ, quãdo operam, ut faciam quam minima illius contumelia. Sed hæc Bruto nostro uelim ut dicas, illum fecisse non belle, qui aduentu meo quamlongissime potuerit, discesserit. Vale.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

q Vãd uellem Romæ esses, si forte non es. Nihil enim certi habebamus, nisi accepisse nos tuas literas ad XIII Cal. Sextil. datas, in quibus scriptum esset, te in Epeirum iturum circiter Calen. Sextil. Sed siue Romæ es, siue in Epeiro, Parthi Euphratem transiuerunt Duce Pacoro Orodis Regis Parthorũ filio, cunctis referto copijs. Bibulus non dum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurum cũ exercitu ad Cibistra. Hostis in Cirthestrica, quæ Syriæ pars proxima est Prouinciæ meæ. His de rebus scripsi ad Senatum. quas literas, si Romæ es, uidebis putes ne reddẽdas. Et multa. immo omnia, quorum κεφάλαιον, nequid inter cæsa, et porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur, aut tẽporis. Nobis enim hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, præsertim fidelium, certissimum subsidium est hyems. Ea si uenerit, nec illi ante in meã Prouinciam transierint, unum uereor, ne Senatus propter urbanarum rerum metum Pompeium nolit dimittere. Quod si alium ad uer mittit, non laboro. no

bis modo temporis nequid prorogetur. Hæc igitur, si Romæ es. sin abes, aut etiam si ades, hæc negocia sic se habent. Stamus animis, & quia consilijs, ut uidemur, bonis utimur, speramus etiam manu tuto confedimus. copioso frumento Ciliciam propè conspiciēte expedito ad mutandum locum paruo exercitu, sed ut spero, ad bene uolentiam erga nos consentiente, quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copijs duplicaturi eramus. Socijs multo fidelioribus utimur, q̄ quisquam usus esset, quibus incredibilis uidetur & nostra mansuetudo, et abstinentia. Delectus habetur Ciuium romanorum frumentum ex agris in loca tuta comportatur. Si fuerit occasio manu, sin minus locis nos defendemus. Quare bono animo es. uideo enim te, et quasi corā ad sis, ita cereno *οὐ παράθειαι* amoris tui. Sed te rogo, si ullo pacto fieri poterit, si integra in Senatu nostra cūsa ad Calian. manserit, ut Romæ esses mense Ianuario. profecto nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis. Amicos Coss. habemus nostros, Tr. Pl. Furnium. Verum tua est opus assiduitate, prudentia, gratia. tempus est necessarium. sed turpe est me pluribus uerbis agere tecum. Cicerones nostri sūt apud Deiotarū, sed, si opus erit, deducētur Rhodū. Tu, si es Romæ, ut soles, diligentissime, si in Epeiro, mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, et, ut tu, quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidq; acturus sis, scire possimus. Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. sed iam exhibeo pupillum, neque defendo. sunt enim negocia & lenta, & inania. Faciam tamen satis tibi quidem, cui difficilius est, quam ipsi, sed certe satisfaciam utriq;.

Vale.

B signar am iam epistolam meam, quam pu-  
 to te modo perlegisse scriptam mea manu, in  
 qua omnia continetur, cum subito Appellius  
 Tabellarius ad XI Cal. Octobr. septimo quadrage-  
 simo die Roma celeriter iuit. tam mihi longe tuas literas  
 reddidit, ex quibus nō dubito, quin ut Pompeium ex-  
 pectaris, dum Arimino rediret, etiam in Epeirū pro-  
 fectus sis, magisq; uereor, ut scribis, ne in Epeiro solia-  
 tus sis non minus, quā nos hic sumus. De Atteliano  
 nomine scripsi ad Philotimum ne appellaret Messalā.  
 Itineris nostri famam ad te peruenisse lætor, magisq;  
 lætabor, si reliqua cognoris. Filiolā tuam tibi iam Ro-  
 mæ iucundam esse gaudeo, eamq; quam nunq̄ uidi, ta-  
 men & amo, & amabilem esse certe scio. etiā atq; etiā  
 uale patrone & tui condiscipuli. Quæ de Tarentinis  
 in militia laboraui, ea tibi grata esse gaudeo. Quod  
 scribis libenter repulsam tulisse eum, qui cum sororis  
 tuæ filij patruo certaret, hoc magni amoris signum.  
 Itaq; me etiā admonuisti, ut gauderē. nam mihi in men-  
 tem non uenerat. Non credo inquis? ut libet, sed planē  
 gaudeo, quoniā *ἡμεῶν* interest *τοῦ* *ᾠθοῦ*. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

s Aturnalibus mane se mihi Pindentisæ dedi-  
 derunt septimo, & quinquagesimo die, postq̄  
 oppugnare eos cœpimus. Qui malum isti  
 Pindentisæ? qui sunt inquis? nomen audiui nunquā.  
 quid ego faciam? non potui Ciliciam, Aetholiam, aut

Macedoniam reddere. Hoc iam sic habeto, nec hoc ex-  
 eratu hic tanta negocia geri potuisse. quæ cognoscere  
 ἐν τριτομῶν. Sic enim concedis mihi proximus literis.  
 Ephesum, ut uenerim nosti, qui etiam mihi gratulatus  
 es illius diei celebritate, qua nihil me unquam delecta-  
 uit magis. Inde oppidis his, quæ erant, mirabiliter ac-  
 cepti Laodiceam prid. Cal. Sextil. uenimus, ibi morati  
 biduū, pillustres fuimus, honorificisq; uerbis omnes  
 iniurias reuellimus superioris. Deinde Appameæ  
 quinq; dies morati. Sinadis triduum. Philomeli quinq;  
 dies, & Iconij decem, fecimus nihil ea iurisdictione æ-  
 quabilius, nihil lenius, nihil grauius. Inde ad castra  
 ueni ad VII Cal. Septembr. ad III Exercitum lu-  
 strauī apud Iconium. Ex his castris, cū graues de Par-  
 this nuntij uenirent, perrexi in Ciliciam per Cappa-  
 dociaē partem eam, quæ Ciliciam attingit, eo consilio,  
 ut Armenius Artabases, & ipsi Parthi Cappadocia  
 se excludi putarent. Cū dies quinq; ad Cibustra Cap-  
 padociaē castra habuissem, certior sum factus Parthos  
 ab illo aditu Cappadociaē longe abesse, Ciliciaē magis  
 imminere. Itaq; confestim iter in Ciliciam feci per Tau-  
 ripilas. Tharsum ueni ad III Non. Octobr. Inde ad  
 Amamum contendi, qui Syriam à Cilicia aquarum di-  
 uortio diuidit, qui mons erat hostium plenus sempi-  
 ternorum. Hic ad III Id. Octobr. magnum numerū  
 hostiū cecidimus. Castella minutissima nocturno Pon-  
 tini aduētu, nostro matutino cepimus, incendimus, et  
 Imperatores appellati sumus. Castra paucos post dies  
 habuimus, ea ipsa quæ cōtra Dariūm habuerat apud  
 Issum Alexāder Imperator haud paulo melior, quā

aut tu ego. Ibi quinque dies morati, direpto, & uastato  
 Amano inde discessimus. interim (scis enim quaedam  
 πένινα dici) item τὰ νοινὰ τοῦ πολέμου rumo  
 re aduentus nostri, et Cassio, qui Antiochia tenebatur,  
 animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Itaque  
 eos cedentes ab oppido Cassius insecutus, rem bene ges-  
 sit. Qua in fuga magna auctoritate Osates Dux Par-  
 thorum uulnus accepit, eoq; interijt paucis post diebus.  
 Erat in Syria nostrum nomen in gratia. Venit inte-  
 rim Bibulus, credo uoluit appellatione hac in ani no-  
 bis esse par. In eodem Amano coepit Laureolam in  
 Mustaceo quaerere. At ille cohortem primam totam per-  
 didit, Centurionemq; primpili nobilem sui generis  
 Asinium Dentonem, & reliquos cohortis eiusdem, &  
 Sex. Lucilium T. Cannij Cepionis locupletis, & spen-  
 didi hominis filium Tr. Mil. sanè plagam odiosam ace-  
 perat, cum re, tum tempore. Nos Pindenissum, quod op-  
 pidum munitissimum Eleutherocilicum omnium me-  
 moria, in armis fuit. feri homines, & acres, & omni-  
 bus rebus ad defendendum parati, cinximus uallo, &  
 fossa, aggere maximo, uineis, turre altissima, magna  
 tormetorum copia, multis sagittarijs, magno labore, ap-  
 paratu, multis saucijs ex nostris, incolumi exercitu nego-  
 cium confecimus. hilara sanè Saturnalia. Militibus  
 quoq; equis exceptis, reliquam praedam concessimus  
 Manapia ueniebant Saturnalibus certis. Cū haec scri-  
 bebam in Tribunali res erat ad HS CCXX. Hinc  
 exercitum in hyberna agri male pacati, deducendum.  
 Quinto Fratri dabam, ipse me Laodiceam recipieb.  
 Haec adhuc. Sed ad praeterita reuertamur. quod me ma

xime hortaris, & quod pluris est, quàm omnia, in quo  
 laboras, ut etiam Ligurino *μῶμω* satisfaciam, mo-  
 riar, si quicquam fieri poterit elegantius. Nec tamẽ ego  
 hanc continentiam appello, quæ uirtus uoluptati resi-  
 stere uidetur. Ego in uita mea nulla unquam uolupta-  
 te tanta sum affectus, quanta afficior hac integrita-  
 te. nec me tam fama (quæ summa est) quàm res ipsa  
 delectat. Quid quæris? fuit tanti, me ipse non noram,  
 nec satis sciebam, quid in hoc genere facere possem re-  
 cte. nihil est præclarior. Interim hæc sunt *ἀκμὰ*.  
 Ariobarzanes opera mea uiuit. Regnat *ἐν παρῶν*  
 cõsilio, et auctoritate, et quod i sidiatoribus eius ἀπόστοιτο  
 me modo non præbui, Regẽ, regnumq; seruaui. Inter-  
 ea e' Cappadocia ne pilum quidem. Brutum abiectum,  
 quantum potui, excitauit, quem non minus amo, quã tu, pe-  
 nè dixi quã te. atque etiã spero toto anno Imperij nostri Te-  
 runtium sumptus in Prouincia nullum fore. habes oĩa.  
 Nunc publice literas Romam mittere parabam. uerbio-  
 res erunt, quã si ex Amano misissem, at te Romæ non fo-  
 re. sed est totum, quod Calen. Martij futurum sit. Vereor  
 enim, ne cum de Prouincia agetur, si Cæsar resistet, nos  
 retineamur. His tu si adesses, nihil timerem. Redeo ad  
 urbana, quæ ego diu ignorans ex tuis iucundissimis  
 literis ad V Calen. Ian. deniq; cognoui. eas diligen-  
 tissime Philogenes libertus tuus curauit perlonga, &  
 non satis tuta uia perferendas. Nam quas Lemni, pue-  
 ris scribis datas, nõ acceperam. Iucunde de Casare, et  
 quæ Senatus decreuit, et quæ tu speras, quibus ille si cedit  
 salui sumus. Incendio Pætoriano quod Leius adustus est,  
 minus moleste fero. Luceius de Quinto Cassio cur tam

uehemens fuerit, et quid actum sit, aueo scire. Ego cum Laodiceam uenero Quinto sororis tuæ filio togam puram iubebo dari, cui moderatur Deiotarus, cuius auxilijs magnis usus sum. Ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam uenturus erat. Tuas enim Eperroticas expecto literas, ut habeam rationem non modo negotij, uerum etiam ocij tui. Nicator in officio est, & à me liberaliter tractatur, quem, ut puto, Romam cum literis publicis mittam, ut & diligentius perferantur, et idem ad me certa de te, & à te referat. Alexis quod mihi toties salutem adscribit, est gratum, sed cur nõ suis literis idem faciat, quod meus ad te Alexis facit? à Phameo queritur ueritas. Sed hæc hæctenus. Cura, ut ualeas, & ut sciam, quando cogites Romam. Etiam atq; etiam uale. Tua, tuosq; Thermo, & præsens Ephesi diligentissime commendarã, et nunc per literas, ipsumq; intellexi esse per studiosum tui. Tu uelut, quod antea ad te scripsi, de domo Parmeni des operã, ut quod tuo, meoq; beneficio puer habet, cures nequa ratione auellatur. utriq; nostrũ existimo, tum mihi erit per gratũ.

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

E in Eperum saluum uenisse, & ut scribis, ex sententia nauigasse uehementer gaudeo. non esse Romæ tẽpore per necessario, submo-  
 leste fero. Hoc me tamen consolor, quod nõ spero te istuc iucunde hyemare, & libenter requiescere. Cassius frater Quinti Cassij familiaris tui prudentioris illas literas miserat, de quibus tu ex me requiris, quid sibi uoluerit, quã eas, quas postea misit, quibus per se scribit  
 confectum





confectum esse parthicum bellum. Recesserant illi qui  
 dem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, sed nullo no-  
 stro *ὄν μέρη μάλιστα*. Hodie uero hyemant in Chire-  
 sica, maximumq; bellum impendet. Nam & Orodes  
 Regis Parthorum filius in Prouincia nostra est. Nec  
 dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Arthabasdus  
 filia (Ex quo sciri potest) quin cum omnibus copijs ipsa  
 prima aestate Euphratem trāsiturus sit. quo autem die  
 Casij literæ uictrices in Senatu recitatae sunt, idest  
 non. Octob. eodem meae tumultum nuntiantes. Axius  
 noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse, illis negat  
 creditum. Bibuli nōdum erant allatae, quas certo scio  
 plenas timoris fore. Ex ijs rebus hoc uereor, ne cum  
 Pompeius, propter metum rerum nouarum nusquam  
 dimittatur, Caesari nullus honos a Senatu habeatur.  
 dum hic nodus expediatur, non putet Senatus, nos an-  
 te, quā in successum sit, oportere decedere, nec in tanto  
 motu rerum tantis Prouincijs singulos Legatos praesse.  
 Hic nequid mihi prorogetur, quod ne intercessor quidē  
 sustinere possit, horreo, atq; eo magis, quod tu abes, qui  
 consilio, gratia, studio, multis rebus occurreres. Sed di-  
 ces me ipsum mihi sollicitudinem struere. cogor, & ue-  
 lim ita sit. Sed omnia metuo, et si bellum *ἀνποταλα*  
*ταύων* habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans  
 Buthroto. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ibi, ut uideo, & spero, nulla ad decedendū  
 mora. mallē, ut uideo, nihil opus fuit, ut spe-  
 ro. At per am autem satis celeriter Iconij per

publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas  
 in his illud confirmas, moram mihi nullam fore. Dein  
 de addis, si quid secus, te ad me forte uenturum. Angunt  
 me dubitationes tuæ. simul & uides, quas acceperim li-  
 teras. Nam quas Hemoni centurioni Scamulæ ipse scri-  
 bis dedisse, nõ accepi. Lemnij pueris te dedisse, sæpe ad  
 me scripseras eas Laodiceæ, denique cum eò uenissem  
 III Iduum Februarij. Lēnius mihi reddidit datas ad  
 decimum Calendarum Octobr. Lemnio tuas com-  
 mendationes, & statim uerbis, et reliquo tempore pro-  
 babo. Hæ literæ cætera uetera habebant. unū hoc no-  
 uum de Cibiratis Pantheris. Multum te amo, quod re-  
 spondisti M. Octauio te nõ putare, sed posthac omnia,  
 quæ certa non erunt pro certo negato. nos enim & nõ  
 stra sponte bene firmi, et mehercule auctoritate tua in-  
 flāmati uicimus omnes. Hoc tu ita reperies tum absti-  
 nentia, tum iustitia, fācilitate, clementia. Caue putes  
 quicquam homines magis unquam esse miratos, quā  
 nullum Teruntium, me obtinente Prouinciā. sumptum  
 factum esse, nec in rem p. nec in quēquam eorum, præ-  
 terquam in L. Tullium legatum, in cæteris qui absti-  
 nens se Iulia lege, transita semel tamen in diem, nõ ut  
 alij solebant omnibus uicis, præter eum semel, nemo ac-  
 cepit. Hic facit, ut mihi excipiendus sit, cum Teruntii  
 nego sumptum factum, præter eum accepit nemo. Has  
 à nostro Quinto Ticinio sordes accepimus. Ego æstiuus  
 confectis, Quintum fratrem Hybernis, et Cicalie præ-  
 feci. Quintum Volusium tui Tiberij generum certum  
 hominem, sed mirifice abstinentem, nisi in Cyprum,  
 ut ibi pauculos dies. Sed ne ciues romani pauci, q̄ illic  
 negociantur

negociantur ius sibi dictum negarent. nam euocari ex Insula Cyprios non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tharso Non. Ian. Non mehercule dici potest, quae admiratione Ciliciae ciuitatum, maximèq; Tharsensium. Postea uero, quàm Taurum transgressus sum, mirificæ expectatio Asiae nostrarum diocesium, quæ sex mēſibus imperij mei nullas meas acceperat literas. nūquā hospitem uiderat. Illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæſtu. Ciuitates locupletes ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. Cyprij talenta attica CC, quæ ex Insula (non ὑπερβολικῶς, sed uerissime loquor) nummus nullus me obtinente erogabitur. Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi uerborum decerni sino. statuas prohibeo. nec sum in ulla alia re molestus ciuitatibus, sed fortasse tibi, q; hæc prædicē de me. perfer, si me amas. Tu enim me hæc facere uoluisti. Iter igitur ita per Asiam feci, ut etiā fames, quæ nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. Quacunq; iter feci nulla ui, nullo iudicio, nulla contumelia, auctoritate, et cohortatione perfeci, ut & græci, et ciues romani, qui frumentū compresserant, magnam numerum populis pollicerentur. Id. Febr. quo die has literas dedi, forum instituerā agere Laodiceæ Cibiraticum, et Apamense ex Id. Mar. ibidem Synadense. Pamphilū cum Sesameno. dispciā uίρῶν omnium. Isauricum ex Idibus Maij in Ciliciam, ut ibi iunius consumatur. uelim trāquille à Parthis. Quintilis, si erit, ut uolumus, in itinere est per Prouinciam redeuntibus consumendus. Ve-

nimus enim in Prouinciam Laodiceã Sulpicio, et Mar-  
 cello Coss. prid. Calēdarū Sextil. ide nos oportet dece-  
 dere ad IIII Calēdarū Sextil. Primū contendam a  
 Quito fratre, ut se præfici patiatur, quod et illo, et me in-  
 uitissimo fiet, et aliter honeste fieri non potest, præser-  
 tim cum uirum optimū Pontinum ne nunc quidē reti-  
 nere possim. rapit enim hominem Posthumus Romā,  
 fortasse etiam Posthumia. Habes consilia nostra, nunc  
 cognosce de Bruto. Familiares habet Brutus tuos quos-  
 dam creditores Salaminiū. Ex Cypro Marcum  
 Scaptium, et P. Macinium, quos mihi maiorem in mo-  
 dum commendauit. Macinium non noui. Scaptius ad  
 me in castra uenit. pollicitus sum curaturum me Bruti  
 causa, ut ei Salaminiū pecuniam soluerent. Egit gra-  
 tias. Præfecturam petiuit. negaui me cuiquam nego-  
 cianti dare, quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompeio  
 petenti probaram institutum meum, quid dicam Tor-  
 quato, et M. Lemnio tuo? multis alijs? si præfectus uel-  
 let esse syngraphæ causa me curaturum, ut exigeret.  
 gratias egit. discessit. Appius noster turmas aliquot  
 equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminius co-  
 erceret, et eundem habuerat præfectum, uexabat Sa-  
 laminius. Ego equites ex Cypro decedere iussi. mole-  
 ste tulit Scaptius. Quid multa? ut ei fidem meam præ-  
 starem, cum ad me Salaminiū Tharsum uenissent, et  
 una Scaptius, imperaui, ut pecuniam soluerent. Mul-  
 ta de syngrapha, multa de Scaptij iniurijs, negaui me  
 audire. Hortatus sum denuum etiā pro meis in ciuitate  
 beneficijs, ut negociū cōficerent. Deniq; coacturū dixi  
 me homines, non modo non recusare, sed etiam hoc di-  
 cere, se a me

cere, se à me soluere. Quod enim Pr. dare consueissent,  
 quoniam ego non acciperam, se à me quodammodo da-  
 re, atq; etiam minus esse aliquanto in Scaptij nomine,  
 q̄ in uectigali prætorio, collaudauit homines. recte inq̄t  
 Scaptius, sed subducimus summam. interim cum ego  
 in edicto translatio centesimas me obseruaturū dce-  
 rē cū Antiochi anniuersario, ille ex Syngrapha postu-  
 labat illud. Quid ais inquam? possum ne contra meū  
 edictum? At ille profert S. C. Lētulo, Philippoq; Coss.  
 ut qui Ciliciam obtineret, & Ius ex illa Syngrapha  
 diceret. cohorrui primo, etenim erat interitus ciuitatis.  
 Reperio duo S. C. ijsdem Coss. de eadem Syngrapha.  
 Salaminij, cum Romæ uersuram facere uellent, non po-  
 terant, quod lex Gabinia uetabat. Tum ij Bruti famu-  
 liares freti gratia Bruti dare uolebant quatuor si sibi  
 S. C. aueretur. Fit gratia Bruti S. C. ut ne ue Salami-  
 nijs, ne ue, qui eis dedisset fraudi esset. Pecuniam nume-  
 rauerunt, & postea uenit in mentem foeneratoribus  
 nihil se inuare illud S. C. quod ex Syngrapha Ius dici  
 lex Gabinia uetaret. Tum fit S. C. ut ex ea Syngra-  
 pha esset, qua cætera essent, sed ut eodē, cum hæc disse-  
 ruissē, seducit me Scaptius, ait se nihil cōtradocere, sed  
 illos putare talenta CC se debere, ea se uelle accipere,  
 debere autem eos paulo minus. Rogat, ut eos ad CC  
 perducam. optime inquam. uoco illos ad me remoto Sca-  
 ptio: qd uos? quantū inquam debetis? respondēt CC.  
 Refero ad Scaptiū. homo clamare. Quid opus est in-  
 quam potius, q̄ rationes conferatis? Assident. subducūt  
 ad nummum. conuenit. Illi se numerare uelle. urgere, ut  
 acciperet. Scaptius me rursus seducit. rogat, ut rem sic

relinquam. Dedi ueniam homini impudenter petenti.  
 Græcis quærentibus, ut in Fano deponerent, postulã-  
 tibus non concessi. Id clamare omnes, qui aderant. ni-  
 hil impudētius Scæptio, qui centesimus cū Anatoçismo  
 contentus non esset. alijs nihil stultus. Mihi autem im-  
 pudens magis, q̄ stultus uidebatur. Nam aut bono no-  
 mine centesimus contentus erat, aut non bono quaternas  
 centesimas sperabat. Habes meã causam, quæ, si Bruto  
 non probatur, nescio cur illum amemus, sed auunculo  
 eius certe probabitur, præsertim cum S. C. modo factũ  
 sit, ut puto, postq̄ tu es profectus in creditorum causa, ut  
 centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. Hoc quid inter-  
 sit, si tuos digitos noui, certe habes subductum, in quo  
 quidẽ ὁδὸς πᾶρεργον. Luceius M. Fab. queritur apud  
 me per literas, summũ esse periculũ, ne culpa Senatus  
 his decretis, res ad tabulas nouas perueniat. commemo-  
 rat quid olim etiam mali C. Iulius fecerit, cum dieci-  
 lã dixerit, nunq̄ resp. plus. Sed ad rē redeo. Meditare  
 aduersus Brutũ causam meam, si hæc causa est, contra  
 quã nihil honeste dici potest. præsertim cum integram  
 rem, et causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. De  
 ἐνδομινῶ, probo idẽ, qđ tu Posthumia filia, quoniã  
 Pomelia negatur. sed uellẽ adesses A. Quinto Fratre  
 his mēsibus nihil expectaris. nã Taurus propter niueis  
 ante mensẽ Iuniũ transiri non potest. Hermum, ut ro-  
 gas, creberrimis literis fulcio. P. Valeriũ negat habere  
 quicquã Deiotarus Rex, eumq; ait se sustentari. Cum  
 scies Romæ iteratũ sit, nec ne, uelim ad me scribas,  
 certũ, quo die mysteria futura sint. Literas tuas minus  
 paulo expecto, q̄ si Romæ esses, sed tamẽ expecto. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
SEXTVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Cœpi tuas literas ad quintum nulli-  
re Laodiceæ, quas legi libentissime,  
plenissimas amoris, humanitatis, offi-  
cij, diligentia. Iis igitur respondebo.  
Sic enim postulas, nec *ὄνορο μίαν*  
meam instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Recen-  
tissimas à Cybirata meas literas habere ais ad X Cal.  
Octobr. datas, & scire uis, tuas ego, quas acceperim.  
omnes fere, quas cōmemoras, præter eas, quas scribis  
Lentuli pueris, & Equotutio, & Brundusio datas.  
Quare non *ὄχρηται* tua industria, quod uereris, sed  
præclare ponitur. siquidem id egisti, ut ego delectarer.  
Nam nulla re sum delectatus magis, q̄ meā *βαθύτητα*  
in Appio tibi, liberalitatem etiam in Bruto probari ue-  
hementer gaudeo, ac putaram secus. Appius enim ad  
me ex itinere bis, ter ue *ὑπομνήματα* literas mi-  
serat, quod quædam à se constituta rescinderem, ut si  
medicus, cum ægrotus aliū medico traditus sit, irasci ue-  
lit ei medico, qui sibi successerit, si quæ ipse in curan-  
do constituerit, immutet ille, sic Appius, cum *ἐξ ἀπαρτί-  
στας* Prouinciā curarit, sanguinem miserit, quicquid  
potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, & *πρὸς  
ἀνατριτομίνην*. ama me non libenter uidi, sed mo-  
do succenset, & modo gratias agit. Nihil enim à me fit

cum ulla illius contumelia . tantummodo dissimilitudo  
 meæ rationis offendit hominem . Quid enim potest esse  
 tam dissimile, quàm illo imperante exhaustam esse sum-  
 ptibus, et iacturis Prouinciam, nobis obtinentibus eam,  
 numquam nullum esse erogatum nec priuatim, nec publi-  
 ce? Quid dicam de illius præfectis? comitibus? lega-  
 tis? quid etiam de rapinis? de libidinibus? de contume-  
 liis? Nunc autem donus mehercule nulla tanto consilio,  
 aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quàm  
 nostra tota Prouincia. Hanc nonnulli amici Appij ri-  
 dicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audi-  
 re uelle, ut ille male audiat, et recte facere non meæ  
 laudis, sed illius contumeliæ causa. Sin Appius, ut Bru-  
 ti literæ, quas ad te misit, significabant, gratias nobis  
 agit, non moleste fero, sed tamē eo ipso die, quo hæc an-  
 te lucem scribebam, cogitabam eius multa inique con-  
 sultata, et acta tollere. Nunc uenio ad Brutum, quem  
 ego omni studio, te authore, sum complexus, quem etiã  
 amare cœperam. sed dico reuocatum me, ne te offenderem.  
 Noli enim putare me quicquàm maluisse, quàm ut man-  
 datis tuis satisfacere, nec ulla de re plus laborasse. man-  
 datorum autem mihi libellum dedit, iisdemque de re-  
 bus tu mecum egeras. Omnia sum diligentissime perse-  
 cutus. Primum ab Ariobarzane. sic contendit, ut talen-  
 ta, quæ mihi pollicebatur, illi daret, quoad mecum Rex  
 fuit, per bono loco res fuit. post à Pompeij procuratori-  
 bus sexcentis premi cœptus. Pompeius autem cum ob  
 cæteras causas plus potest unus, quàm cæteri omnes, tum quod  
 putatur ad bellum parthicum esse uenturus, ei tamen sic  
 nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta attinet XXXIII,

et hoc ex



Hoc ex tributis. Nec id satis efficitur in usuram mens-  
 trua. Sed Cn. noster clementer id fert. forte cauet usu-  
 ra, nec ea solida contentus est. alij neq; soluit quicq;  
 nec potest soluere. Nullum enim ararium, nullum ue-  
 ctigal habet. A ppj instituto tributa imperat, ea uix  
 in foenus Pompeij, quod satis sit, efficiunt. Amici Regis  
 duo, tres' ue perdiuites sunt, sed ij suum tam diligenter  
 tenent, q; ego, aut tu. Equidem non desino tamen per li-  
 teras rogare, suadere, accusare Regem. Deiotarius etiã  
 mihi narrauit, se ad eum legatos misisse de re Bruti, eos  
 sibi responsum retulisse, illum non habere, & mehercu-  
 le ego ita iudico. nihil illo regno spoliatus, nihil Rege  
 egentius. Itaq; aut tutela cognito me abdicare, aut, ut  
 pro Glabrigone Scaeuola, foenus, & impendiũ recusa-  
 re. Ego tamẽ quas pro te Bruto promiserã praefecturas  
 Marco Scaptio, & L. Gaudio, qui in regno rem Bruti  
 procurabãt detuli. nec enim in Prouincia mea negocia-  
 bantur. Tu autem meministi nos sic agere, ut quot uel-  
 let praefecturas sumeret, dum ne negociarentur. Itaq;  
 duas ei praefecturas dederam, sed ij, quibus petierat,  
 de Prouincia decesserant. Nunc cognosce de Salami-  
 nijs, quod uideo tibi etiam nouum accidisse, tanquam  
 mihi. Nunquam enim ex illo audiui ullam pecuniam  
 esse suam. Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo  
 est Salaminij pecuniam debent M. Scaptio, & P. Man-  
 tino familiaribus meis. eos mihi commendat. adscribit  
 etiam, & quasi calcatr admouet, intercessisse se pro ijs  
 magnam pecuniã, confeceram, ut soluerent centesimis  
 sexennij ductis cum renouatione singulorum annorũ.  
 At Scaptius quaternas postulabat. metui, si i petraisset,

ne tu ipse me amare desineres. nam ab edicto meo recessissem, & ciuitatem in Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam, meisq; beneficijs ornatam, funditus perdidissem. atq; hoc tempore ipse impingit mihi epistolā Scaptius Bruti, rem illā suo periculo esse. Quod nec mihi unquam Brutus dixerat, nec tibi etiam, ut præfecturā Scaptio deferrem. Id uero per te exceperamus negotiatori, quod si cuiquam, huic tamen nō. Fuerat enim præfectus Appio, & quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia Senatum Salamne obsederat, ut fame Senatores quinque necarentur. Itaque ego, quod die tetigi Prouinciā, cum mihi Cyprii legati Ephesum obuiam uenissent, literas misi, ut equites ex insula statim decederent. His de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. sed tamen hoc sum animo, si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui tota Prouincia singulas obseruare, Idq; edixissem, idq; etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur, si præfecturā negotiatori denegatam quereretur, quod ego Torquato nostro in T. Lemnio Pompeio ipsi in Sex. Statio negaui, & ijs probaui, si equites deductos moleste feret. Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, sed multo maiorem, non esse eum talem, qualē putassem. Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. Adde etiā illud, quod uereor tibi ipsi, ut probē, consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo. deponere uolebant. Impetraui ab Salaminijs, ut silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt. Sed quid ijs fiet, si huc Paulus uenerit? sed totum hoc

Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas literas scripsit. Ad me autem, etiam cum rogit aliquid, contumaciter, arroganter, ἀνοικνωμένως solet scribere. Tu autem uelim ad eum scribas de his rebus, ut sciam quomodo hæc accipiat. Facies enim me certiozem, atq; hoc superioribus literis ad te diligenter perscripseram. Sed planè te intelligere uolui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdã literis scripsisses, si nihil aliud de hac Prouincia, nisi illius beneuolentiam reportassetem, mihi id satis esse. Sit sane', quoniam ita tu uis, sed tamen cum eo credo, quod sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto soluta res scriptio statim, quàm decretum sit, tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. Sed noli me putare ἐγκαλέσασθαι illa tua abieciisse, quæ mihi in uisceribus hærent. Flens mihi meam famam commendaisti. quæ epistola tua est, in qua non mentionē facias? Itaq; irascatur qui uolet, patiar. τὸ γὰρ ὄμιτ' ἐμοῦ, præsertim cum sex libris tãquam prædibus me ipsum obstrinxerim, quos tibi tam ualde probari gaudeo, è quibus unum ἰσορίδιον requiris de Cn. Flauio Annij filio. Ille uero ante decemuiros non fuit. qui ppe qui Aedilis Curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decemuiros institutus est. Quid ergo proficiat, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec uero pauci sunt authores Cn. Flauium scribam, fastos protulisse, actionesq; composuisse, nec me hoc, uel potius Africanium (is enim loquitur) commentum putes. μὴ λάθεις illud de gestu Histrionis tu scelestè suspicaturis. ego ἀφελῶς scripsi.

De me imperatore scribis, te ex Philotimi literis cognovisse. sed credo te iam in Epeiro cum esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, unam à Pindenisso capto, alteras à Laodicea, utraque tuis pueris datas. quibus de rebus propter casum nauigandi, per binos tabellarios misi Romam literas publice. De Tullia mea tibi assentior. scripsiq; ad eam, & ad Terentiam mihi placere. Tu enim ad me iam ante scripseras. at vellem te in tuum veterem gregem retulisses. Correcta uero epistola Memmana, nihil negocij fuit. Multo enim malo hunc à Pontida, quam illum à Seruilia. Quare adiunges Aufium nostrum, hominem semper amantem me, nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse, qui declarauit quanti me faceret cum sepe, tum in Bursa. Næ tu me solitudine magna liberaris. Furni exceptio mihi non placet, nec ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod solum ille excipit. Sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In Pompeio te spem omnem ocij ponere non miror. ita res est. remouendumq; censeo illum dissimulantem. Sed enim οἰκονομία si perturbator est, tibi assignato. te enim sequor οὐκ ἐδιδάσθη. Cicerones pueri amant inter se, discunt. exercentur. sed alter, uti dixit Isocrates in Ephoro, & Theopompo, frenis eget, alter calcatibus. Quinto togam puram liberabilibus cogitabam dare. mandauit enim pater. ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in moribus est. Pueri autem aiunt eum furenter irasci. sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest, nec tui, mei q; amantior. Thermum, & Siluium uere

audis laudari. ualde se honeste gerunt. Adde M. No-  
uum, Bibulum, me, si uoles. iam Scrofa uellem habe-  
ret, ubi posset. Est enim lautum negocium. Caeteri infir-  
māt πολι του μω Catonis. Hortētio, quod causam meā  
cōmendas, ualde gratū. De Amiano, spei nihil putat  
esse Dionysius. Terentij nullum uestigiū agnoui. Me-  
ragenes certe perijt. feci iter per eius possessionem, in  
qua animal reliquum nullum erat. Hoc non notā-  
tum, cum Democrito tuo locutus sum. Rhosij causam  
mandauī. sed heus tu quid cogitas infelicitatis? Lanci-  
bus, & splendidissimis atristris, non olusculis nos so-  
les pascere. Quid te in uasis fictilibus appositurum  
putem? νέραο Phœnio mandatum est. reperietur,  
modo aliquid illo dignum cānat. Parthicum bellum  
impendet. Cassius ineptas literas misit, necdum Bibu-  
li erant allatæ. quibus recitatis, puto fore, ut aliquan-  
do commoueat̄ Senatus. Equidem sum magna ani-  
mi perturbatione commotus, si, ut opto, non proroga-  
tur nostrum negocium. Habeo Iunium, et Quintilem  
in metu. esto, duos quidem menses sustinebit Bibulus.  
Quid illo fiet, quem reliquero? præsertim si fratrem?  
quid de me autem, si non tam cito decedo? Magna tur-  
ba est. mihi tamen cum Deiotaro conuenit, ut ille in  
meis Castris esset cum suis copijs omnibus. Habet au-  
tē cohortes quadringentarias, nostra armatura XXX  
equitum erit ad sustentandum, quoad Pompeius ue-  
niat, qui literis, quas ad me mittit, significat, suum  
negocium illud fore. Hyemant in nostra Prouincia  
Parthi. expectatur ipse Orodes. Quid quæris? ali-  
quantum est negocij. De Bibuli edicto nihil noui præ-

ter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras, nō  
 mis graui præiudicio in ordinem nostrum. Ego tamen  
 habeo ἰσοσυαμῶσιν, sed certiozem ex Quin-  
 ti Municipij P. F. edicto Asiatico, extra quam si ita ne-  
 gocium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bo-  
 na multa, quæ sum secutus, Scæuolæ nisi illud, in quo  
 sibi libertatem censent Græci datam, ut Græci inter  
 se disceptent suis legibus. Breue autem edictum est  
 propter hanc meam δ'ἀίτησιν, quod duobus ge-  
 neribus edicendum putauī, quorum unū est prouincia-  
 le, in quo inest de rationibus ciuitatum, de ære alieno,  
 de usura, de syngraphis. In eodem omnia de publica-  
 nis. Alterum quod sine edicto satis commode transigi  
 non potest, de possessionibus hæreditatum, de possiden-  
 dis bonis, magistris faciundis, uendendisq; ex edicto,  
 & postulari, & fieri solet. Tertium de reliquo iure  
 dicendo ἀρραπων reliq;. Dixi me de eo genere mea  
 decreta ad edicta urbana accommodaturum. Itaque  
 curo, & satisfacio adhuc omnibus. Græci uero exultāt  
 quod peregrinis iudiciabus, ut suis utūtur. nugatoribus  
 quidem inquires. Quid refert, tum se ἀυτονομίαν  
 adeptos putant? Nostri enim credo graues habent  
 Turpionem sutorium, & Vectium mancipem. De pu-  
 blicanis quid agam uideris quærere. habeo in delitijs,  
 obsequor, uerbis laudo, orno, efficio, ne cui molesti sint.  
 τὸ παραδοξότατον usuras eorum, quas pactionibus  
 ascripserat, seruauit etiam Seruilius. Ego sic diem sta-  
 tuo satis laxam, quam ante si soluerint, dico me cente-  
 simas ducturum, si non soluerint ex pactione. Itaque  
 & Græci soluunt tolerabili fœnore, & publicanis

res est gratissima. si illa iam habent plena in odio uerborum, honorem, mutationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisq; maximu putet. Sed tamen *μὴ δὲν ἀτροῖσ.* scis reliqua. De statua Africani *ᾧ πρόρμη τῶν ἀσυγκλήστων.* sed me ipsum delectauit in tuis literis. An tu, Scipionē hic Metellus proauum suum nescit Censorem fuisse. At qui nihil habuit aliud inscriptū, nisi Cēsoria statua, quæ ad Opis per te posita in excelsō est. In illa autem quæ est ad *παύλας ἢ παυλέους* inscriptum est Coss. quā esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. At mehercule ego cum in Turmam auratarū equestrium, quas hic Metellus i Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putavi. Nunc uideo Metelli *ἀνισόρησι* turpem. Nam illud de Flauio, *ἔ* fastis, si secus est, commune erratum est, *ἔ* tu belle *ἢ πόρησας.* *ἔ* nos publicam propè opinionem secuti sumus, ut multa apud Græcos. Quis enim non dixit *ἀπολίη τῶν ἀρχαίων* Ab alabiade nauigante in Sicialiam deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes. Affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Nū idcirco Duris Sarnius, homo in historia diligens, quod cum multis errauit, irridetur? Quis Saleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timæo tuo familiari reprehensum est? sed nescire proauū suum Censorem fuisse turpe est, præsertim cum post eū Cos. nemo Cornelius illo uiuo Censor fuerit. Quod de Philotimo, *ἔ* de solutione HS XXX scribis Philotinum circa Calend. Ian. in Cherrhonesum au-

dio uenisse. at mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Ca-  
 millus scribit se accepisse, ea, quæ sint, nescio, & auco  
 scire. Sed hæc posterius, et coram fortasse commodius.  
 Illud me in Attice in extrema ferè parte epistolæ com-  
 mouit. Scribis enim sic τῆ λοιπὸν. Deinde me obse-  
 cras amantissime, ne obliuiscar uigilare, et ut animad-  
 uertam, quæ fiant. Nunquid de quo in audisti? & si ni-  
 hil eiusmodi est πολλὰ γέ κεν εἴη Ne enim me fe-  
 fellisset, nec falleret. sed ista admonitio tua tam accurata  
 nescio, quid mihi significare uisa est. De M. Octaui-  
 o iterum iam tibi rescribo, te illi probe respondiisse. pau-  
 lo uellem fidentius. Nam Coelius libertum ad me mi-  
 sit, & literas accurate scriptas, & de Pantheris, sed a  
 ciuitatibus rescripsi alterum me moleste ferre, si ego in  
 tenebris laterem, nec audiretur Romæ nullum in mea  
 Prouincia numum, nisi in æs alienum erogari, docuiq;  
 nec mihi pecuniam licere, nec illi capere. monuiq; eu,  
 quæ plane diligo, ut cum alios accusasset, cautius uiue-  
 ret. Illud autem alterum alienum esse existimatione mea  
 Cibratas Imperio meo publice uenari. Lecta tua epi-  
 stola, gaudio exultat. Etenim scripta belle est, meq;  
 apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gra-  
 tum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, ut mihi  
 salutem ascriberes. Gratum etiam Pylia, sed illa offi-  
 ciosius, quod mihi, quem iam pridem nunquam uidit.  
 igitur tu quoq; salutem utrique ascribito. Literarum da-  
 tarum prid. Cal. Ian. suauè habui recollectionem cla-  
 rissimi iurisiurandi, quod ego non eram oblitus. ma-  
 gnus enim prætextatus illo die fuit. Habes ad omnia,  
 non, ut postulasti, χρύσια ἀντὶ χαλκείων, sed paria  
 paribus



paribus respondimus. Ecce autem alia pusilla epistola,  
 quam non relinquam ἀνατιφώνητον. Bene me-  
 hercule potuit Lucius Tusculanum, nisi forte solet cū  
 suo tibiane. & uelim scire quis sit status eius. Lentu-  
 lum quidem nostrum prætorem Tusculanum proscri-  
 psisse audio. cupio hos expeditos uidere. cupio etiam Se-  
 stium. addes etiam ijs Caelium, quibus omnibus αὐδὲ  
 θεῶν μὲν ἀνίνασθαι, δῆσασθ' ὑποδέχθαι. De Mem-  
 mio restituendo ut Curio cogitet, te audisse puto. De  
 Egnatij Sidicani nomine, & nec nulla, nec magna spe-  
 sumus. Pinnaium, quem mihi commendas, diligentissi-  
 me Deiotarus curat, grauiiter ægrum. Respondi etiam  
 minori. Tu uelim, dū ero Laodiceæ, id est ad Id. Maij,  
 quam sæpissime mecum per literas colloquare, & cum  
 Athenas ueneris. Iam enim sciemus de rebus urbanis,  
 de Prouincijs, quæ omnia in mensem Martiū sunt col-  
 lata. Vtiq; ad me tabellarios mittas. Et heus tu, ianua-  
 rios à Cæsare per Orodem talenta attica L extorsi-  
 stis, in quo, ut audio, magnum odium Pompeij suscepi-  
 stis. putat enim suos numos uos comediisse. Cæsarem in-  
 merito reædificando diligentiolem fore. Hoc ego ex P.  
 Vedio magno nebulone, sed Pompeij tamen familiari  
 audiui. hic Veditius uenit mihi obuiam cum duobus Es-  
 sedis, & rheda equis iuncta, & lectica, et familia ma-  
 gna, pro qua si Curio legem pertulerit, HS centena  
 pendat necesse est. Erat præterea Cynocephalus in Es-  
 dro, nec decrant Onagri nunquam uidi hominem ne-  
 quiolem. sed extremum audi. Diuersatus est Laodiceæ  
 apud Pompeiū. Vidi illum ibi. sua deposuit cū ad me  
 profectus est. Moritur interim Vindillus, quæ res ad

magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Venoni-  
 us domum Vindilli uenit. cum omnia obfignaret in  
 medianas res incidit. In his inuenta sunt qnq; lagun-  
 culae matronarum, in quibus una sororis amici tui ho-  
 minis Bruti, qui hac utatur, et illius Lepidi, qui haec a  
 negligenter ferat. Haec te uolui παραρησσαι. Su-  
 mus enim ambo belle curiosi. Vnum etiam uelim cogi-  
 tes. Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. num  
 in Epeiro fuerimus, si nos quoq; Acedemiae fecerimus?  
 Puto inquires. ergo id ipsum scribes ad me. Equidem ual-  
 de Athenas ipsas amo. Volo esse aliquod monumentu-  
 odi falsas inscriptiones statuarum alienarum. sed ut ti-  
 bi placebit, faciesq; me in quem diem romana incidit  
 mysteria, certiozem, & quomodo hyemaris. Cura ut  
 ualeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo  
 sexagesimoquinto.

## T. P. A T T I C O.

Um Philogenes libertus tuus Laodiceam ad  
 me salutandi causa uenisset, & se statim ad  
 te nauigaturum esse diceret, has ei literas de-  
 di, quibus ad eas scripsi, quas acceperam a Bruti ta-  
 bellario. Et respondebo primum postremae tuae paginae,  
 quae mihi magnae molestiae fuit. Quod ad te scriptum  
 est ab Cincio de Statij sermone, in quo hoc molestissi-  
 mum est, Statium dicere a me quoq; id consilium proba-  
 ri. De isto autem hactenus. dixerim me uel plurimas  
 uincla tecum summæ coniunctionis optare, & sunt  
 amoris arctissima. Tantum abest, ut ego ex eo, quo  
 astricti sumus, laxari aliquid uelim. Illu autem mul-  
 ta de istis

ta de istis rebus asperius solere loqui, sæpe sum exper-  
 tus, sæpe etiam leniui iratum. Id scire te arbitror. In  
 hac autem peregrinatione multia ue nostra, sæpe in-  
 censum ira uidi, sæpe placatum. Quid ad Statium a-  
 scripserit nescio. quicquid acturus de tali re fuit, scri-  
 bendum tamen ad Libertum non fuit. Mihi autem erit  
 maxime curæ, neqd fiat secus, quàm uolumus, quãq;  
 oportet. Nec satis est in eiusmodi re, se quenq; præsta-  
 re, ac maxime partes istius officij sunt pueri Cicero-  
 nis, siue iam adolescentis, quod quidem illum soleo hor-  
 tari. ac mihi uidetur matrem, ualde, ut debeat, ama-  
 re, teq; mirifice. Sed est magnum illud quidem, ue-  
 runtamen multiplex pueri ingenium. quo ego re-  
 gendo habeo negocij satis. Quoniam respondi tuæ pa-  
 ginæ postremæ, prima mea, nunc ad primam reuer-  
 tar tuã. Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse  
 hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati.  
 Dicæarchi tabulis credidi. is multis nominibus in  
 Trophonia Nacheronis narratione græcos in eo re-  
 prehendit, quod mare tam secuti sunt, nec ullum in  
 Peloponneso locum excipit, cum mihi author place-  
 ret. Etenim erat ἰσορινώτατος, & uixerat in  
 Peloponneso. Admirabar tamen, & uix aggredi-  
 ens communicauit cum Dionysio, atq; is primo est com-  
 motus. deinde quod tum de isto Dicæarcho non mi-  
 nus bene existimabat, quàm tu, de C. Vestorio. Ergo de  
 Meluino non dubitabat, quin ei crederemus. Arca-  
 diæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum. te-  
 ne autem, & Aliphera, & Tritia νεόκτισα ei  
 uidebantur, idq; τῶν τῶν νεῶν καταλόγῳ confirma-

bat, ubi mētio non fit istorum. Istum itaq; ego locū toti  
 dem uerbis à Dicæ archo transtuli. phliasios dici scie  
 bam, & ita fac, ut habeas, nos quidē sic habemus. Sed  
 primo me ἀναλογία deceperat φλιούς ὀπούς σιπούς,  
 ὀπούντιος, ὀπουντίς Sed hoc continuo correximus. Læ  
 tari te nostra moderatione, & continētia uideo. Tū id  
 magis faceres, si adesses, atq; hoc foro, qđ egi ex Id. Feb.  
 Laodiceæ ad Cal. Maij omniū Dicæsum præter Cili  
 ciæ, mirabilia quædā effecimus. Ita multæ ciuitates oī  
 ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ sunt. omnes  
 suis legibus, & iudicijs suetæ αὐτονομίαν adeptæ, re  
 uixerunt. His ego duobus generibus facultatem ad se  
 ære alieno liberandas, aut leuandas dedi. Immo quod  
 omnino nullus in imperio meo sumptus factus est, nul  
 lum cum dico, non loquor ὑπερβολικῶς. nullus inq;  
 ne Teruntius qđem. Hac autem re incredibile est, quā  
 tum ciuitates emerferint. Accessit altera. Mira erāt in  
 ciuitatibus ipsorum furta græcorum, quæ magistratū  
 tus ui fecerant. Quæsiui ipse de ijs, qui annis decem  
 proximis magistratū gesserant, aperte fatebatur. Itaq;  
 sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis re  
 tulerūt. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus  
 hoc ipso lustro nihil soluerāt, etiā superioris lustri red  
 diderūt. Itaq; publicanis in oculis sumus. gratis inquis  
 uiris. sensimus. iā cætera iurisdictio nec imperita, nec de  
 mens cū admirabili facilitate. Aditus autē ad me mini  
 me prouinciales. nihil per Cubicularium. ante lucē in  
 ambulabā domi, ut olim cādidatus. Grata hæc, et ma  
 gna, mihiq; nō dū laboriosa ex illa uetere militia. non  
 Maij in Ciliciā cogitabā. ibi cū Iunniū mēsem consum  
 psissem,

pſiſſem, atq; utinã in pace (magnum enim bellum impendit  
 à Parthis) Quintilem in reditu ponere. Annuæ enim  
 mihi operæ ad III Calendarum Sextil. emerentur.  
 Magna autem in ſpe ſum, mihi nihil temporis proroga-  
 tumiri. Habebam acta urbana uſq; ad Nonas Mart.  
 ex quibus intelligebam Curionis noſtri cõſtantia, omnia  
 potius acturi, quàm de Prouincijs. Ergo, ut ſpero, pro-  
 pediem te uidebo. Venio ad Brutum tuum, immo no-  
 ſtrum (ſic enim mauiſ) equidem omnia feci, quæ potui,  
 aut in mea Prouincia perficere, aut in regno experiri.  
 Omni igitur modo egi cum Rege, & ago quotidie, per  
 literas ſcilicet. Ipſum enim quatrimum mecum habui  
 turbulentis in rebus, quibus eum liberaui. Sed & tum  
 præſens, & poſtea creberrime non deſtiti rogare, &  
 petere mea cauſa, ſuadere, et hortari ſua. Multum pro-  
 feci, ſed quantum, non planè (quia longe abſum) ſcio.  
 Salaminios autem (hos enim poterã coercere) adduxi,  
 ut totum nomen Scaptio uellent ſoluere. Sed centeſimis  
 ductis à proxima quidem ſyngrapha, nec perpetuis,  
 ſed renouatis quotannis numerabantur numi. Noluit  
 Scaptius. Tu, qui ais Brutum cupere aliquid perdere,  
 quaternas habebat in ſyngrapha. fieri nõ poterat, nec  
 ſi poſſet, ego pati poſſem. Audio omnino Scaptium pœ-  
 nitere. nã quod S. C. eſſe dicebat, ut ius ex ſyngrapha  
 diceretur, eo conſilio factum eſt, quod pecuniam Sala-  
 minij contra legem Gabiniã ſumpſerant. V et abat au-  
 tem A. Lex ius dici de ita ſumpta pecunia. Decreuit igitur  
 Senatus, ut ius diceretur iſta ſyngrapha. nunc iſta  
 habet iuris idem, quod cæteræ. nihil præcipui. Hæc à  
 me ordine facta, puto me Bruto probaturum, tibi neſcio.

Catoni certe probabo. Sed iam ad te ipsum reuertor. *Am tandem Attice laudator integritatis, et elegantiae nostrae, ausus es hoc ex ore tuo?* Inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si uellem? non amplius inquis quinquaginta. cum Sparaco minus nulli primo fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera Insula non fecissent? aut immo quid ante aduentum meum non fecerunt? Inclusum in curia Senatuum habuerunt Salaminium, ita multos dies, ut interierint nonnulli fame. Erat enim praefectus Appij Scaptius. et habebat turmas ab Appio. Id me igitur, tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet uersari, cum de aliquo officio, ac laude cogito, tu me inquam rogas, praefectus ut Scaptius sit? At hoc statueramus negociatorem neminem idque Bruto probauimus. Habebat is turmas, cur potius, quam cohortes? sumptuum tam ne poscet uades Scaptius? Volunt inquit principes. scio, nam ad me Ephesum usque uenerunt, flentesque equitum scelera, et miseras suas detulerunt. Itaque statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent. Ob eamque causam, tu ob caeteras, Salaminij nos in coelum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? solunt enim Salaminij, nisi forte id uolumus armis efficere, ut foenus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? nimis inquam in isto Brutum amasti, dulcissime Attice. Nos uereor, ne parum. atque haec scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me. Cognosce nunc caetera. pro Appionos hic

pio nos hic omnia faciemus, honeste tamen, sed planè libenter. Nec enim ipsum odimus, & Brutum amamus. et Pompeius à me mirifice contendit, què mehercule plus, plusq; in dies diligo. C. Caelium quaestorè huc uenire audisti. Nescio quid sit, sed p̄menia illa mihi non placeat. Ego me spero Athenis fore mense Septēbr. tuorum itinerum tempora scire sanè uelim. ἀνθεῖα Sempronij Rufi cognoui ex epistola tua corcyraea, quid quaeris? inuideo potentiae Vestorij. cupiebã etiam nunc plura garrire. sed lucet, urget turba. festinat Philogenes. Valebis igitur. & ualere Pyliam, et Cæciliam nostrã iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone.

## T. P. A T T I C O.

T si nil sanè habebam noui, quod post accidisset, q̄ dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas, tamen cum Philotimum Romam remitterem, scribendũ ad te aliquid fuit. Ac primum illud, quod me maxime angebat, non quo me aliqd iuuare posses. quippe res est in manibus. tu autem abes lōge gentiũ πολλὰ δὲ ἐν μεταχειμῖον νότος κλιῖν δεινὸν μὲν εἰς ἄλλοις obrepfit dies, ut uides. Mihi enim ad III Calendarũ Sextil. de Prouincia decedendũ est, nec succeditur. quem relinquam, qui Prouinciæ præsit? ratio quidẽ, et opinio hominum postulat fratrem. primũ q̄ uideatur esse bonus. nemo igitur potior. deinde q̄ solũ habeo prætoriũ. Pontinus enim ex pacto, & conuētũ (nã ea lege exierat) iam à me discesserat. quaestorè nemo dignũ putat. et enim est leuis, libidinosus, sagax. De fratre autẽ illud est primũ. psuaderi ei nõ posse arbitror.

m iij

odit enim Prouinciam, & Hercule nihil odiosius, nihil molestius. Deinde ut mihi hic nolit negare, quidnam mei sit officij, cum bellum esse in Syria magnum putetur? id uideatur in hanc Prouinciam erupturum. hic praesidij nihil sit, sumptus annuus decretus sit? Vnde uideatur ne aut pietatis esse meae fratrem relinquere? aut diligentiae meae aliquid relinquere? Magna igitur, ut uides, sollicitudine afficior, magna inopia consilij. Quid quaeris? toto negotio nobis opus non fuit. quanto tua Prouincia melior? Decedes, cum uoles, nisi forte iam decessisti. quem uidebitur, praeficies Thesprotiae, & Chaoniae. Necdum ego tamen Quintum conueneram, ut si id iam placeret, scirem, posset ne ab eo impetrari, nec tamen, si posset, quid uellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi. reliqua plena adhuc & laudis, & gratiae digna ijs libris, quos tu laudas. conseruatae ciuitates. cumulate publicanis satisfactum. offensus contumelia nemo. decreto iusto, & se uero per pauci. nec tamen quisquam, ut queri audeat. Res gestae dignae triumpho, de quo ipso nihil cupide agemus, sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda Prouincia, sed haec deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura, ut scis, saepius & certiora audis. equidem doleo non me tuis literis certiores fieri. huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paulo, non quo ullum periculum uideam stante Pompeio, uel etiam sedente, ualeat modo, sed mehercule Curionis, & Pauli meorum familiarium uicem doleo. Formam igitur mihi totius reip. si iam es Romae, aut cum eris, uel mihi mittas, quae mihi obuiam ueniat, ex qua me fingere possim, & praemeditari, quo

animo



animo accedam ad urbem. Est enim quiddam, adue-  
 nientem non esse peregrinum, atq; hospitem, & quod  
 pene præterij, Bruti tui causa, ut sæpe ad te scripsi, fe-  
 ci omnia. Cyprij numerabant, sed Scaptius centesimus  
 renouato in singulos annos foenore contentus non fuit.  
 Ariobar Zan es nõ in Pompeium prolixior per ipsum,  
 quàm per me in Brutum, quem tamen ego præstare nõ  
 poteram. erat enim Rex perpauper, aberamq; ab eo  
 ita longe, ut nihil possem nisi literis, qbus pugnare non  
 desisti. Summa est hæc pro ratione pecuniæ. Liberior  
 est Brutus tractatus, q Pompeius. Bruto curata hoc an-  
 no talenta circiter C, Pompeio in sex mensibus promif-  
 sa CC. Iam in Appij negotio quantũ tribuerim Bru-  
 to, dici uix potest. Quid est igitur, quod laborem? ami-  
 cos habet. meras nugas. Scaptium, qui, quia non habuit  
 à me turmas equitum, quibus Cyprium uexaret, ut an-  
 te me fecerat, fortasse succenset. aut quia præfectus nõ  
 est, quod ego nemini tribui negociatori. non C. Venonio  
 meo familiari. non tuo M. Lemnio. Et quod tibi Romæ  
 ostenderam, me seruaturum, in quo perseueraui. Sed  
 quid poterit queri is, qui auferre pecuniã cum posset,  
 noluit? Scaptius, qui in Cappadocia fuit? puto esse sa-  
 tisfactum. Is a me cum tribunatum accepisset, quem  
 ego ex Bruti literis ei detuliffem, postea scripsit ad me  
 se uti nolle eo tribunatu. Caus est quidã, cui cũ præ-  
 fecturam detuliffem Bruti rogatu, multa & dixit, &  
 fecit cum quadam mea contumelia P. Clodij causis. Is  
 me nec proficiscentem Apameam profecutus est, nec cũ  
 postea in castra uenisset, atq; inde discederet, nunquid  
 uellem rogauit, & fuit aperte mihi, nescio quare non

amicus. Hunc ego si in præfectis habuissem, quæ tu me hominem putares? qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius affectu? Et si hoc plus est, quam ferre, tribuere etiam beneficii aliquid, et honoris. Igitur Caius, cum Apameæ me in peruidisset Romam proficiscens, me ita appellavit. culleolum uix auderem. Unde inquit, me iubes petere cibaria? profecto respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderat, me non instituisse eis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Abijt iratus. Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus amicus, me amicum non habebis. sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Tibi tamen causam notam essi uolui, et ad ipsum hæc perscripsi diligentissime omnino. soli enim sumus. nullas unquam ad me literas misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans. ἀκροῖωντος aliquid. Tibi autem ualde solet in ore esse. Grauius autem non contemnere se, et Reges odisse superbos. In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum mouere solet. Sed plane parum cogitat, quid scribat, aut ad quem. Quintus Cicero puer legit, ut opinor, certe epistolam inscriptam patri suo, solet enim aperire, idque de meo consilio, siquid forte sit, quod opus sit sciri, In ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad me. miri fice cõturbatum uidi puerum, lacrymans mecum est questus. Quid quæris? miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatemque perspexi, quo maiorem spem habeo nihil fore aliter, ac deceat. Id te igitur scire uolui ne illud quidem prætermittam. Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiose, et turpiter. Hunc

ego patris causa uocauit ad coenam, quo die uenit, et eiusdem patris causa, nihil amplius. Is mihi dixit se Athenis me expectaturum, ut mecum decederet. Recte inquam, quid enim dicere. Omnino puto nihil esse, quod dixit. Nolo quidem, ne offendam patrem, quem mehercule ualde diligo, Sin fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quem minime uolo. Haec sunt. Etiam illud. Orationem Quinti Celeris mihi uelim mittas contra M. Seruilium. literas mitte quae primum, si nihil fieri, uel per tuum tabellarium. Pyliae, et filiae salutem. Cura, ut ualeas.

## T. P. A T T I C O.

t Harsum uenimus Non. Iun. ibi me multa mouerunt. magnam in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia. mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam aliquos annui muneris. Illud autem difficillimum. relinquendus erat ex S. C. qui praeesset. Nihil minus probari poterat, quam quaestor Messinius. nam de Caelio nihil audiebamus. Rectissimum uidebatur Quintum Fratrem cum imperio relinquere, in quo multa molesta. discessus noster. belli periculum. militum improbitas. sexcetera praeterea alia. O rem totam odiosam. Sed hoc fortuna uiderit, quoniam consilio non multum uti licet. Tu quando Romam saluus, ut spero, uenisti, uidebis, ut soles, omnia quae intelligis nostra interesse. In primis de Tullia meacuius de conditione quid mihi placeret, scripsi ad Terentiam, cum tu in Graecia esses. deinde cum honore nostro. Quod enim tu abfuisi, uereor, ne satis diligenter actum in Senatu sit de literis meis. Illud praeterea ad te scribam, tu sagacius odorabere.

## LIB.

τῆς δ' ἄμαρτος μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσα ὃν λέγω) ἔδοξε  
 μοι πρῶτην, ἐξ ὧν ἀλογουόμενος παρεφθέγγετο, διεφθαρ  
 κίναται τὰς φήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ κροτω  
 νιάτου τυραννοκτόνου, δέδοικα δὴ μὴ τι νοήσης, ἐν δὴ που  
 τοῦτο περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλείας, *nō queo  
 tantum, quantum uereor scribere. Tu autem fac, ut mihi  
 tuae literae uolent obuiæ. Hæc festinans scripsi in itinere,  
 atq; agmine. Pylicæ, & puellæ Cæciliæ bellissimæ  
 salutem dices. Vale.*

## M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vnc quidem profecto Romæ es, quo te (si ita  
 n est) saluū uenisse gaudeo. Vnde quidē quan  
 diu abisti, magis à me abesse uidebare, quàm  
 si domi esses. Minus enim mihi meæ notæ res erant,  
 minus etiã publicæ. Quare uelim (etsi ut spero) te  
 hæc legente aliquantum tamen uicæ processero, tamen  
 obuias mihi literas, quam argutissimas de omnibus re  
 bus crebro mittas. In primis de quo scripsi ad te antea  
 τῆς ἀλόχου τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξε μοι θαμὰ βατα  
 ρίζων, καὶ ἀλύων τοῖς λογισμοῖς, καὶ ταῖς λέχαις ὑπότι διε  
 φθαρκίναται τὰς φήφους ἐν τοῖς ὑπαρχουσι τοῖς τοῦ κροτω  
 νιάτου. hoc tu indaga, ut soles. Ast hoc magis ἐξ ἀλό  
 φους τειχῶν, παρέδωκεν αὐτόν τε ὀφείλοντα μνάς ἐκ τῶν  
 κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρόνησιακῶν, καὶ τινὰς προ  
 τομίσας τῶν κλήρων τοῦτον δὲ ὕδρ' ὀβολὸν διαλύσασθαι  
 πάντων ὀφληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῆς νομηνίας.  
 τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁ μόνου μου τῆς κόνωνος  
 πατρὶ μιθὲν ὀλοχερῶς πεφροντιίναται. ταῦτα οὖν πρῶ  
 τον μὲν ἵνα πάντα σώσῃται, δευτέρον δὲ, ἵνα μὴ δὲ τῶν

τόκων ὀλιγωρήσης τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας,  
 ὅσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν  
 πρὸς ἡμᾶς κατασκεφόμενος, καὶ τι χεῖρόν ἐλπίσας, ἀπο  
 γνοὺς δὲ ἀλόγως ἀπέστη ἐπιπέτων, αἰχρόν τοι δηρόντε μέ  
 νειν, κένεόν τε νέεσθαι. neq; obiurgavit. V tere prover  
 bio τὰ μὲν δίδόμεναι. Reliqua uide, & quantum  
 fieri potest, perspiciamus. Et si annuum tempus est, pro  
 pe' tamen meritum impleamus. dies enim XXXIII  
 erant reliqui. solitudine Prouinciæ tamen uel maxi  
 me urgebamur. Cum enim arderet Syria bello, & Bi  
 bulus in tanto mœrore maximam curam belli sustine  
 ret, ad meq; legati eius, & quæstor, & amici literas  
 mitterent, ut subsidio uenirem, & si exercitum infir  
 mum habebam, auxilia sanè bona, sed ea Galatharū,  
 Pisidarum, Lyciorum (hæc enim sunt nostra robora)  
 tamen esse officium meum putavi, exercitum habere  
 quam proxime hostem, quoad mihi præesse Prouinciæ  
 per S. C. liceret. Sed (quo ego maxime delectabar) Bi  
 bulus molestus mihi nō erat. De omnibus rebus scribe  
 bat ad me potius, et mihi decessionis dies ἀλιθότως ob  
 repebat. Qui cū aduenerit ἄλλο πρόβλημα, quē præ  
 ficiā, nisi Cœlius quæstor uenerit, de quo adhuc nihil  
 certi habemus. Cupiebā mehercule λόγιον ἐπιστολᾶν  
 facere, sed nec erat res, de qua scriberē, nec iocari præ  
 cura poteram. V alebis igitur, & puellæ salutem arti  
 culate dices, nostræq; Pylia.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

e Go dum in Prouincia omnibus rebus Appiū  
 orno, subito sum factus accusatoris eius socer.

Id quidem inquis Dii approbent. Ita uelim, teq; ita  
 cupere certo scio. Sed crede mihi, nihil minus putaram  
 ego, qui de Cicerone, qui mecum egerat, certos homines  
 ad mulieres miseram, qui Romam uenerunt factis spon-  
 salibus. sed hoc spero melius. Mulieres quidem ualde  
 intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis.  
 Cætera noli ἐξαναριθεῖν. Sed heus tu πύρρῳ  
 εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Et si non impe-  
 diebant mei certe libri. non enim ista largitio fuit in-  
 ciuers, sed in hospites liberalitas. Me tamen de Acade-  
 mia προπυλαίῳ iubes cogitare, quoniam Appius  
 de Eleusine non cogitat. De Hortensio te certo scio dole-  
 re. equidem excrucior. decreueram enim cum eo ual-  
 de familiariter uiuere. Nos Prouinciæ præfecimus Cœ-  
 lium. puerum inquis, & fortasse fatuum, et non gra-  
 uem, & non continentem. assentior. fieri non potuit  
 aliter. nam quas multo ante tuas acceperam literas, in  
 quibus ἐπεχε inter scripseras, qd esset mihi faci-  
 endum de relinquendo ea, quæ me impugnabant.  
 Videbam enim, quæ tibi essent ἐποχῆς causæ,  
 & erant eadem mihi, puero ne traderem. Præte-  
 rea autem illud non utile nobis. nam præter fratrem  
 nemo erat, quem sine contumelia quæstori, nobili præ-  
 fertim anteferrem. tamen dum impendere Parthi ui-  
 debatur, statueram fratrem relinquere, aut etiã reip-  
 causa contra S. C. ipse remanere, qui posteaquam in-  
 credibili felicitate discesserunt, sublata dubitatio est.  
 Videbam sermones, hui fratrem reliquit? Nū est hoc  
 non plus annum obtinere Prouinciã? Quid quod Se-  
 natus eos uoluit præesse Prouincijs, q non præfuissem?

At hic triēnium. Ergo hæc ad populum, quid quæ tecum? nunquam essem sine cura, siquid iracundius, aut contumeliosius, aut negligentius. Quæ fortuita hominum? quid si filius puer, et puer bene sibi fidens? qui esset dolor, quem pater non dimittebat, teq; id cense re moleste ferebat. at nunc Cælius non dico equidem quid egerit, sed tamen multo minus laboro. Adde illud, Pompeius eo robore uir, his radicibus Quintum Cassium sine sorte delegit, Cæsar Antonium. ego sorte datum offenderem? ut etiam inquirerem in eum, quem reliquisset? Hoc melius, et huius rei plura exempla. Senectuti quidem nostræ profecto aptius, ac te apud eum, Dii boni, quæta in gratia posui, eiq; legi literas non tuas, sed librarij tui. Amicorum literæ me ad triumphum uocant. Rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc *παλιγγενεσία* nostram non negligendam. Quare tu quoq; mi Attice, incipe hoc cupere, quo nos minus inepti uideamur. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vintus Filius, suapte pie sane, me quidem  
 9 certe multum hortante, sed currentem animum patris sui, sorori tuæ reconciliauit. Eum ualde tuæ literæ excitauerunt. Quid quæris? confido re, ut uolumus, esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modo tibi redditæ literæ sunt græcæ *ἐναὶνίσμασι*. scilicet nihil est mouendum, sed tamen ἀφελῶς percunctando de nominibus Milonis, et ut expediat, ut mihi recept, hortando aliqd ita tu proficies.

Ego Laodiceæ quæstorem Messinium expectare iussi, modo ipse uenerit, ut cōfectas rationes lege iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum uolo puero rum causa. inde quamprimum Athenas, & si Etesia ualde reslauerint. Sed plane uolo his magistratibus, quorum uoluntatem in supplicatione sum expertus. tu tamen mitte mihi quæso obuiam literas, nunquid pu tes rei. nomine tardandum esse nobis. Tyro ad te de- dissest literas, nisi eum grauius ægrum Etesæ reliquis- sem. Sed nuntiant melius esse ei. ego tamen angor. nihil enim illo adolescente castius. nihil diligentius. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Um instituissem ad te scribere, calamumq; c  
sumpsissem, Batonius è nauis recta ad me ue- nit, dum essem Ephesi, & epistolam tuã red- didit prid. Calēdarū. Octo. Lætatus sum felicitate na- uigationis tuæ, opportunitate Pyliæ, etiam mehercule sermone eiusdem de coniugio Tulliaæ meæ. Batonius au- tem miros terrores ad me attulit cæsarianos. Cum Le- pta etiam plura locutus est. spero falsa, sed certe horribi- lia. Exercitum nullo modo dimissurum. Cum illo Pr. Dess. Cassium Pr. Lentulum Cos. facere. Pompeio in animo esse urbem relinquere. Sed heus tu, nūquid mo- leste fers de illo, qui se solet à te ferre puero sororis tuæ filio? at à quibus uictus? Sed ad rem. Nos Etesia uehe- mentissime tardarunt. Detraxit XX ipsos dies etiã Aphractus Rhodiorum Calen. Octobr. Ephesò con- scendentes hanc epistolam dedimus L. Tarquinio si- mul è portu egredienti, sed expeditius nauiganti. Nos Rhodiorum



Rhodiorum Aphractis, cæterisq; longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. ita tamen properabamus, ut non posset magis. De Randusculo puteolano gratum. Nunc uelim despicias res romanas. Videas quid nobis de triumpho cogitandum putes, ad quem amici me uocant. Ego, nisi Bibulus, qui dum unus hospes in Syria fuit, pedem porta nõ plus extulit, quàm domo sua, admiraretur de triũpho, æquo animo essem. Nunc uero ἀσχερὸν σιοπᾶν, Sed explora rem totam, ut quo die congressi erimus, cõsiliũ capere possimus. At multa qui & properarem, & ei literas darem, qui aut mecum, aut paulo ante uenturus esset. Cicero tibi plurimã salutem dicit. Tu dices utriusq; nostrum uerbis & Pyliæ tuæ, & filiæ. Vale.

## T. P. A T T I C O.

ἰ NPirææa cum exissem prid. Id. Octob. accipi ab Acasto seruo meo statim tuas literas, quas quidẽ cum expectassem iandiu, admiratus sum, ut uidi ob signatam epistolam, breuitatem eius. ut aperui rursus σὺν χροίῳ literularum, quæ solent tuæ copiosissimæ, et clarissimæ esse. Ac ne multa, cognoui ex eo, quod ita scripseras, te Romam uenisse ad XII Calendarum Octobr. cum febre, percussus uehementer, nec magis, quàm debui. statim quæro ex Acasto. Ille & tibi, & sibi uisum, & ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommode. id uidebatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. Sed clamaui tamẽ, admiratusq; sum, qd nihilo minus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. Spero

enim, quæ tua prudentia, & temperantia est, hercule,  
 ut me iubet Acastus, confido te iã, ut uolumus, ualere.  
 A Turannio te accepisse meas literas gaudeo παραφύ-  
 λαξον, si me amas τὴν τῷ φωρατῷ φιλοτιμίαν αὐτό-  
 τατα hanc, quæ me hercule mihi magno dolori est. Di-  
 lexi enim hominem. procura (quantulacumq; est) pre-  
 cianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas. Dices  
 nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi, in quo,  
 ut præcipis, nec me κινὼν in expetendo cognoscēs, nec  
 ἀτυφον in abiiciendo. Intellexi ex tuis literis te ex Ti-  
 rânio audisse, à me Prouinciã fratri traditam. Adeon  
 ego non perspexeram prudẽtiã literarum tuarum?  
 ἔπειτα, ut scribebas. quid erat dubitatioẽ dignum?  
 si esset quicq; cur placeret fratrem, & talem reliqui,  
 ἀβιτησις ista mihi tua, non ἐποχὴ uidebatur. Mone-  
 bas de Quinto Cicerone puero, ut eum qdem ne unq;  
 relinquerem. τὸ το μόνον ἐρῶν ἐμοί. eadem omnia  
 quasi collocuti essemus, uidimus. Non fuit faciendũ ali-  
 ter, meq; ἐπὶ ἐχρονίᾳ ἐποχὴ tua dubitatione libera-  
 uit. Sed puto, te accepisse de hac re epistolã scriptam ac-  
 curatius. Ego tabellarios postero die ad uos eram mis-  
 surus, quos puto ante uenturos, quàm nostrum saufe-  
 ium. sed eum sine meis literis ad te uenire uix rectum  
 erat. Tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, id est de  
 Dolobella, perscribas, & de rep. quam præuideo in  
 summis periculis. de Censoribus, maximeq; de signis,  
 tabulis quid fiat, referatur ue. Id. Octobr. has literas  
 dedi, quo die, ut scribis, Cæsar Placentiam quatuor le-  
 giones. Quæ sô quid nobis futurum est maecte scribas.  
 Athenis statio mea nunc placet. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
SEPTIMVS.

T. P. A T T I C O.

d Ederam equidem L. Saufeio literas,  
et dederam ad te unum, quod cum nō  
esset temporis mihi ad scribendum  
satis, tamen hominem tibi tam familia-  
rem sine meis literis ad te uenire nole-  
bam, sed, ut philosophi ambulat, has tibi redditum  
iri putabā prius. Sin autem illas accepisti, scis me Athe-  
nas uenisse pridie Id. Octob. E nauī egressum in Piræ-  
eum, tuas ab Acasto nostro literas accepisse conturba-  
tum, quod cum febre Romam uenisses, bono tamen ani-  
mo esse cœpisse, quod Acastus ea, quæ uellem de aliena  
to corpore tuo nuntiaret. Cohorruisse autem me, quod  
tuæ literæ de legionibus Cæsaris afferrent, & egressis  
tecum, ut uideres, nequid φιλοτιμία eius, quem no-  
sti, nobis noceret, & de quo iam pridem ad te scripse-  
ram. Turānius autem secus tibi Brūdusij dixerat, quod  
ex his literis cognoui, quas à Zenone optimo uiro ac-  
cepi. Cur fratrem Prouinciæ non præfēcissē, exposui  
breuiter. Hæc ferè sunt in illa epistola. nunc audi reli-  
qua. Per fortunas, omnem tuū amorem, quo me es am-  
plexus, oēmq; tuam prudētiā, quā mehercule in omni  
genere iudico singularem, confer te ad eam curā, ut de  
omni statu meo cogites. Videre enim mihi uideor tan-  
tā dimicationem, nisi idem deus, qui nos melius, quàm opta-

## LIB.

te auderemus, parthico bello liberauit, respexerit rēp.  
 quanta nunquam fuit. Age hoc malum, quod mihi cō-  
 mune est cum omnibus, nihil tibi mando, ut de eo cogi-  
 tes. Illud meum proprium πρόβλημα quæso susci-  
 pe. Vides ne, ut te authore sim utrunq; complexus Pom-  
 peium, & Cæsarem? At uellem a principio te audisse  
 amicissime admonentem. ἀλλ' ἐμὸν ἔποτε θυμὸν  
 ἐνὶ σίθεισιν ἐπειθες πατρίδος, sed aliquando tamen  
 persuasisti, ut alterum complecterer, quia de me erat  
 optime meritus, alterum, quia tantum ualebat. Feci igitur,  
 itaq; effeci omni obsego, ut neutri illorum quisquā  
 esset me carior. Hæc enim cogitabamus, nec mihi un-  
 cto cum Pompeio fore necesse peccare in rep. aliquan-  
 do. nec cum Pompeio sentienti, pugnandum esse cum  
 Cæsare, tanta erat coniunctio illorum. Nunc autem im-  
 pendet, ut & tu ostendis, & ego uideo, summa inter  
 eos contentio. me autem uterq; numerat suum, nisi forte  
 simulat alter. nam Pompeius non dubitat (uere enim  
 iudicat) ea, quæ de rep. nunc sentiat, mihi ualde pro-  
 bari. Vtriusq; autem accipi eiusmodi literas eodē tem-  
 pore, quo tuas, ut neuter quenquam omnium pluris fa-  
 cere, quàm me uideretur. Verum quid agam, non qua-  
 ro. Si enim Castris res geretur, uideo cum altero uinci  
 facius esse, quàm cum altero uincere. Sed illa, quæ tū  
 agentur, cum uicero, ne ratio absentis habeatur, ut ex-  
 ercitus dimittat. Dic M. Tulli. Quid dicam? Expe-  
 cta amabo te, dum Atticum conueniam. Non est locus  
 ad terguersandum contra Cæsare. Vbi sunt illæ den-  
 sæ dexteræ? nam ut illi hoc liceret. adiui rogatus ab  
 ipso Rauennæ de Cælio Tr. Pl. ab ipso etiam Cn. no-  
 stro in illo

stro in illo diuino tertio consulatu. aliter sensero αἰδέομαι non Pompeium modo, sed πρώτος, καὶ πρώτασ πρῶτα δάμας μοι πρώτος ἐλεγγείην. Quis? Tu ipse scilicet laudator & factorum, & scriptorum meorum. Hanc ego plagam effugi per duos superiores Marcelorum consulatus, cum est actum de Cæsaris Prouincia. Nunc incido in discrimen ipsum. Itaque ut stultus primus suam sententiam dicat, mihi ualde placet. de triumpho nos moliri aliquid, extra urbē esse cum iustissima causa. tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. Ridebis hoc loco fortasse, quā uellem etiam nunc in Prouincia morari. Plane opus fuit, si hoc impendebat, etsi nil miserius. Nam ὁ δ' οὐ πάρεργον. uolo te hoc scire, omnia illa prima, quæ etiam tuis literis in cælum ferebas, ἐπίκτιτα fuerunt. Quā non est facilis uirtus, quā uero difficilis eius diuturna simulatio. Cum enim hoc rectum, et gloriosum putarem, ex annuo sumptu, qui mihi decretus esset, me C. Coelio quæstori relinquere annum, referre in ærarium ad HS M. ingenuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere, ut ego amicior inuenirer Phrygum, & Cilicum ærarijs, quā nostro. sed me nō mouerunt. Nam & mea laus apud me plurimum ualuit. Nec tamen quicquam honorifice in quenquā fieri potuit, quod prætermiserim. Sed hæc fuerit, ut ait Thucydides ἐμβολὴ λόγου non inutilis. Tu autem de nostro statu cogitabis. Primū quo artificio tueamur beneuolentiam Cæsaris. deinde de ipso triumpho, quē uideo, nisi reip. tēpora impediēt, εἰς πρόσω. Iudico autem cum ex literis amicorum, tum ex supplicatio-

ne, quam qui non decreuit, quasi omnes decreuissent triumphos. Ei porro assensus est unus familiaris meus Fauonius. alter iratus Hircius. Cato autem & scribendo affuit, & ad me de sententia sua iucundissimas literas misit. Sed tamen gratulans mihi Cæsar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis, nec scribit quod illi sententiæ dixerit, sed tamen supplicationem eum mihi non decreuisse. Redeo ad Hircium. Cæperas eum mihi placere. Perfice. habes Scrofam. habes Siluium. ad eos ego etiam scripsi, & ad ipsum Hircium. Locutus enim erat cum ijs, commoda se potuisse impedire, sed noluisse. Assensum tamen esse Catoni amicissimo meo, cum is honorificentissimam in me sententiam dixisset, nec me ad se ulla literas misisse, cum ad omnes mitterem. Verum dicebat. Ad eum enim solum, & ad Cassij fidem non scripseram. Atque hæc de rebus forensibus. Redeamus domum. diuungere me ab illo uolo. Mirus est *φυράτης* Germanus Lartidius ἀλλὰ τὰ μὲν πρότερονταί ἐάσομεν. ἀχλυ μινόντερ. reliqua expediamus. Hoc primum, quod accessit cura dolori meo. Sed hoc tamen quicquid est precianum cum his rationibus, quas ille meas tractat admisceri nolo. Scripsi ad Terentiam, scripsi etiam ad ipsum me quicquid posset numerorum ad apparatus sperati triumphus ad te redacturum. Ita puto fore, uerum ut uidebitur. Hanc quoque suscipe curam, quemadmodum experiamur. Id tu et ostendisti quibusdam literis ex Eperro, & Athenis datis, & in eo ego te adiunabo. Vale.

## T. P. A T T I C O .

Rundusium uenimus VII Cal. Decembr-  
 uſi tua felicitate nauigandi. ita belle nobis fla-  
 uit ab Epeiro leniſſimus Auſter, & mitis.  
 Hunc σπουδαίοντα, ſi cui uoles. τῶν νεωτέρων  
 ἢ σπουδαίοντι pro tuo uendito. Inualetudo tua me  
 ualde conturbat. Si ſignificant enim tuæ literæ te proſus  
 laborare. Ego autem cum ſciam, quàm ſis fortis, uehe-  
 mentius eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere. &  
 propemodum infringat. Et ſi alteram quartanã Pam-  
 philus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leuiorem  
 accedere. Terentia uero, quæ quidem eodem tempore  
 ad portam Brundusiſinam uenit, quo ego in portum,  
 mihiq; obuia in foro fuit L. Pötinum ſibi in Trebula-  
 no dixiſſe narrabat etiam iam deceſſiſſe. Quod ſi ita  
 eſt, quod maxime mehercule opto, id ſpero tua pruden-  
 tia, & temperantia te conſecutum. Venio ad episto-  
 las tuas, quas ego ſexcētis uno tempore accepi, aliam alia  
 iucundiorẽ, quæ quidem erant tua manu. Nam Alexi  
 dis manum amabam, quod tam propẽ accedebat ad ſi-  
 militudinem tuæ literæ, manum nõ amabam, quia in-  
 dicabat te non ualere. cuius quoniam mentio iam facta  
 eſt, Tyronẽ Patris ægrũ reliqui, adoleſcentẽ, ut noſti,  
 & adde ſi qd uis probum. nihil uidi melius. Ita q; careo  
 ægre. quanq̃ uidebatur ſe non grauiter habere, tamen  
 ſolicitus, maximamq; ſpem habeo in M. Curij di-  
 ligentia, de qua ad me ſcripſit Tyro, et multi nũtiarũt.  
 Curius autẽ ipſe ſenſit, q̃ tu uelles à me diligere, et eo ſum  
 admodũ delectatus, et mehercule eſt, quẽ ſacile diligas.

αὐτόχθων in homine urbanitas. Eius testamentum de  
 tortorio Ciceronum signis ob signatum, cohortisq; præ  
 toriæ, fecit palàm te ex Libella, me ex Teruncia Corcy  
 ræ. Alexion me opi pare muneratus est. Quinto Cice  
 roni obsisti nõ potuit, quo minus Thyamim uideret. Fi  
 liola tua te delectari lætor, & probari tibi σοφὸν  
 φροσινὴν esse πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si hæc non est,  
 nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio,  
 qua sublata uitæ societas tollitur. Bene conueniat inqt  
 Carneades, spurce, sed tamen prudentius, q̄ Lucius no  
 ster, & Patron, qui, cum omnia ad se referant, quicq̄  
 alterius causa fieri non putent, & cum ea re bonum  
 uirum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo  
 id natura rectum sit, non intelligunt se de calido homi  
 ne loqui, non de bono uiro. Sed hæc opinor sunt in his  
 libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti. Redeo  
 ad rem. quomodo expectabam epistolam, quam Phi  
 loxeno dedisses (scripseras enim eam esse de sermone  
 Pompeij Neapolitano) eam mihi Patro Brundusij red  
 didit. Corcyræ, ut opinor acceperat. nihil potuit esse iu  
 cundius. Erat enim de rep. de opinione, quam is uir ha  
 beret integritatis meæ. de beneuolentia, quam ostendit  
 eo sermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc  
 iucundissimū, quod te intellexi ad eum uenisse, ut eius  
 animam erga me perspiceres. hoc mihi inquam accidit  
 iucundissimum. De triumpho autem nulla me cupidi  
 tas unquam tenuit ante Bibuli impudētissimas literas,  
 quas amplissime supplicatio consecuta est, à quo si ea  
 gesta sunt, quæ scripsit, gauderem, et honori fauerem.  
 Nunc illum, qui pedem porta, quo ad hostis cis Eufratē  
 fuit, non



fuit, non extulerit, honore augeri, me in cuius exercitu spem illius exercitus habuit idem non assequi, dedecus est nostrum, nostrum inquam te coniungens. Itaque omnia experiar, & ut spero, assequar. Quod si tu ualeres, iam mihi quaedam explorata essent, sed, ut spero, ualebis. De Randusculo Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit, aueo scire, Cato quid agat, quidum quidem in me turpiter fuit maluculus, dedit integritatis, iustitiæ, clementiæ, fidei, mihi testimonium, quod non quærebam, quod postulabam, negauit. Id itaque Cæsar his literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quomodo exultat Catonis in me in gratissimi iniuria? At hic idem Bibulo DXX. Ignosce mihi, non possum hæc ferre, nec feram. Cupio ad omnes tuas epistolas, sed nihil necesse. Sestiae enim te uidebo. Illud tamen de Chrysippo, nam de altero illo minus sum admiratus operario homine, sed tamen ne illo quod quicquam improbius, Chrysippum uero, quem ego propter litterularum nescio quid, libenter uidi, in honore habui, discedere a puero insciēte me. Mitto alia, quæ audio multa. mitto furti. fugam non fero, quæ mihi nihil uisum est sceleratius. Itaque usurpauit uetus illud Drusi, ut ferunt, Pr. in eo, qui eadem liber non iuraret, me istos liberos non addixisse, præsertim cum adesset nemo, a quo recte uindicarentur. Id tu, ut uidebitur, ita accipies. ego tibi assentiar. Vni tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi, in qua est de periculis rei pub. Quid rescriberem? ualde eram perturbatus, sed ut nihil magnopere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum seminum reliquerunt. Vale.

## T. P. A T T I C O.

D VIII Iduum Decembr. Tusculanū ueni,  
 & ibi tuas literas legi, quas Philotinus mihi  
 reddidit, è quibus hanc primo aspectu uolu-  
 ptatem cepi, quod erant à te ipso scriptæ. deinde earū  
 accuratissima diligentia sum mirum in modum dele-  
 ctatus, ac primum illud, in quo de Dicæ archo mihi as-  
 sentiri negas, etsi cupidissime expressum, & ex petitiū  
 à me sit, & approbatum à te, ne diutius anno in Pro-  
 uincia essem, tamen nō est nostra contentione perfectū.  
 Sic enim scito uerbum in Senatu factum esse nunquā  
 de ullo nostrum, qui Prouincias obtinuimus, quo in his  
 diutius, quā ex S. C. maneremus, ut iā ne istius qui-  
 dem rei culpam sustineam, quo minus diu fuerim in  
 Prouincia, quā fortasse fuerit utile. Sed qd si hoc me-  
 lius? opportune dici uidetur, ut in hoc ipso. Siue enim  
 ad concordiam res adduci potest, siue ad bonorum ui-  
 ctoriam utriusuis rei me aut adiutorem uel mi esse, aut  
 certe non expertem. Sin uincuntur boni, ubicunq; essem  
 unā cū ijs uictus essem. Quare celeritas nostri reditus  
 ἀμεταμίλητος debet esse. Quod si ista nobis cogitatio  
 de triumpho iniecta non esset, quam tu quoq; appro-  
 bas, nā tu haud multum regreres illū uirū, qui in sexto  
 libro informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos  
 libros deuorasti? quin nunc ipsum non dubitabo rem-  
 tantam abijcere, si id erit rectius. utrūq; uero simul agi  
 non potest, & de triumpho ambitiose, & de rep. libe-  
 re. Sed ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futu-  
 rū sit antiquius. nam quod putas utilius esse uel mihi,

quod tutius sit, uel etiam ut reip. prodesse possim, me esse cum imperio. id coràm considerabimus, quale sit. Habet enim res deliberationem, & si ex parte magna tibi assentior. De animo autem meo erga remp. bene facis, quod non dubitas, & illud probe iudicatis, nequaquam satis pro meis officijs, pro ipsius in alios effusione, illum in me liberalem fuisse, eiusq; rei causam uere explicatis, et eis, quæ de Fabio, Caninioq; acta scribis, ualde consentiunt. quæ si secus essent, totumq; se ille in me profudisset, tamen illa, quam scribis custos urbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret, nec mihi concederet, ut imitarer Volcatium, aut Seruium, quibus tu es contentus. sed aliquid nos uellet nobis dignum & sentire, et defendere, quod quidem agerem, si liceret alio modo, ac nunc agendum est. De sua potentia dimittant homines hoc tempore periculo ciuitatis. nam si resp. defenditur, cur ea Cos. isto ipso defensa non est? Cur ego, in cuius causa reip. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi? aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem Tr. Pl. ferrent? His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue resp. ad resistendum imbecilla sit. quæ mallem tantas ei uires non dedisset, quàm nunc tam ualenti resisteret. Sed quoniã res eò deducta est, non quæram, ut scribis τὸ συνάψος τῶν ἀπειθῶν. Mihi συνάψος unū erit, quod à Pompeio gubernabitur. Illud ipsum, quod ais, quid fiet, dum erit dictum? Dic M. Tulli σύντομα. Pōpeio assentior. ipsum tamen Pompeium sepe ratim ad concordiam hortabor. Sic enim sen-

tio maximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura, qui  
 in urbe estis. Veruntamen hoc iudicio cum homine au-  
 dacissimo, paratissimoq; negocium esse. Omnes dam-  
 natos, omnes ignominia affectos, omnes damnatioe,  
 ignominiaq; dignos, illic facere. Omnem ferè iuuentu-  
 tem. omnem illam urbanam, ac perditam plebem. Tri-  
 bunos ualentes addito C. Cassio, omnes, qui aere alie-  
 no premantur, quos plures esse intelligo, quàm puta-  
 ram. Causam sola illa causa non habet. cæteris rebus  
 abundat. sic omnia facere omnis debet, ne armis decer-  
 natur, quorum exitus semper incerti. nunc uero in al-  
 teram partem magis timendi. Bibulus de Prouincia de-  
 cessit. Valentonem præfecit. in decedendo erit, ut audio,  
 tardior. quem cum ornauit Cato, declarauit ijs se solis  
 non inuidere, quibus nihil, aut non multum ad dignita-  
 tem posset accedere. Nunc uenio ad priuata. Ferè enim  
 respondi tuis literis de rep. & ijs, quas in suburbano,  
 & ijs, quas postea scripsisti. Ad priuata uenio. unum  
 etiam de Cœlio. Tantum abest, ut ille meam sententiã  
 moueat, ut ualde ego ipsi, quod de sua sententia dece-  
 serit, poenitendum putem. sed quid est, quod cuncti Lu-  
 ceijs sint addicti? Hoc prætermisisti, miror. De Philoti-  
 mo faciam equidem, ut mones. sed ego mihi ab illo non  
 rationes expectabam, quas tibi edidit. Verum id re-  
 liquum, quod ipse in Tusculano me referre in com-  
 mentarium mea manu uoluit, quodq; idem in Asia  
 mihi sua manu scriptum dedit, id si præstaret, quan-  
 tum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus  
 etiam, ipse mihi deberet. Sed in hoc genere, si modo  
 per remp. licebit, non accusabimur. Post hac neq; Her-

cule antea negligentēs fuimus, sed amicorum multitudine occupati. ergo utemur, ut polliceris & opera, & consilio tuo, nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. De Serperastris cohortis meae, nihil est, quod doleas. ipsi enim se collegerunt admiratione uitae integritatis meae. Sed me mouerat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. idem & in initio fuerat, & nunc est egregius. sed in ipsa decessione significauit sperasse se aliquid, et id, quod animum induxerat, paulisper non tenuit, sed cito ad se rediit, meisque honorificentissimis erga se officijs uictus, pluris ea duxit, quam omnem pecuniam. Ego a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortensij legata cognoui. nunc aueo scire, quid hominis sit, et quarum rerum rationem instituat. nescio enim, cur, cum portam Flumentanam Coelius occuparit, ego Puteolos non faciam meos. Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo romanus Piræea scripserim, non Piræeum. sic enim omnes nostri locuti sunt, quamquam in addiderim. non enim hoc ut oppido praeposui, sed ut loco, & tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous nomen rebatur oppidi esse Piræea. sed dere uidero. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco. secutusque sum non dico Caecilium. Mane ut ex portu in Piræeum, (malus enim author latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi. Heri aliquot adolescentuli comimus in Piraeum, & idem. Mercator haec addebat captam esse Sunio, quod si oppida uolumus esse, tam est oppidum Sunium, quam Piraeus. Sed quoniam Gra-

maticus es, si hoc mihi *ζήτημα* persolueris, magna me molestia liberaris. Ille mihi literas blandas mittit, facit idem pro eo Balbus. mihi certum est ab honestissima sententia digritum nusquam, sed scis illi reliquum quantum sit. Putas ne igitur uerendum esse, ne aut obijciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si fortius, quid ad hæc repereris? Soluamus inquis. Age a' Cœlio mutuabimur. hoc tu tamē cōsyderes uel m. puto enī in Senatu, si quando præclare pro Rep. dixerō. Tarte sium istum tuum mihi aduentu urbem Iube sodes numeros curare, quod superest etiam gener est suauis mihi, Tullie, Terētie quantum uis uel ingenij, uel humanitatis satis, reliqua, quæ nosti, ferenda. scis enim, quos aperuerimus. qui omnes, præter de quo per te egimus, reum me facere rentur. ipsis enim expensum nemo offeret. sed hæc coram. nam ista multi sermonis sunt. Tyronis reficiendi, spes est in M. Curio, cui ego scripsi tibi eum gratissimum facturum. Vale. Data V Id. Decembr. a' Pontio ex Trebullano.

## T. P. A T T I C O.

Ionysium flagrantem desyderio tui mihi ad  
 d te, nec mehercule æquo animo, sed fuit concendendum. Quem quidem cognoui cum doctum (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum, plenum officij, studiosum etiam meæ laudis, frugi hominem, ac, ne libertinū laudare uidear, plane uirum bonum. Pompeium uidi IIII Id. Decembr. fuimus una' horas duas fortasse. magna letitia mihi uisus est affici meo aduentu. de triumpho hortari. suscipere par

tuis suas monere, ne ante in Senatum accederē, quā  
 rem confecissem, ne dicendis sententijs aliquem Tribu-  
 num alienarem. Quid quæris? in hoc iudicio, & offi-  
 cio sermonis nihil potuit esse prolixius. De rep. autem  
 ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum habe-  
 remus. nihil ad spem concordie. plane illū ab se alie-  
 natum cum ante intelligeret, tum uero proxime iudi-  
 casset uenisse Hircium a Cæsare, qui esset illi familiaris-  
 simus, ad se non accessisse. & cum ille ad VIII Id.  
 Decembr. uesperis uenisset. Balbus de tota re constitui-  
 set. ad VII Idū ad Scipionem ante lucem uenisse.  
 multa de nocte profectū eē ad Cæsare. hæc illi τικμν  
 πῶδες uidebatur esse alienationis. Quid multa? nihil  
 me aliud consolatur, nisi qđ illū, cui etiā inimici alterū  
 Cōsulatum, fortuna summā potentiā dederat, nō arbi-  
 tror fore tā amentē, ut hæc in discrimen adducat, qđ si  
 ruere cœpit, næ ego multa timeo, quæ nō audeo scribe-  
 re. sed ut nūc est ad III Non. Ian. ad urbē cogito. Vale

## T. P. A T T I C O.

m *Vltas uno tempore accepi epistolas tuas, quæ  
 mihi, quanquā recentiora audiebam ex ijs,  
 qui ad me ueniebant, tamen erant iucundæ.  
 Studium enim, & beneuolentiā declarabant. Inuale-  
 tudine tua moueor, et Pylam in idem genus morbi de-  
 lapsam, curam tibi asserre maiorem sentio. Date igitur  
 operam, ut ualeatis. De Tyrone uideo tibi curæ esse,  
 quem quidem ego, & si mirabilis utilitatis fructum  
 mihi præbet, cum ualet in omni genere negotiorū, uel  
 studiorum meorum, tamen, propter humanitatem, &*

modestiam, malo saluum, quàm propter usum meum. Philogenes mecum nihil unquam de Lusgenio locutus est. de cæteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non uenisse in Arcanum miror. De Chrysippe meum cõsiliu[m] probari tibi non moleste fero. ego in Tusculanum. nihil sane hoc tẽpore deuiũ est τοῖς ἀπαντῶσιν, & habet alia δὲ χρησὰ. Sed de Formiano Taracina[m] prid. Calen. Ian. inde Pontinum sumam. inde Albanum Pompeij. ita ad urbem III Non. natali meo. De rep. quotidie magis timeo. nõ enim boni, ut putant, consentiunt, quos ego equites romanos, quos Senatores uidi? qui acerrime cum cætera, tum hoc iter Pompeij uituperarent. Pace opus est. Ex uictoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet. Sed hæc propediẽ coràm. Iam planè mihi deest quid ad te scribam. Nec enim de rep. quod uterq; nostrum scit, eadem & domestica nota sunt ambobus. Reliquum est iocari, si hic sinat. nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius esse, quod postulat, quàm signa conferri. Sero enim resistimus ei, quẽ per annos decem aluimus cõtra nos. Quid sentis igitur inquis? nihil scilicet nisi de sententia tua, nec prius quidem, quàm nostrum negocium, aut conferimus, aut deposuerimus. Cura igitur, ut ualeas. Aliquando ἀπόρρητε quartanam istam, diligentia, quæ in te summa est.

## T. P. A T T I C O.

P Lanè deest quid ad te scribam. nota omnia tibi sunt. nec ipse habeo à te quid expectem. Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc



quem istuc euntem sine literis dimittamus. De rep. ualde timeo, nec adhuc fere inueni, qui non concedendum putaret Cæsari, quod postularet potius, q̄ depugnandum. Est illa quidem impudens postulatio opinione ualentior. Cur autem nunc primū ei resistamus, ἢ γὰρ ἀντὶ τοῦδε μείζων ἐπιτοκῶν, quā cū quinquenniū prorogabamus, aut cum ut absentis ratio haberetur, ferebamus. nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Dices, quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus. sentiā enim omnia faciendā, ne armis decertetur. dicam idem, quod Pompeius, neq; id faciam humili animo. sed rursus hoc per magnum Reip. malum est, et quodammodo mihi præter cæteros. Non rectum me in tantis rebus à Pompeio dissidere. Vale.

## T. P. A T T I C O.

d Dionysius uir optimus, ut mihi quoq; est perspectus, & doctissimus, tuiq; amantissimus Romam uenit XV Calen. Ian. & literas à te mihi reddidit. Tot enim uerba sunt de Dionysio in epistola tua, illud priuatius non ascribis, et tibi gratias egit. At qui certe ille agere debuit, & si esset factū, quæ tua est humanitas, ascripsisses. mihi autem nulla de eo καλινωδία detur propter superioris epistolæ testimonium. Sit igitur sane bonus uir. Hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiā istam facultatem dedit. Philogenes recte ad te scripsit. Curauit enim, quod debuit. eum ego uti ea pecunia uolui, quoad liceret, itaq; usus est menses XIII Pontinum

cupio ualere, & quod scribis in urbem introisse, uere-  
 or quid sit. nam id nisi graui de causa non fecisset. Ego,  
 quoniam IIII Non. Ian. Compitalitius dies est, no-  
 lo eo die in Albanum uenire molestus familiae, ueniā  
 III Nonarū. Igitur inde ad urbem prid. Non. Tua  
 auis, quem in diem incurrat, nescio, sed prorsus te  
 commoueri incommodo ualitudinis tuae nolo. De hono-  
 re nostro, nisi qd occulte Caesar per Tribunos molitus  
 erit, caetera uidentur esse tranquilla. tranquillissimus  
 autem animus meus, qui totum istud aequi boni facit, &  
 eo magis, qd iam a multis audio constitutum esse Pom-  
 peio, & eius consilio in Siciliam me mittere, quod Im-  
 perium habeam, id est ἀβδῆπιτιμόν. Nec enim Se-  
 natus decreuit, nec populus iussit me Imperium in Si-  
 cilia habere. Sin hoc resp. ad Pompeium refert, qui me  
 magis, quam priuatum aliquem mittat. Ita q, si hoc im-  
 perium mihi molestum erit, utar porta quam primum  
 uidero. nam quod scribis, mirificam expectationē esse  
 mei, neq; tamen quenquam bonorum, aut satis bonoru  
 dubitare, qd sensurus sim, ego, quos tu bonos esse dicat,  
 non intelligo. Ipse nullos noui, sed ita, si ordines bono-  
 rum quaerimus. nam singulares sunt boni uiri, uerum  
 in dissensionibus ordines bonorum, & genera qua-  
 renda sunt. Senatum bonum putas, per quem sine  
 imperio Prouinciae sunt? nunquam enim Curio su-  
 stinisset, si cum eo agi ceptum fuisset, quam sen-  
 tentiam Senatus sequi noluit. Ex quo factum est, ut  
 Caesari non succederetur. An publicanos? qui nun-  
 quam firmi. sed nunc Caesari sunt amicissimi. an fa-  
 neratores? an agricolae? quibus optatissimū est ocium?  
 nisi eos

nisi eos timere putas, ne sub regno sint. quod nunquã,  
 dummodo ociosi essent, recusarunt. Quid ergo exerci-  
 tum retinet is, cum legis dies transierit, rationem habe-  
 ri placet? mihi uero ne absentis quidem, sed, cum id da-  
 tum est, illud una datum est. Annorum decem impe-  
 rium, & ita latum placet. Placet igitur etiã me expul-  
 sum, & agrum campanum petiisse, & adoptatum  
 patricium a Plebeio. Gaditanum a Mitylenæo. et La-  
 bieni diuitiæ, & Lamurræ placent, & Balbi horti, et  
 Tusculanum. sed horum omnium fons unus est. Imbe-  
 cillo resistendum fuit, & id erat facile. Nunc legiones  
 XI equitatus tantus, quantum uolet. Transpadani.  
 Plebs urbana. tot Tr. Pl. tam perditâ iuuentus, tanta au-  
 thoritate Dux. tanta audacia. Cum hoc aut depugnân-  
 dum est, aut habenda e lege ratio. Depugna inquis po-  
 tius, quã seruias. Vt quid? si uictus eris, proscribare,  
 si uiceris tamẽ seruias? Quid ergo, inquis, acturus es?  
 Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequun-  
 tur greges. Vt bos armenta, sic ego bonos uiros, aut eos,  
 quicumq; dicentur boni, sequar, etiã si ruent. Quid sit  
 optimum male contractis rebus plane uideo. nemini  
 est enim exploratum, cum ad arma uetum est, quid fit-  
 turum sit. at illud omnibus, si boni uicti sunt, nec in cæ-  
 de principum clementiorem hunc fore, quã Cinna  
 fuerit, nec moderatiorem, quã Sulla in pecunijs locu-  
 pletiu. ἐμπολιτόω μοι σοι Iandudũ, et facerẽ diutius  
 nisi me lucerna desereret. Ad summam dic M. Tulli.  
 assentiar Cn. Pompeio. i. T. Pomponio. A lexim huma-  
 nissimum puerũ, nisi forte, dũ ego absum, adolescens fa-  
 ctus est (id eni agere uidebatur) saluere iubeas uel m.

Vid opus est de Dionysio tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod & tu soles conglutinare amicitias testimonijs tuis, & illum aliter cum alijs de nobis locutum audiebam. Sed prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. Itaq; ego is in illum sum, quem tu me esse uis. Diem tuum ego quoq; ex epistola quadam tua, quã incipiente febricula scripseras mihi notaueram, et animaduertentem posse, pro re nata, te non incommode ad me in Albanũ uenire III Nonarũ Ian. Sed amabo te nihil incõmodo ualetudinis feceris. Quid enim est tantum in uno, aut altero die? Dolobellam uideo Liuiæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente. sed iuberi mutare nomen, est πολιτικὸν σκέμμα, rectumne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. sed id φιλοσοφώτερον διακρινῶ μιν, cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente. Quod putas fore, ut ante, quàm istuc uenirem, Pompeium uiderem, factum est ita. nam sexto Calen. ad Lauernium me consecutus est. Vnã Formias ueninus, & ab hora octaua ad uesperũ secretò collocuti sumus. Quod queris, ecquæ spes pacificationis sit. quantum ex Pompeij multo, & accurato sermone perspexi, ne uoluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille uel dimisso exercitũ Cos. factus sit σύγχισιν τῆς πολιτείας fore. atq; etiã putat eum, cum audierit contra se parari diligenter, Consulatum hoc anno neglecturum, ac potius exercitum, Prouinciãq;

tum, Prouinciamq; retenturum. Sin autem ille fureret, uehementer hominem contemnebat, & suis, & reip. copijs cōfidebat. Quid quæris? et si mihi crebro ὕπνος vñδυμος occurrebat, tamen leuabar cura, uirum fortem, & peritum, & plurimum auctoritate ualentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatæ periculis differentem. Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam X Cal. Ian. in qua erat accusatio Pompeij usq; a toga pura. querela de damnatis. terror armorum. In quibus ille quid censes, aiebat, facturum esse ipsum, si in possessionē reip. uenerit, cum hæc quæstor eius infirmus, & inops audeat dicere? Quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam time re uisus est. Ex illa autem sententia ira relinquendæ urbis mouet hominem, ut puto. Mihi autem illud molestissimum est, quod soluendi sunt numi Cæsari, & instrumentum triumphi eod' conferendum. Est enim ἀμορφον ἀντιπολιτευόμενον χρωφειλέτην esse. Sed hæc, & multa alia coram. Quotidie ne inquis à te accipiendæ literæ sunt? si habebo, cui dem quotidie. at iã ipse ades. Tum igitur, cum uenero, desinam. Vnas uideo mihi à te non esse redditas, quas Len. Quintius familiaris meus cum ferret ad Bustum Basilij, uulneratus, et despoliatus est. Videbis igitur nunquid fuerit in his, quod me scire opus sit. Et si multo hoc διακρινήσεις πρόβλημα sane πολιτικόν cum sit necesse aut haberi Cæsaris rationem, illo exercitum uel per Senatum, uel per Tr. Pl. obtinente, aut persuaderi Cæsari, ut tradat Prouinciam, atq; exercitum, & ita Cos. fiat. Aut si id ei nõ persuadeatur, haberi comitia sine illius

ratione illo patiente, atque obtinente Prouinciam. aut  
 si per Tr. Pl. non patiat, tamen quiescat rem adduci  
 ad interregnum. Aut si ob eam causam, quod ratio eius  
 non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo con-  
 tendere. Illum autem initium facere armorum, aut sta-  
 tim nobis munus paratis, aut tum cum comitijs amicis  
 eius postulantibus, ut e lege ratio haberetur, impetra-  
 tum non sit. Ire autem ad arma aut hanc unam ob cau-  
 sam, quod ratio non habeatur, aut addita causa, si forte  
 Tr. Pl. Senatui impediens, aut populum incitans no-  
 tatus, aut S. C. circumscribitus, aut sublatus, aut expul-  
 sus sit, dicensue se expulsus ad illum confugerit. Su-  
 scepio autem bello, aut tenenda sit urbs, aut ea relicta,  
 ille à comitatu, & reliquis copijs intercludendus.  
 Quid horum malorum, quorum aliquod certe subeun-  
 dum est minimum putes? Dices profecto persuaderi il-  
 li, ut tradat exercitum, & ita Cos. fiat. est omnino id  
 eiusmodi, ut si ille eò descendat, contradici nihil possit,  
 idq; eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis ex-  
 ercitus non facere miror. Nobis autem, ut quidam pu-  
 tant, nihil est timendum magis, quam ille Cos. At sic  
 malo inquires, quam cum exercitu certe. Sed istuc ipsum  
 sit. O magnum malum putat aliquis, neq; ei remediū  
 est ullum. cedendum est, si uolet id. Vide Cos. illum, ite-  
 rum, quem uidisti consulatu priore. at tum imbecillus  
 plus inquis ualuit, quam tota res p. Quid nunc putas?  
 & eo Cos. Pompeio certum est esse in Hispania. O re-  
 miseram. siquidem id ipsum deterrimum est, quod re-  
 cusari non potest, & quod ille si faciat, iam cum bonis  
 omnibus summam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc,  
 quo illum

quo illum posse adduci negant. De reliquis, quod est deterrimum? illi concedere, quod, ut idem dicit, impudentissime postulat. nam quid impudentius? Tenuisti Prouinciam per decem annos non tibi à Senatu, sed à te ipso per uim, & per factionem datos. Præterit tempus legitimum, ut suæ datur, decernitur. impedis, & ais habe mei rationem, habe nostrum exercitum tu, habeas diutius, quam populus iussit inuito Senatu. depugnes oportet, nisi concedis. cum bona quidem spe ut ait idem, uel uincendi, uel in libertate moriendi. Iam si pugnandum est, quo tempore in casu, quo consilio in temporibus situm est. Ita que te in ea quæstione nõ exerceo. Ad ea, quæ dixi, affer, siquid habes. equidem dies, noctesq; torqueor. Vale.

## T. P. ATTICO.

Ubito consilium cepi, ut ante, quam luceret, exirem, nequi conspectus fieret, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis. De reliquo, neque hercule quid agam, nec acturus quid sim, scio, ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilij. Tibi uero quid suadeam, cuius ipse consilium expecto? Cneus noster, quid consilij ceperit, capiat'ue, nescio, adhuc in oppidis coarctatus, sed stupent omnes. Si in Italia consistat, erimus un.à. sin cedit, consilij res est adhuc incerti. Nisi ego insanio, stulte omnia, & incaute agi iudico. Tu quæso ad me crebro scribe, uel quod in buccam uenerit. Vale.

Væso quid hoc est, aut qd agitur? mihi enim  
 q tenebræ sunt. Cingulum inquit nos tenemus.  
 Anconem amisimus. Labienus discessit ab  
 Cæsare. Vtrū de impatore populi R. an de H. inibale  
 loquuntur? O hominem amentem, & miserum, qui ne  
 umbram quidem unquam τῶ καλῶ uiderit. atq;  
 hæc ait omnia se facere dignitatis causa. Vbi est autem  
 dignitas, nisi ubi honestas? Num honestum igitur habe-  
 re exercitum nullo publico consilio? Occupare urbes ci-  
 uium, quo facilior sit aditus ad patriam χερῶν ἀποου-  
 πίας, φυγάδων καθόδου sexcenta alia scelera moliri  
 τὴν θεῶν μέγιστην ὥστ' ἔχρῆν τυραννίδα. Sibi habeat suā  
 fortunam. Vnam mehercule tecum apricationem in il-  
 lo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi  
 regna, uel potius mori nullies, quàm semel illiusmodi  
 qcq; cogitare. Quid si tu uelis inquis? Age quis est, cui  
 uelle nō liceat? Sed ego hoc ipsum uelle miserius esse du-  
 co, q̄ in crucem tolli. Vna res est ea miserius, adipisci,  
 quod ita uolueris. sed hæc hæctenus. Libenter enim in  
 his molestijs ἐργαζάω. Redeamus ad nostrum. per  
 fortunas quale tibi cōsiliū Pompeij uidetur? Hoc quaero,  
 quod urbem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ. Tum  
 nihil absurdius urbē tu relinquant? Ergo ijdem si Galli  
 uenirent. Non est inquit in parietibus resp. at in aris,  
 & focis. fecit idem Themistocles. fluctum enim totius  
 barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem Peri-  
 cles non fecit annum ferè post quinquagesimum cum  
 præter moenia nihil teneret. Nostri olim urbe reliqua  
 capta arcem



*αἰπτα, arcem tamen retinuerunt ἔτω που τῶν ἔμπρο  
 θεν ἐπιθυμῶν μεθα. Rursus autem ex dolore muni-  
 cipali, sermonibusq; eorum, quos conuenio, uidetur hoc  
 consilium exitium habiturum. Mira hominum quere-  
 la est. nescio istuc. sed facies, ut sciam sine magistratibus  
 urbem esse, sine Senatu. Fugiens deniq; Pompeius mira-  
 biliter homines mouet. Quid quæris? alia causa facta  
 nihil iam concedendum putant Cæsari. Hæc tu mihi  
 explicat, qualia sint. ego negotio præsum nõ turbulento.  
 Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campa-  
 nia, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem  
 delectus, & negocij summa referatur. Itaque uagus esse  
 cogitabam. te putoi iam uidere, quæ sit ratio uicæ Cæsa-  
 ris. qui populus. qui totius negocij status. ea uelim scri-  
 bas ad me. Et quoniam quidem mutabilia sunt, quam  
 sæpissime. acquiesco enim & scribens ad te, & le-  
 gens tua. Vale.*

## T. P. A T T I C O.

Nam adhuc à te epistolam acceperam datã  
 XII Calendarum Iun. in qua significaba-  
 tur, aliam te ante dedisse, quam non accepe-  
 ram. sed quæso, ut scribas, quam sæpissime, non modo  
 siquid scies, aut audieris, sed etiam siquid suspicabere.  
 maximeq; quid nobis faciundum, aut non faciundum  
 putas. nam quod rogas, curem, ut scias, quid Pompeius  
 agit, ne ipsum quidem scire puto. nostrum quidem ne  
 mo. Vidi Lentulum Cos. Formijs X Cal. Iun. uidi Li-  
 bonem. plena timoris, & erroris omnia. Ille iter lati-  
 num, ibi enim cohortes, & Luceria, & Theani, reli-

quâq; in Apulia. Inde utrum consistere uspiam uelit,  
 an mare transire, nescitur. Si manet, uereor ne exerci-  
 tum firmum habere non possit. Sin discedit quò, aut  
 quâ, aut quid nobis agendum sit, nescio. nam istum qui  
 dem cuius φαλαριον μὲν times, omnia teterrime fa-  
 cturum puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus,  
 magistratumq; discessus, nec ærarium clausum tar-  
 dabit. Sed hæc, ut scribis, cito sciemus. Interim uelim,  
 mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Ac-  
 quiesco enim, & tuas uolo elicere literas, maximèq; cõ-  
 siliium, quid agam, aut quo pacto geram. dimittam ne  
 me penitus in causam. Non deterreor periculo, sed dis-  
 rumpor dolore, tam nullo consilio, aut tam contra meum  
 consilium gesta esse omnia. An cuncter, & tergueser,  
 et ijs me dem, qui tenent, qui potiùtur αἰδέομαι τρωάς  
 nec solum cuius, sed etiã amici officio reuocor. & sic frã-  
 gor sæpe misericordia puerorum. ut igitur ita pertur-  
 bato, etsi te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maxi-  
 me, si Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum pu-  
 tes. M. quidem Lepidus (nam fuimus unã) eum finem  
 statuit. L. Torquatus eundem. Me cum multa, tum etiã  
 Lictores impediunt. nihil uidi unquam, quod minus  
 explicari posset. Itaq; à te nihil dum certi exquiro, sed  
 quid uideatur. Deniq; ipsam ἀπορίαν tuam cupio  
 cognoscere. Labienum ab illo discessisse propemodum  
 constat. Si ita factum esset, ut ille Romam ueniens ma-  
 gistratum, & Senatam Romæ offenderet, magno usui  
 causæ nostræ fuisset. Damnaße enim sceleris hominẽ  
 amicum reip. causa uideretur, quod nunc quoque ui-  
 detur, sed minus prodest. Non enim habet, cui profit,

tumq; arbitror poenitere. nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum. nos quidem pro certo habebamus. & uelim (quanquam, ut scribis, domesticis te finibus tenes) formam mihi urbis exponas, & quod Pompeij desiderium, & quæ Caesaris iniuria appareat, etiam quod censeas de Terentia, & Tullia. Romæ eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. Et hæc, et siquid aliud, ad me scribas uelim, uel potius scriptites. Vale.

## T. P. A T T I C O .

E uennonianis rebus tibi assentior. Labienum τρωχ̄ iudico facinus iandiu nullum civile præclarium, qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem, sed etiam ad summum profectum aliquid puto. Amo etiam Pisonem, cuius iudicium de genere suspicor uisumiri graue, quanquam genus belli, quod sit, uides. Ita civile est, ut non ex ciuili dissensione, sed ex unius perditæ ciuis audacia natum sit. Is autem ualet. Exercitum tenet multa spe, & promissis. omnia omnium concupiuit. Huic tradita urbs est, nulla ea præsidio. referta copijs. Quid est, quod ab eo non metuas? qui illa templa, & tecta non patriam, sed prædam putet? Quid autem sit acturus, aut quomodo, nescio, sine Senatu, sine magistratu, ne simulare quidem poterit quicquam πολιτικῶς. Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando? quorum dux, quàm uis patrijos, tu quoque animaduertis, qui ne Picena quidem nota fuerint. quàm item sine consilio res fiet. Vt enim alia omittam decem annorum peccata,

quæ conditio non huic fugæ præstitit. Nec uero nunc  
 quid cogitet, scio, ac non desino per literas sciscitari? Ni-  
 hil esse tardius constat. nihil perturbatius. Itaque nec  
 præsidium, cuius parandi causa ad urbem retentus est,  
 nec locum, ac sedem præsidij ullam uideo. Spes omnis  
 in duabus inuidiose retentis pene alienis legionibus.  
 nam delectus adhuc quidem inuictorum est, & à pu-  
 gnando abhorrentium. Conditionum autem amissum  
 tempus est. Quid futurum sit, non uideo. commissum  
 quidem à nobis certe est, siue à nostro Duce, ut è portu  
 sine gubernaculis egressi, tempestate nos traderemus.  
 Itaque de Ciceronibus nostris dubito, quid agam. nam  
 mihi interdum emandandi uidentur in Græciam. De  
 Tullia autem, et Terentia, cum mihi barbarorum ad-  
 uentus ad urbem proponitur, omnia timeo. Cum autem  
 Dolobella uenit in mentem. paulum respiro. sed uelim  
 consyderes, quid faciendum putes. Primum πρὸς τὸ  
 ἀσφαλές. Aliter enim mihi de ipsis, ac de me ipso con-  
 sulendum est. deinde ad opiniones ne reprehendamur,  
 quod eas Romæ uelimus esse in communi bonorum fugat-  
 quin etiam tibi, & Peduceo (scripsisti enim ad me) quod  
 faciatis uidendum est. Is enim splendor est uestrum, ut  
 eadem postulentur à uobis, quæ ab amplissimis ciuibus.  
 sed de hoc tu uidebis. quippe cum de ipso, ac de me ista  
 consyderare uelim. reliquum est, ut & quid agatur,  
 quoad poteris, explores, scribasque ad me, & quid ipse  
 coniectura assequare, quod etiam à te magis expecto.  
 nam acta omnibus ijs nutiantibus à te expecto futura  
 μὲν τὸ δὲ ἀπίστος, loquacitati ignosces, quæ & me le-  
 uat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas.

Enigma oppiorum ex Velia planè non intellexi. est enim numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum enigma. Oppios enim de Velia Sanctones dicis in eo aestu, aut die, quo aperto reliqua patebant, & cum Terentiae summa congruebant. L. Caesarem uidi Minturnis ad VIII Calendarum Febr. mane cum absurdissimis mandatis non hominem, sed Scopas solutas, ut id ipsum mihi ille uideatur irridendi causa fecisse, qui tãtis de rebus huic mandata dederit, nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus sit. Labienus uir mea sententia magnus, Theanũ uenit ad VIII Calendarum Febr. ibi Pompeium, consulesq; conuenit. qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciã. Pompeius ab Theano Larinum uersus profectus est, ad VIII Calendarum. Eo die mansit Venafræ. Aliquantum animi uideatur nobis attulisse Labienus. sed ego nondum habeo, quid ad te ex his locis scribam. ista magis expecto, quod illinc afferatur. quo pacto de Labieno ferat. quid agat Domitius in Marsis. Si singuli Thermus P. Acius Cinguli. quæ sit populi urbani uoluntas. quæ tua coniectura de rebus futuris. hæc uelim crebro, & quid tibi de mulieribus nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed dictaui propter lippitudinem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

4 D VI Calendarum Feb. Capuam Calibus proficiscens, cum leuiter lippirem, has literas dedi. L. Caesar mandata Caesaris detu-

lit ad Pompeium ad VIII Calendarum. Cum is es-  
 set cum Coss. Theani. Probata conditio est, sed ita, ut il-  
 le de his oppidis, quæ extra suam Prouinciam occu-  
 pauisset, præsidia deduceret. Id si fecisset, respõsum est  
 ad urbem nos redituros esse, & rem per Senatum con-  
 fecturos. Spero etiam in præsentia pacem nos habere.  
 nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum  
 suppoenitet. Me Pompeius Capuam uenire uoluit, &  
 adiunare delectum. in quo parum prolixè respondet  
 Campani Coloni. Gladiatores Cæsaris Capuæ sunt,  
 de quibus ante ad te falsum ex Torquati literis scripse-  
 ram. Sane commode Pompeius distribuit binos singu-  
 lis patribus familiarum. Scutorum in Ludo M. fue-  
 runt, bis eruptionem facturi dicebantur. Sane multum  
 in eo reip. prouisum est. De mulieribus nostris, in qui-  
 bus est tua soror, quæso uideas utrum satis honestum  
 nobis sit, eas Romæ esse, cum cæteræ ulla dignitate di-  
 scesserint. Hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. ue-  
 lim eas cohortere, ut exeant, præsertim cum ea præsi-  
 dia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in  
 his pro re nata non incommode possint esse. Nã siquid  
 offendimus in genero nostro, quod quidem ego præsta-  
 re non debeo, id fit maius, quod muliæres nostræ præ-  
 ter cæteras Romæ remanserunt. Tu ipse cum Sexto scã-  
 re uelim, quid cogitas de exeundo, de tota q; re quid exi-  
 stimes. Pacem quidem hortari non desino, quæ uel in-  
 iusta utilior est, quàm iustissimum bellum in ciuibus.  
 Sed hæc, ut fors tulerit. Vale.

## T. P. A T T I C O.

T ab urbe discessi nullum adhuc intermisi  
 u diem, quin aliquid ad te literarum darem,  
 non quo haberem magnopere quid scribe-  
 re, sed ut loquerer tecum absens, quo mihi, cum coram  
 id non liceret, nihil est iucundius. Capuam cum uenif-  
 sem ad VI Calendarum pridie, quam has literas de-  
 di, Coss. conueni, multosq; nostri ordinis. Omnes cupie-  
 bant Cæsarem abductis præsijs stare conditionibus  
 his, quas tulisset. uni Fauonio leges ab illo nobis im-  
 poni non placebat, sed is auditus in consilio. Cato enim  
 ipse iam seruire, quam pugnare mauult, sed tamē ait  
 in Senatu se adesse uelle, cum de conditionibus agatur.  
 Si Cæsar adductus sit, ut præsidia deducat, ita quod  
 maxime opus est, in Siciliam ire non curat, quod metu-  
 it, ne absit. In Senatu esse uult. Posthumus autē, de quo  
 nouitatem Senatus decreuit, ut statim in Ciliciam  
 iret, Eufanoq; succederet, is negat se iturum sine Ca-  
 tone, et suam in Senatu operam, authoritatemq; quam  
 magni aestimat. Ita res ad Fannium peruenit. Is cum  
 imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus  
 nostris summa uarietas est. Pleriq; negant Cæsarem  
 in conditione mansurum, postulataq; hæc ab eo in-  
 terposita esse, quo minus, quod opus esset, ad bellum,  
 a nobis pararetur. Ego autem eum puto facturum,  
 ut præsidia deducat, uicerit enim. si Cos. factus fue-  
 rit, & minori scelere uicerit, quam quo est ingressus.  
 sed accipienda plagæ est. sumus enim flagitiose impa-  
 rati cum a militibus, tū a pecunia, quæ quæ omnē nō

modo priuatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, quæ in ærario est, illi reliquimus. Pompeius ad legiones Actianas est profectus. Labienū secum habet. Ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuo recipere cogitabam. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Mners arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam. Demandatis Cæsaris, aduentūq; Labieni, & responsis Coss. ad Pompeium scripsi. ad te literis his, quas ad V Calendarum Capuæ dedi. Plurāq; præterea in eandem epistolam conieci. Nunc has expectationes habemus duas. Vnam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit ea, quæ referenda ad illum data sunt L. Cæsari. Alteram, quid Pompeius agat, qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitum habiturum, spemq; affert, si in Picenum agrum ipse uenerit, nos Romā redituros esse. Labienum secum habet non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarū, cuius aduentu Cn. noster multo animi plus habet. Nos à Coss. Capuam uenire iussi sumus ad Non. Feb. Capua profectus sum Formias ad III Calendarum eo die, cum Calibus tuas literas hora ferè nona accepissem, has statim dedi. De Terentia, & Tullia tibi assentior, ad quas scripseram, ad te ut referrent. si nō dum profectæ sunt, nihil est, quod se moueant, quo ad perspiciamus, quo loco sit res. Tuae literæ mihi gratæ, iucundæq; sunt. De pueris in Græciā transportandis, tum cogitabā cum fugā ex Italia quaeriri uidebatur.



ri uidebatur. nos enim Hispaniam peteremus, illis hoc  
 aequè commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam  
 nunc mihi uideris Romæ recte esse posse. Etenim mini-  
 me amici Pompeio nostro esse debetis. nemo enim un-  
 quam tantum de urbanis præsijs detraxit. Vides ne  
 me etiam iocari? Scire te iam oportet, L. Cæsar quæ re-  
 sponsa referat à Pompeio, quasq; ab eodem ad Cæsa-  
 rem ferat literas. Scriptæ enim, & ita datæ sunt, ut  
 proponerentur in publico. in quo accusari mecum ipse  
 Pompeium, qui, cum scriptor Luculētus esset, tantas res,  
 atq; eas, quæ in omnium manus uenturæ essent, Sexto  
 nostro scribendas dederit. Ita q; nihil unq; legi scriptū  
 σενωδ' ε' σενωδ'. Perspici tamen ex literis Pompeij po-  
 test, nihil Cæsari negari, omniaq; & cumulate, quæ  
 postulet dari, quæ ille amentissimus fuerit, nisi acce-  
 rit, præsertim cum impudētissime postulauerit. Quis  
 enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si  
 præsidia dimiserit? tamen conceditur, minus honeste  
 nunc quidem, uiolata iam ab illo rep. illatoq; bello, q̄  
 si olim de ratione habenda impetrasset, & tamen ue-  
 reor, ut his ipsis contentus sit, nam, cum ista mandata de-  
 disse. L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum re-  
 sponsa referrentur. Dicitur autem nunc esse acerrimus.  
 Trebatius quidem scripsit, se ab illo IX Cal. Febr.  
 rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem. ni-  
 hil ei me gratius facere posse. Hæc uerbis pluribus in-  
 tellexi ex dierum ratione, ut primum de discessu no-  
 stro Cæsar audisset, laborare eū cœpisse, ne omnes ab  
 essemus. Itaq; nō dubito, quin ad Pisonem, quin ad Ser-  
 uium scripserit. Illud admiror non ipsum ad me scri-

psisse, non per Dolobellā, non per Caelium egiſſe, quā  
 non aſpernor Trebatij literas, a quo me unice diligis  
 ſcio. Reſcripſi ad Trebatium, nam ad ipſum Caſarē,  
 qui mihi nihil ſcripſiſſet, nolui, quā illud hoc tempo  
 re eſſet difficile, me tamen in prædijs meis eſſe, neq; dele  
 ctum ullum, neq; negociū ſuſcepſiſſe. in quo quidē ma  
 nebo, dum ſpes pacis erit. ſi bellum geretur, nō deero  
 officio, nec dignitati meæ, pueros <sup>ἐπεκτέ</sup> meos in  
 Græciam. Totam enim Italiam flagraturā bello in  
 telligo. Tantum malum excitatum partim ex impro  
 bis, partim ex inuidijs ciuibus. Sed hæc paucis diebus  
 ex illius ad noſtra reſpōſa reſpōſis intelligentur, quor  
 ſum euasura ſint. Tum ad te ſcribam plura, ſi erit bel  
 lum. ſi autem etiam induciæ, te ipſum, ut ſpero, uide  
 bo. Ego IIII Non. Febr. quo die has literas dedi in For  
 miano, quo Capua redieram, muliēres expectabam,  
 quibus quidem ſcripſeram, tuis literis admonitus, ut  
 Romæ manerent. ſed audio maiorem quēdam in urbe  
 timorē eſſe. Capuæ Non. Febr. eſſe uolebā, quia Coſſ.  
 iuſſerant. Quicquid huc erit à Pompeio allatum, ſta  
 tim ad te ſcribam, tuasq; de iſtis rebus literas expe  
 ctabo. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Varto Non. Febr. muliēres noſtræ Formiās  
 q uenerunt, tuasq; erga ſe officia plena tui ſua  
 uiffimi ſtudiij attulerunt, eas ego quo ad ſci  
 remus utrū turpe pace nobis, an miſere bello eſſet utē  
 dum, in Formiano eſſe uolui, & una Ciceroſes. Ipſe  
 cum fratre Capuam ad Coſſ. (Nonis enim adeſſe iuſſe  
 ſumus.

sumus) Tertio Non. profectus sum, cum has literas dedi. responsa Pompeij grata populo, & probata concioni esse dicuntur. Ita putaram, quæ quidem si ille repudiarit, tacebit, si acceperit. Vtrum igitur inquires, maioris responderem, si quem admodum parati essemus, scirem. Cassium erat hic auditum, expulsam Anconæ, eamq; urbem à nobis teneri. Si bellum futurum est, negotium utile. Cæsarem quidem L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrime delectum habere. Loca occupare. uincere præsidijs. O perditum Latronem. uix ullo ocio compensandam hanc reip. turpitudinē. Sed stomachari desinamus. tempori pareamus. cum Pompeio in Hispaniã eamus. Hæc opto in malis, quoniã illius alterum consulatum à rep. ne data quidem occasione, repulimus. Sed hæc hæctenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere. sed ita constitui expectare responsa Cæsaris, ut si ad urbem rediremus, ibi nos expectaret, sin tardius id fieret, tum eum acerferemus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga. quid docto homine, & amico dignum fuerit, cum præsertim rogatus esset. Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. Tu tamen uidebis, si erit (quod nolim) acersendus, ne sit molestissimus, inuitoq; fratre. Frater laborat, ut ibi, quod debet, ab Egnatio, soluat, nec Egnatio uoluntas deest, nec parū locuples est. sed cū tale tempus sit, ut Quintus Ticinius (multū enim nobiscū est) uaticum se neget habere, idemq; debitoribus suis denūtiarit, ut eodē foenore uterētur, atq; hoc idē etiã L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tēpore, aut domi numos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio

aut uerſurã uſquã facere poſſit, miratur te non habuiſſe rationem huius publicæ difficultatis. Ego autem, et ſi illud τὰ δὲ οἰῶ μίτρος (ita enim putatur) obſeruo, μὴ δὲ δοικα, præſertim in te, à quo nihil unquã uidi temere fieri, tamen ne illius querela mouebar. Hoc quicquid eſt, te ſcire uolui. Cura, ut ualeas.

## T. P. A T T I C O.

Nil habeo quod ad te ſcribam, quin etiam  
 n eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. erat enim plena ſpei bonæ, quã  
 & concionis uoluntatem audieram, & illum conditio nibus uſurum putabã, præſertim ſuis. Ecce tibi IIII Non. Febr. mane, accepi literas tuas, Philotimi, Furnij, Curionis ad Furium, quibus irridet L. Cæſaris legationem. Planè oppreſſi uidemur, nec quid conſilij capiã, ſcio. nec mehercule de me laboro. de pueris quid agam, non habeo. Capuã tamen proficiſcebar hæc ſcribens, quo ſacilius de Pompeij rebus cognoscereẽ. V ale.

## T. P. A T T I C O.

Reuiloquentem iam me tempus ipſum facit.  
 b pacem enim deſperauit. Bellum noſtri nullum adminiſtrant. Caue enim putes quicquam eſſe minoris hiſ Coss. quorum ego ſpe audiendi aliquid, & cognoscendi noſtri apparatus, maximo imbr̄i Capuam ueni prid. Non. ut eram uſſus. Illi autem non dum uenerant, ſed erant uenturi, inanes, imparati. Cn. autem Luceriæ dicebatur eſſe, & adire cohortes Legionum uicinarum non firmiſſima<sup>rum</sup>. At illum

rum. At illum ruere nuntiant, & iam iamq; adesse, nō, ut manum conserat (qui cum enim?) sed, ut fugam intercludat. Ego autem in Italia *κῆς οὐναποθαυεῖν*, nec te id consulo, sin extra, quid ago? ad manendum hyems, liētores improuidi, & negligentes Duces. ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum. turpitudine coniungendi cum Tyranno. Qui quidem incertū est Phalarim ne, an Pisistratū sit imitaturus. Hæc uelim explices, & me iuues consilio. Etsi te ipsum istuc iam carere puto. sed tamen quantum poteris. Ego siquid hic hodie noui cognoro, scies. iam enim aderūt Coss. ad suas nonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad has autē, cum poteris, rescribas. Mulieres, & Cicerones in Formiano reliqui. Vale.

## T. P. A T T I C O.

E malis nostris tu prius audis, quā nos, d istinc enim emanant. boni autem hinc quod expectes, nihil est. Veni Capuam ad Nonas Febr. ita ut iusserant Coss. Eo die Lentulus uenit sero, alter Cos. omnino non uenerat VII Iduum. Eo enim die ego Capua discessi, & mansi Calibus. Inde has literas postridie ante lucem dedi. Hæc, Capuæ dum fui, cognoui. Nihil in Coss. nullum usquā delectum, nec enim conquisitores *φαινοπροσωπεῖν* audent, cum ille adsit, contra quem noster dux misquam sit, nihil agat, nec nomina dant. deficit enim non uoluntas, sed spes. Cn. autem noster. (O rem miseram & incredibilem) ut totus iacet. non animus est. non consilium. non copie. non diligentia. Mitto illam fugam ab urbe tur-

pissimam. timidissimas in oppidis conciones. ignorantio-  
 nem non solum aduersarij, sed etiam suarum copia-  
 rum. Hoc cuiusmodi est? VII Iduum Febr. Capuam  
 C. Cassius Tr. Pl. uenit. attulit m̄adata ad Cos. ut Ro-  
 mam uenirent, pecuniam de sanctiore aerario aufer-  
 rent, statim exirent urbe relicta. redeant, quo prae-  
 sidio? deinde exeant, q̄s sinat? Cos. ei rescripsit, ut prius  
 ipse in Picenum. At illud totum erat amissum. sciebat  
 nemo prae-ter me ex literis Dolobellae. Mihi dubium nō  
 erat, quin ille iam, iamq; foret in Apulia. Cn. noster  
 in nauim. Ego quid agam? οὐκ ἔμμεα magnum, neq;  
 mehercule mihi quidē ullum, nisi omnia esse acta tur-  
 pissime. Neq; ego ullius consilij particeps, sed tamen q̄  
 me deceat. Ipse me Caesar ad pacem hortatur. sed anti-  
 quiores literae, quā uere cepit. Dolobella, Caelius  
 me illi ualde satisfacere, nira me ἀπορία torquet.  
 Iuua me consilio, si potes, & tamen ista quantum potes,  
 prouide. Nihil habeo tanta rerum perturbatione, quod  
 scribam. Tuas literas expecto. Vale.

## T. P. ATTICO.

Edem in Italia uideo nullum esse, qui non  
 in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil,  
 eumq; nisi in nauim se contulerit, exceptum  
 iri puto. O celeritatem incredibilem. Huius autem no-  
 stri. Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo  
 angor, & crucior. Tu eadem non sine causa times, non  
 quo minus quicquam Caesari expediat ad diuturnita-  
 tem uictoriae, & dominationis. sed uideo, quorum ar-  
 bitrio sit acturus. Recte sic censeo cedendum de oppi-  
 dis ijs.

dis ijs. egeo consilij. quod optimum factu uidebitur, facies. cum Philotimo loquere, atque adeo Terentiam habebis Idibus. Ego quid agam? qua aut terra, aut mare persequar eum, qui ubi sit, nescio? Et si terra quidem, qui possum? mari, quo traiciam? Igitur istic me fac posse tuto. Multi enim hortantur, num etiã honeste. Nullo modo quidem à te petam consilium, ut soleo. Explicari res non potest, sed tamen si quid in mentem uenit, uelim scribas. & ipse quid sis acturus. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vinto Iduum Febr. uesperis e' Philotimo literas accepi. Domitium exercitum firmum habere. Cohortes ex Piceno, Lentulo, & Thermo ducentibus, cum Domitij exercitu coniunctas esse. Cæsarem intercludi posse, eumq; id timere. bonorum animos recreatos, Romæ improbos quasi percussos. Hæc metuo equidẽ, ne sint insomnia. sed tamen M. Lepidũ, L. Torquatium, C. Cassium Tr. Pl. (Ii enim sunt nobiscum, id est in Formiano) Philotimi literæ ad uitam reuocarunt. Ego autem illa metuo, ne ueriora sint, nos omnes pene iam captos esse. Pompeium Italia cedere, quem quidem (ò rem acerbam) persequi Cæsar dicitur. Persequi Cæsar Pompeium? Quid? ut interficiat? O me miserum, & non omnes nostra corpora opponimus? In quo tu quoque ingemiscis, Sed quid faciamus? uicti, oppressi, capti plane sumus. ego tamen Philotimi literis lectis mutavi consilium de mulieribus, quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam,

sed mihi uenit in mentem, multum fore sermonem, ne iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei relictus esse, quod mulieres reuertissent. De me autem ipse tibi assentior, ne me dem incertæ, & periculosæ fugæ, cum rei p. nihil prosim, nihil Pompeio, pro quo emori tum pie possum, tum libenter. Manebo igitur, et si uiuere non liceat. Quod quaeris, hic quid agatur, tota Capua, & omnis hic delectus iacet. desperata res est. in fuga omnes sunt, nisi qd eiusmodi fuerit, ut Pompeius istas Domitij copias cum suis coniungat. Sed uidebamur omnia biduo, triduo uel scituri L. Cæsaris literarum exemplum tibi misi. rogatas enim, cui nos ualde satisfacere multi ad me scripserunt. Quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Hilitim literæ me quidem nõ nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt.

Ecce postridie Cassij literæ Capua à Lucretio familiari eius, Nigidium à Domitio Capuam uenisse, eum dicere, Vibullium cum paucis militibus e' Picensino currere ad Cn. confestim insequi Cæsarem. Domitium non habere militum uim. Idem scripsit Coss. Capua discessisse. Nõ dubito quin Cn. in fuga sit. modo effugiat. A consilio fugiendi, ut tu censes, absum. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Um dediſsem ad te literas tristes, & metuo, ne ueras de Lucretij ad Cassium literas Capuam



puam missis. Cephalius uenit ad nos. attulit etiã à te literas hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis, Pompeiũ exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaq; quæ nolim. Rem miseram. malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam, nisi illud? eum nescisse. neq; enim erat difficile hoc nescisse. Erat enim ars difficilis recte remp. regere. Sed iam, iamq; omnia scimus, & scribemus ad te statim. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vnc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior. ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis, quæ Roma afferuntur, de Domitio, de Picenũm cohortibus. omnia erant facta hoc biduo lætiora. Ita que fuga, quæ parabatur repressa est. Cæsaris interdicta. Si te secundo lumine hic offendero, respuentur. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amantissima admones, ut me integrum, quoad possim, seruem, gratum est. Quod addis, ne propensior ad turpem causam uidear, certe uideri non possum. Ego me Ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse, non quin rectum esset, sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Plane eum, cum noster de altero consulari referret, & triumphum, at quibus uerbis? prorsus gestis amplissimis, inimicum habere noluerã. Ego scio & quem metuam, et quam ob rem. Sin erit bellum, ut uideo fore, partes meæ non desyderabuntur. De HS  
XX nullibus Terentia tibi rescripsit. Dionysio dum

existimabam uagos nos fore, nolui molestus esse. Tibi autem crebro ad me scribēti de eius officio, nihil rescripsi, quod diem ex die expectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. Nunc, ut uideo, pueri certe in Formiano uidentur hyematuri, num et ego? ne scio. Si enim erit bellum, cum Pompeio esse constitui. quod habebo certi, faciā, ut scias. Ego bellum foedissimum futurum puto, nisi qui (ut tu scis) parthicus casus extiterit. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
OCTAVVS.

T. P. A T T I C O.

Um ad te literas dedissem, redditæ mihi literæ sunt à Pompeio. Cætera de rebus in Piceno gestis, quæ ad te Vibullius scripsisset de delectu Domitij, quæ sunt uobis nota. nec tamen læta erant in his literis, quas ad me Philotimus scripserat. Ipsam tibi epistolam misissem, sed iam subito fratris puer proficiscebatur. cras igitur mittam. Sed in ea Pompeij epistola erat in extremo ipsius manu. Tu censeo Luceriam uenias. nusquam eris tutius. Id ego in eam partem accepi. Hæc oppida, atq; oram maritimam illum pro derelicto habere. nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ei statim rescripsi, hominemq; certum nisi de comitibus meis, nõ me quaerere, ubi tutissime essem, si me uellet

sua, aut rei p. causa Luceriam uenire, statim esse uenturum. hortatus q; sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex Prouincijs suppeditari uellet. Hæc me frustra scribere uidebam, sed uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam. Sic enim parari uideo, ut Luceriam omnes copiae contrahantur. Et ne is quidem locus stabilis, sed ex eo, ipsi si urgeamur, paretur fuga. Quo nunc mirere, si inuitus in eã causam descendo, in qua neq; pacis, neq; uictoriæ ratio quæ sita sit unq;, sed semper flagitiosæ, & calamitosæ fugæ. Eundem, ut quæcunq; fors tulerit casum, subeam potius cum ijs, qui dicuntur esse boni, quàm uidear à bonis dissentire. Etsi propediem uideo bonorum, id est lautorum, & locupletum urbem refertam fore, municipijs uero his relictis, refertissimam, quo ego in numero essem, si hos Lectores molestissimos non haberem. Nec me A. Lepidi, Lucæij, Volcatij, Ser. Sulpitij comitum pœniteret, quorum nemo nec stultior est, q̄ L. Domitius, nec inconstãtior, quàm A. P. Claudius. Vnus Pompeius me mouet beneficio, non authoritate. quam enim ille habeat authoritatem in hac causa, qui, cum omnes Cæsarem metuebamus, ipse eum diligebat? Postquã uero ipse meture coepit, putat omnes hostes illi oportere esse. Ibimus tamen Luceriam, nec eum fortasse delectabit noster aduentus, dissimulare enim non potero mihi, quæ adhuc acta sunt, displicere. Ego, si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sanè uelim. Vale.

Ibi uero omnia grata, & quod scripsisti ad  
 m me, quæ audieras, & quod nõ credis ea, quæ  
 digna diligentia mea nõ essent, & quod mor-  
 nuisti, quod sentiebas. Ego ad Cæsarem unas Capua li-  
 teras dedi, quibus ad ea rescripsi, quæ mecum ille de  
 gladiatoribus suis egerat, breues, sed beneuolentiam  
 significantes, non modo sine contumelia, sed etiam cum  
 maxima laude Pompeij. Idem enim illa sententia po-  
 stulabat, qua illum ad concordia hortabar. Eas siquò  
 ille misit, in publico proponat uelim. Alteras eodem  
 die dedi, quo has ad te non potui non dare, cum et ipse  
 ad me scripsisset, & Balbus. Earum exemplum ad te  
 misi. nihil arbitror fore, quod reprehendas. si qua erunt  
 doce me. Quomodo enim effugere possum? nihil in ges  
 omnino scripseris, quo magis effugas eos, qui uolent  
 fingere. Veruntamen ita faciam, quoad fieri poterit. nõ  
 quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum,  
 scriptorum etiam meorum, facis amice tu quidem, mihiq;  
 gratissimum, sed mihi uideris aliud tu honestum, meq;  
 dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem.  
 mihi enim nihil ulla in gente unq; ab ullo authore reip.  
 ac Duce turpius esse uidetur factum, quàm à nostro  
 amico factum est. cuius ego uicem doleo, qui urbem re-  
 liquit, id est patriam, pro qua, & in qua mori præcla-  
 rum fuit. Ignorare mihi uideris, hæc quanta sit cla-  
 des. es enim etiã nunc domi tuæ, sed inuitis perditissi-  
 mus hominibus esse diutius non potes. Hoc miserius? hoc  
 turpius quicq;? V agamur egentes cum coniugibus, & li

beris. In unius hominis quotannis periculose ægrotan-  
tis anima, positas omnes nostras spes habemus. nõ ex-  
pulsæ, sed euocati e patria, quam non seruandã ad re-  
ditum nostrum, sed diripiendam, & inflammandam  
reliquimus. Ita multi nobiscum sunt non in suburba-  
nis, non in hortis. non in ipsa urbe. Etsi nunc sunt,  
non erunt. Nos interea ne Capuæ quidem, sed Luce-  
riæ, & oram quidem maritimam iam relinquemus.  
Afranium expectabimus, & Petreium. nam in La-  
bieno parum est dignitatis. Hic tu in me illud desyde-  
ras. nihil de me dico. alij uiderint. Hic quidẽ quid est?  
domu uestræ estis, et eritis omnes boni. Quis tum se mi-  
hi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic iã enim  
appellandum est. Vibullij res gestæ sunt adhuc maxi-  
mæ. id ex Pompeij literis cognosces, in quibus animad-  
uertito illum locum, ubi erit ipse. Videbis, de Cn. no-  
stro ipse Vibullius quid existimet. Quo igitur hæc spe-  
ctat oratio? Ego pro Pompeio libeter emori possum. fa-  
cio pluris oïum hominũ neminẽ. sed nõ tamen ita meo  
iudicio, spem de salute reip. Significatis enim aliquanto  
secus, q̃ solebas, ut etiã Italia si ille cedat, putes ceden-  
dũ. qđ ego nec reip. puto esse utile, nec liberis meis. Præ-  
terea neq; rectũ, neq; honestum. Sed cur? poteris ne ui-  
dere tyrannum? quasi intersit, audiã, an uideam, aut  
locupletior mihi sit quærendus auctor, q̃ Socrates, qui  
cum triginta tyranni essent, pedem portæ nõ extulit.  
Est mihi præterea præcipua causa manēdi, de qua uti-  
nã aliquando tecum loquar. Ego XIII Calen. cum  
eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflã-  
maram tuam, Formijs ad Pompeium, si de pace agere

tur, profecturus, eram, si de bello, uidero.

Vale.

T. P. A T T I C O.

Aximis, et miserrimis rebus perturbatus sum. coram tecum mihi potestas deliberandi non est, sed uti tamen tuo consilio uolui. Deliberatio autem omnis hæc est. Si Pompeius Italia excedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes, & quo facilius consiliū dare possis, qd in utrūq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Cum merita Pompeij summa erga salutem meam, familiaritasq; quæ mihi cum eo est, tum ipsa reip. causa me adducat, ut mihi uel consilium meum cum illius consilio, uel fortuna coniungenda esse uideatur. Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum, et clarissimorum ciuium deserero, cadendum est in unius potestatem, qui, & si multis rebus significat se nobis esse amicum, & ut esset, à me est (tute scis) propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante prouisum, tamen utrunq; considerandum est, & quanta ei fides sit habenda. & si maxime exploratum sit, eum nobis amicum fore, sit ne uiri fortis, et boni ciuis esse in ea urbe, in qua, cum summis honoribus, imperijq; usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, non futurus sit sui iuris, subeundumq; periculum sit cum aliquo forte dedecore, si quando Pompeius recuperauerit. In hac parte hæc sunt. Vide nunc, quæ sunt in altera. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter. adde etiam nihil, nisi contra consilium, auctoritatemq; meā. Omitto illa uetera, qd ista

in rēp. ille aluit, auxit, armavit, ille legibus C. Metelli  
 contra auspicia ferendis auctor. ille Galliae ulterioris  
 adiunctor. ille Gener. ille in adoptando P. Clodio au-  
 gur. ille restituendi mei, quā m retinendi studiosior. ille  
 Prouinciā propagator. ille absentis in omnibus adiu-  
 tor. Idem etiam tertio consulatu, postquā esse defensor  
 reip. coepit, contendit, ut decem Tr. Pl. ferrent, ut ab-  
 sentis ratio haberetur. quod idem ipse sanxit lege qua-  
 dam sua, Marcōq; Marcello Cos. finienti Prouincias  
 Gallias Cal. Martij restitit. Sed ut haec omittam, quid  
 foedius? quid perturbatius hoc ab urbe discessu? siue  
 potius turpissima fuga? Quae conditio non accipienda  
 fuit potius, q̄ relinquēda patria? Malaē cōditiones erāt,  
 fateor, sed nunqd hoc peius? At recuperabit rēp. Quā  
 do? aut qd ad eam spem est parati? Non ager Picenus  
 amissus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia  
 omnis & publica, & priuata aduersario tradita? De-  
 niq; nulla causa, nullae uires, nulla sedes, quō cōcurrāt,  
 qui reimp. defensam uelint. Appulia delecta est inanif-  
 sima pars Italiae, & ab impetu huius belli remotissi-  
 ma. fuga, & maritima opportunitas uisa quæri despe-  
 ratione. Inuite cepti Capuā, nō quo munus illud defu-  
 gerem, sed sine causa, in qua nullus esset ordinum, nul-  
 lus apertus priuatorū dolor. bonorū autem erat aliqs,  
 sed hebes, ut solet, & ut ipse sensiissem, multitudo, et in-  
 finus quisq; propensus in alterā partem. Multi muta-  
 tionis rerū cupidi. Dixi ipsi me nihil suscepturum sine  
 praesidio, et sine pecunia. Itaq; habuit nihil omnino ne-  
 gocij, qđ ab initio uidi, nihil quæri praeter fugam, eā si  
 nūc sequor, quō nā? cū illo non, ad quem cū essem pro-

fectus cognoui in his locis esse Cæsarem, ut tuto Luceriam uenire non possem. In fero mari nobis incerto cursu, hyeme maxima nauigandum est. Age iam cum fratre, an sine? cum filio? an quomodo? In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos absentes, fortunâsq; nostras? acrior, quàm in cæterorum. quod putabit fortasse in nobis uiolandis aliquid se habere populare. Age iam has compedes, fasces in quâ hos laureatos. hæc ferre ex Italia quàm molestum est? Qui autem locus erit nobis tutus, ut iam placatis utamur fluctibus ante, quàm ad illum uenerimus? Quâ autem, aut quò, nihil scimus. At si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero, quod in Cinna dominatione, & Marij Tyrannide Philippus, quod L. Flaccus, quod Quintus Mutius, quo quomodo ea res huic quidem cecidit, qui tamè ita dicere solebat, sed id ferè uidere, quod factum est, sed hoc malle, quàm armatum ad patriæ moenia accedere. Aliter Thrasibulus, et fortasse melius, sed est certa quædam illa Mutij ratio, atque sententia. est etiam illa Philippi. Et cum sit necesse seruire tempori, & non amittere tempus, cum sit datum. sed in hoc ipso habet tamen idem fasces molestiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum est, sed sit, deferet triumphum, non accipere ne periculosum sit? an accipere inuidiosum ad bonos? O rem inquis difficilem, & inexplicabilem. At qui explicanda est. Qui enim fieri potest, ac ne me existimaris ad manendum esse propensiozem, quod plura in ea parte uerba fecerim potest fieri, quod sit in multis quæstionibus, ut res uerbosior hæc fuerit, illa uerior. Quam



uerior. *Quam* ob rem ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium uelim. *Nauis* & in Caieta est parata nobis, & Brundusij. Sed ecce nū- tū scribente me hæc ipsa noctu in Calleno, ecce literæ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum fir- mo exercitu, & pugnare cupientem. non puto etiam hoc Cn. nostrum commissurum, ut Domitium relin- quat. *Etsi* Brundusium Scipionem cum cohortibus dua- bus præmiserat, legionem Fausto conscriptam in Sici- liam sibi placere, ac Coss. duci, scripserat ad Coss. sed turpe Domitium erit deserere implorantem eius au- xilium, & quædam spes mihi quidē non magna, sed in his locis firma. Afranium in Pyreneo cum Trebo- nio pugnassee, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuū transisse cum cohortibus. summa, autem, Afraniū cum magnis copijs aduentare. Id si est, in Italia fortasse ma- nebitur. Ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, quod uel ad Capuam, uel ad Luceriam iturus putaba- tur, Leptam ad Pompeium misi literas, ipse nequò in- ciderem, reuerti Formias. Hæc te scire uolui, scripsiq; sedatiore animo, quàm proxime scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exgreus tuū. Vale.

## T. P. A T T I C O.

d Ionysius quidem tuus, potius quàm noster, cuius ego cum satis cognossem mores, tuo ta- mē potius stabā iudicio, q̄ meo, ne tuum quē- testimonium, quod ei sæpe apud me dederas, ueritus, su- perbum se præbuit in fortuna, quā putauit nostrā fo- re, cuius fortunæ nos quantum humano consilio effici

## LIB.

poterit, motum ratione quadã gubernabimus. Cui quĩ  
 noster honos? quod obsequium? quæ etiam ad cæteros  
 contempti cuiusdam hominis commendatio defuit? ut  
 meum iudiciũ reprehendi a Quinto Fratre, uulgoq;  
 ab omnibus mallẽ, quã illum non efferre laudibus?  
 Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, q̃ me  
 alium magistrum quærere. ad quem ego quas literas  
 Dũ immortales miseram? quantum honoris significan-  
 tes? quantum amoris? Dicæ archũ mehercule, aut Ari-  
 stoxenum diceres acerſi, non unum omnium loquaciſ-  
 ſimum, & minime aptum ad docendum. sed est memo-  
 ria bona. me decet eſſe meliorẽ. Quibus literis ita re-  
 ſpondit, ut ego nemini, cuius cauſam non reciperẽ (ſem-  
 per enim ſi potero, ſi ante ſuſcepta cauſa non impedi-  
 ar) nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido,  
 tam nocenti, tam alieno, tam præciſe negaui, quã hic  
 mihi, plane ſine ulla exceptione præcidit. Nihil co-  
 gnoui ingratius, in quo uitio nihil mali non ineſt. Sed  
 de hoc nimis multa. Ego autem parauĩ tuas literas, ta-  
 men expecto, ut ſciam, quid reſpondeant conſultationi  
 meæ. Sulmone C. Acium Pelignum aperuiſſe Anto-  
 nio portas, cum eſſent cohortes quinque, Quintum Lu-  
 cretium inde effugiſſe ſcis. Quo Cn. noster? Brundis-  
 ſium deſertum. Conſecta res eſt. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Um ante lucem VIII Cal. ad te literas de  
 c diſſem, ueſperi eodem die ad nos uenit ipſe  
 Dionyſius authoritate tua permotus, ut ſuſſi-  
 cor. Quid enim putem aliud? & ſi ſolet eum, cum ali  
 quid fuſioſe

quid furiose fecit, poenitere. nunquã autem certior fu-  
 it, quã in hoc negotio. nam quod ad te nõ scripserã,  
 postea audiui à tertio miliario, tum eum iisse πολλὰ  
 κατ'εὖν καὶ ῥαθυμεῖν δ'ἦτα. Multa inquam mala cū  
 dixisset suo capite (ut aiunt) sed mea mansuetudine con-  
 ieceram in fasciculum una cum tua uenientem ad illũ  
 epistolam. hanc ad me referri uolo, nec ullam ob aliã  
 causam Pollucem seruum à pedibus, meis Romam mi-  
 si. Eo autem ad te scripsi, ut, si tibi forte reddita esset, mi-  
 hi curares referendam, ne in illius manus perueniret.  
 noui siquid esset, scripsissem. pendeo animi expectatio-  
 ne Corfiniensi, in qua de salute reip. decernitur. Tu fa-  
 sciculum, qui est M. Decurioni descriptus, uelim cu-  
 res ad eum perferendum. Tironemq; Curio commen-  
 des, ut ei siquid opus erit, in sumptum roges. Vale.

## T. P. A T T I C O.

o Bsignata iam epistola, quam de nocte datu-  
 rus eram, sicut dedi (nam eam uesperis scri-  
 pseram). C. Sosius Pr in Formanum uenit  
 ad M. Lepidum uicinum nostrum, cuius quæstor fuit.  
 Pompeij literarum ad Coss. exemplum attulit. literæ  
 mihi à L. Domitio ad VIII Calendarũ Martij alla-  
 tæ sunt. earum exemplũ in fr. scripsi. nunc ut ego nõ  
 sciebam mea sponte intelligere. Scio quanti reip. sit o-  
 mnis copias in unũ locum primo quoq; tempore conue-  
 nire. Tu si tibi uidebitur, dabis operam, quã primũ ad  
 nos uenias. Præsidiũ capuæ, quã tum constitueris esse sa-  
 tis, relinques. Vale. Deinde supposuit exemplum epi-  
 stolæ Domitij, quod ego ad te pridie miseram. Dij

## LIB.

immortales, qui me horror perfudit. quàm sum sollicitus, quòdnam futurum sit. hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore. magnum in aduentu terrorem. spero etiam, quoniã adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutasse, nec te gentia hoc, quod tum fortiter, & diligenter, tum etiam me hercule. Modo etiam audiui quartanam à te discessisse, moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Pyliæ dic, non esse æquum, eam diutius habere, nec id esse nostræ concordie. Tironem nostrum ab altera relictum audio, sed eum uideo in sumptum ab alijs mutuatum. Ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogatã. Malo Tironis uerecundiã in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Num etiam restat amico nostro ad omne decus, ut Domitio non subueniat, at nemo dubitat, quin subsidio uenturus sit. Ego non putato. Deseret igitur talem ciuem? & eos una, quos is secum habeat? præsertim ex ipso cohortens triginta? Domitius (nisi me omnia fallunt) de se incredibiliter pertimuit. nihil spectat, nisi fugam, cui tu (uideo enim, quid sentias) me comitem putas debere esse. Ego uero quem fugiam, habeo, quem sequar, non habeo. Quod enim tu meum consilium laudas, & memorandum dicis, male quod dixerim, me cum Pompeio uinci, quàm cum istis uincere. Ego uero malo, sed cum illo Pompeio, qui tunc erat, aut qui mihi esse uidebatur. Cùm hoc uero, qui ante fugit, quàm sciat, quem fugiat, aut quò, qui nostra tradidit, qui patriam reliquit. Italiã deseruit. Si maiori contigit

lui, contigit tunc, uictus sum. quid superest? nec ista uiderere possum, quæ nunquam timui, ne uiderem, nec me hercule istum, propter quem mihi non modo meis, sed memetipso carendum est. Ad Philotimū scripsi de uiatibus, siue à Moneta, nemo enim soluit, siue ab Oppijs tuis cõtubernalibus. Cætera apposita tibi mandabo. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Rem turpem, et ea re miseram. Sic enim sentio id denum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. A luerat Cæsarem. eundem repente timere cœperat, conditionem pacis nullā probarat. nihil ad bellum pararat. Urbē reliquerat. Picenum amiserat culpa. in Appuliā se compegerat. ibat in Græciam. omnes nos ἀπροσχηρῆτος expectes sui tanti, ac tam inusitati consilij, reliquerat. eæ subito literæ Domitij ad illum, ipsius ad Coss. fulsisse mihi uidebatur τὸ καλὸν ad oculos eius, & exclamasse ille uir, qui esse debuit ποιήσω ὅ,τι χρεῖ, καὶ παλαμάσω, καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τεκτανῶ. τὸ γὰρ ὄ μὲτ' ἐμοῦ. at ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dices, pergit Brundisium. Domitium autem aiunt re audita, & eos, qui unā essent tradidisse. O rem lugubrem. itaq; intercludor dolore. Quo ad te plura scribam, non habeo. tuas literas expecto. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Pistolam meam quod peruulgatam scribis esse, non fero moleste. quin etiam ipse multis dedi describendam. Ea enim & acciderunt

iam, & impendent, ut testatum esse uelim, de pace quod  
 senserim. Cū autem ad eam hortarer eum præsertim  
 hominem, non uidebar ullo modo facilius moturus, quā si  
 id, ad quod eum hortarer, conuenire eius sapientiæ di-  
 cerem. eam si admirabilem dixi, quo eum ad salutem  
 patriæ hortabar, non sum ueritus, ne uiderer assenta-  
 ri, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Quæ  
 autem est, aliquid impertias temporis, non ut de pace,  
 sed de me ipso, & de meo officio ut aliquid cogitet. Nā  
 quod testificor, me ex pertem belli fuisse, etsi id re per-  
 spectum est, tamen ea scripsi, quo in suadendo plus au-  
 thoritatis haberē, eodemque pertinet, quod causam eius  
 probo. Sed quid hæc nunc? utinam aliquid profectum  
 esset. nec ego istas literas in concione recitari uelim. Si-  
 quidem ille ipse ad eundem scribens in publico propo-  
 suit epistolam illam, in qua est, pro tuis rebus gestis am-  
 plissimus, amplioribus uel, quā meis, quā Africani. Ita  
 tempus ferebat. siquidē etiam uos duos talis ad quin-  
 tum milliariū, quid ad hunc ipsum, unde se recipien-  
 ti, quid agenti, quid acturo. quanto autem ferocius ille  
 causæ suæ confidet, cum uos, cum uestri similes non mo-  
 do frequenters, sed lato uultu gratulantes uiderit?  
 Num igitur peccauimus? minime. uos quidem. Sed  
 tamen signa conturbantur, quibus uolūtas à simulatio-  
 ne distingui posset. Quæ uero S. C. uideo? sed apertius  
 quā proposueram. Ego Arpini uolo esse Prædie Calē-  
 darū. deinde circum uillulas nostras errare, quas me  
 uisurum postea desperaui. Quæ uero tua consilia, & ta-  
 men pro temporibus non incauta mihi ualde proban-  
 tur. Lepido quidē (nam ferē *οὐδὲν μερῖνομεν*, quod  
 gratissimum

gratissimum illi est, nunq̄ placuit ex Italia exire ullo modo. multo minus mouebant minæ. Crebro enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. Sed me illorum sententiæ minus mouebant, minus multa dederant illi reip. pignora. Tua mehercule authoritas uehementer mouet. Afferit enim & reliqui temporis recuperandi rationem, & præsentis tuendi. Sed obsecro te, qd hoc mi serius, q̄ alterum plausus in fœdissima causa quæ- rere? alterum autem offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem inimicorū? alterum desertorem amicorum? Et mehercule quâuis amemus Cn. nostrū, ut & facimus, & debemus, tamen hoc, quod talibus uiris non subuenit, laudare non possum. nam siue timuit, quid ignauius? siue, ut quidam putant, meliorem suam causam illorum cæde fore putauit, quid iniustus? Sed hæc omittamus. augemus enim dolorem retractando.

VI Cal. uesperis Balbus minor ad me uenit, occultauit occurrēs ad Lentulum Cos. iussu Cæsaris, cum literis, cum mandatis, cum promissione Prouinciæ, Romam ut redeat, cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conuentus. idem aiebat, nihil malle Cæsarem, q̄ ut Pompeium assequeretur. id credo, ut rediret in gratiam, id non credo, & metuo ne omnis hæc clementia ad unā illam crudelitatem colligatur. Balbus quidē maior ad me scribit, nihil malle Cæsarem, q̄ principe Pompeio, se ne metu uiuere. Tu puto hæc credis? sed cum hæc scriberam V Cal. Pompeius iam Brundisium poterat uenisse. Expeditus enim antecesserat legiones XI Luceria. Sed hoc tēp̄as horribili uigilantia, celeritate, diligentia est plenum. Quid futurum sit, nescio. V ale.

## T. P. ATTICO.

d Ionyſius cum ad me præter opinionem meã  
 ueniſſet, locutus ſum cum eo liberaliſſime. tẽ-  
 pora expoſui. rogavi, ut diceret, qd haberet  
 in animo, me nihil ab ipſo inuito contendere. reſpondit,  
 ſe, quod in numis haberet, neſcire quo loci eſſet. alios nõ  
 ſoluere. aliorum diem nondũ uenire. Dixit enim alia  
 quedam de ſeruulis ſuis, quare nobiſcum eſſe nõ poſ-  
 ſet. morem geſſi dimiſi à me, ut magiſtrum Ciceronum  
 non libenter, ut hominem in gratum, nõ inuitus. Volu-  
 te ſcire, quid ego de eius factõ iudicaret. Vale.

## T. P. ATTICO.

q V od me magno animi motu perturbatum pu-  
 tas, ſum equidem, ſed non tam magno, q̄ tibi  
 forte ſe uideor. Lenatur enim omnis cura, cũ  
 aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur.  
 Lamẽtari autem licet. illud tamen totos dies, ſed uereor,  
 ne, nihil cum proficiam, etiam dedecori ſim. In ſtudijs,  
 ac literis noſtris conſumo omne tempus, conſyderans  
 quanta uis ſit illius uiri, quem noſtris libris ſatis dili-  
 genter (ut tibi quidem uidemur) expreſſimus. Tenes ne  
 igitur moderatorem illum reip. quo referre uolumus  
 omnia? nam ſic quinto, ut opinor, in libro loquitur ſci-  
 pio. Vt enim gubernatori curſus ſecũdus, medico ſalus,  
 imperatori uictoria, ſic huic moderatori reip. beata ci-  
 uium uita propoſita eſt, ut opibus firma, copijs locu-  
 ples, gloria ampla, uirtute honeſta ſit. Huius enim ope-  
 ris maximi inter homines, atque optimi illum eſſe eſſe  
 ctorem uolo.



ctorem uolo. Hoc Cn. noster, cum antea nunquã, tum  
 in hac causa minime cogitauit. Dominatio quaesita ab  
 utroque est, non id actum, beata, & honesta ciuitas ut  
 esset. Nec uero ille urbem reliquit, quod eam tueri non  
 posset, nec Italiam, quod ea pelleretur, sed hoc à primo  
 cogitauit. omnes terras, omnia mouere, Reges barba-  
 ros incitare. Gentes feras armatas in Italiam adduce-  
 re. Exercitus cõficere maximos. Genus illud Sullani re-  
 gni iam pridem appetitur multis, qui unã sunt, cupien-  
 tibus. An censes nihil inter eos conuenire? nullam pa-  
 ctionem fieri potuisse? Hodie potest, sed neutri ουκ οὐδὲς  
 est ille, ut nos beati simus. uterque regnare uult. Hæc  
 à te inuitatus breuiter exposui. Voluisti enim me, quid  
 de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίσω igitur  
 noster Attice. non ariolans utilia, cui nemo credi-  
 dit, sed coniectura prospiciens, iamq; maiora magno  
 tumultu non multo inquam secus possum uaticinari. τὰ  
 ta malorum impendet ἰλιὰς. atque hoc nostra  
 grauior est causa, qui domi sumus, quàm illorum, qui  
 transierunt, quod illi quidem alterum metuunt, nos  
 utrunque. Cur igitur inquis remansimus? uel tibi pa-  
 ruimus, uel non occurimus, uel hoc fuit rectius. concu-  
 ctri inquam miseram Italiam uidebis proxima aesta-  
 te, ab utriusque mancipijs ex omni genere collectis. nec  
 tam irruptio pertimescenda, quæ Luceria multis ser-  
 monibus denuntiata est, quàm uniuersæ interitus. tan-  
 tas in obligando utriusque uires uideo futuras. Habes  
 coniecturam meam. Tu autem consolationis fortasse  
 aliquid expectasti. Nihil inuenio, nihil fieri potest mi-  
 serius, nihil perditius, nihil fœdus. Quod quæris, qd

Cæsar ad me scripserit. quã sæpe, gratissimũ sibi esse, quod quierim, oratq; in eo, ut per se uerem. Balbus minor hæc eadem mandata dat. iter autem eius erat ad Lentulũ Cos. cum literis Cæsaris, præmorumq; promissis, si Romam reuertisset. Verum, cum habeo rationem dierum, ante puto transmissurum, quã potuerit conueniri. Epistolarum Pompeij duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamq; in rescribendo diligentiam uolui tibi notã esse. earũ exempla ad te misi. Cæsaris hic per Appuliã ad Brũdusium cursus quod efficiat, expecto. utinam aliqd simile parthiis rebus. Simulatq; aliquid audiero, scribam ad te, Tu ad me uelim. Bonorũ sermones Romæ frequentes esse dicuntur. Scio equidem te in publicum non prodire, sed tamen audire te multa necesse est. Memini tibi librũ afferri à Demetrio Magete. ad te missum scio *περι ὁμοιοίας*. eum mihi uelim mittas. Vides, quam causam mediter. Vale.

CN. POM. PROCONS. M. T. CICERONI IMP. S.

Virtus Fabius ad me uenit ad IIII Idus  
 q Febr. Is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus XI, et cum cohortibus XIII, quas Vibullius adduxit ad me iter habere, habuisse in animo proficisci Corfinio, & ad V Iduum Febr. C. Hir-  
 cium cum V cohortibus subsequi. Censeo ad nos Luceriam uenias. nam te hic tutissime puto fore. Vale.

M. T. CICERO CN. POM. PROCONS. S.

a D XV Calēdarũ Martij Formijs accepi tuas  
 literas, ex quibus ea, que in agro Piceno gesta

erant, cognoui commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum, Vibullijq; uirtutem, industriamq; libenter agnoui. Nos adhuc in ea ora, ubi præpositi sumus, ita fuimus, ut nauem paratam haberemus. ea enim audiebamus, & ea uerebamur, ut quodcunq; tu consilium percepisses, id nobis persequendum putaremus. Nunc, quoniam autoritate, & consilio tuo in spe firmiore sumus, si teneri posse putas Tarracinã, et orã maritimam, in ea manebo, etsi præsidia in oppidis nulla sunt. nemo enim nostri ordinis in his locis est, præter M. Oppium, quem ego Minturnis esse uolui, uigilantem hominem, & industrium. nam L. Torquatum uirum fortem, & cum autoritate Formijs nõ habemus. ad te profectum arbitramur. Ego omnino, ut proxime tibi placuerat, Capuam ueni eo ipso die, quo tu Theano Sidicenum es profectus. uolueras enim me cum M. Confidio proprætore illa negocia tueri. cum eò uenissem, uidi amplum delectum habere diligentissime ab eo accipere Libonem summa item diligentia, & in illa Colonia autoritate. fui Capuæ, quò ad Coss. iterũ, ut erat dictum ab Coss. ueni Capuam ad Nonas Febr. Cum fuisset triduum, recepi me Formias. Nunc quod tuum consilium, aut quæ ratio belli sit, ignoro. si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem, & dignitatem habet, & egregios ciues, & ut arbitror, teneri potest. opus est esse, qui præsit. Sin omnia in unum locum contrahenda sunt, non dubito, quin ad te statim ueniam, quo mihi nihil optatius est, idq; tecum quo die ab urbe discessimus, locutus sum. Ego, si cui adhuc uideor se gnior fuisse, dum ne tibi uideor, non laboro,

Et tamen si, ut uideo, bellum gerendum est, confido me omnibus facile satisfacturum. M. Tullium meum necessarium ad te misi, cui tu, si tibi uideretur, ad me literas dares. Vale.

CN. POM. Procons. M. T. Ciceroni Imp. S.

Vas literas libenter legi. Recognoui enim  
 t tuam pristinam uirtutem etiam in salute com-  
 muni. Coss. ad eum exercitum, quem in Ap-  
 pulia habui, uenerunt. Magnopere te hortor pro tuo sin-  
 gulari, perpetuoq; studio in remp. ut te ad nos cõferas,  
 ut communi consilio reip. afflictæ opem, atq; consiliu-  
 feramus. Censeo uia appia iter facias, et celeriter Bru-  
 dusium uenias. Cura, ut ualeas.

M. T. CICERO CN. POM. PROCONS. S.

Vm ad te literas misissem, quæ tibi Causis  
 c redditæ sunt, suspicionem nullam habebam,  
 te reip. causa mare transiturum, eramq; in  
 spe magna fore, ut in Italia possemus aut concordiam  
 constituere, qua mihi nihil utilius uidebatur, aut remp.  
 summa cum dignitate defendere. Interim nondum  
 meis literis ad te perlatis, ex his mandatis, quæ Dialio  
 ad Coss. dederas, certior tui consilij factus, nõ expecta-  
 ui, dum mihi à te literæ redderentur. confestimq; cum  
 Quinto Fratre, et cum liberis nostris iter ad te in Ap-  
 puliam facere cœpi. Cum Theanum, et Sidicinum ue-  
 nissem. C. Missus familiaris tuus, alijq; cõplures attu-  
 lerunt Cæsarem iter habere Capuam, et eo ipso die  
 mansurum esse Eserniæ. sanè sum commotus, quod si ita

esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. Itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Esernia de eo, quod audieram referretur. At mihi, cum Calibus essem, affertur literarum exemplum, quas tu ad Lentulum Cos. misisses. Hæ sic scriptæ erant. Literas tibi à L. Domitio ad XIII Calendarum Martij alatas esse, earumque exemplum subscripseras, magnique interesse rei. scripseras, omnes copias primo quoque tempore in unum locum conuenire, et ut præsidij quod satis esset, Capuæ relinqueret. His ego literis lectis, in eadem opinione fui, qua reliquos omnes, te cum omnibus copijs ad Corfinium esse uenturum. quod mihi, cum Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter non arbitrabar. Cum res in summa expectatiõe esset, utrunque simul audimus, et quæ Corfinij acta essent, et te iter Brundisium facere cœpisse. Cumque nec mihi, nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contendere-mus, à multis, qui è Samo, Appuliaque ueniebant admoniti sumus, ut caueremus, ne exciperemur à Cæsare. quod is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celerius etiam, quam nos possemus, eò, quod intenderat, uenturus esset. Quod cum ita esset, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas nostra nõ solum nobis, sed etiam rei. noceret. cui præsertim non dubitaremus, quin si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen iam consequi non possemus. Inde primo accepimus tuas literas Canusio ad X Calendarum Martij datas, quibus nos hortaris, ut celerius Brundisium ueniamus, quas cum accepissemus ad III Calē-

darum Martij non dubitabamus, quin tu iam Brun-  
 dusiū puenisses. nobisq; iter illud omnino interclusum  
 uidebatur. neq; minus nos esse captos, quā qui Corfi-  
 nium uenissent. Neq; enim eos solos arbitrabamur ca-  
 pi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo  
 minus, qui regionibus exclusi, intra praesidia, atq; in-  
 tra arma aliena uenissent. Quod cum ita sit, maxime  
 uelle primum tecum semper fuisse, qđ quidem tibi ostē-  
 deram, cum à me Capuā reijciebā. quod feci, non uitā  
 di oneris causa, sed qđ uidebam teneri illam urbē sine  
 exercitu non posse. Accidere autem mihi nolebā, qđ do-  
 leo uiris fortissimis accidisse. Quoniā autem, tecum ut  
 essem, nō contigit, utinā tui consilij certior factus essem.  
 nam suspicionē assequi non potui, qđ oīa prius arbitra-  
 tus sum fore, quā ut hęc reip. causa in Italia nō pos-  
 set Duce te consistere. Neq; uero nunc consilium tuū re-  
 prehēdo, sed formam reip. lugeo. Nec, si ego quid tu sis,  
 securus non pspicio, idcirco minus existimo, te nihil, nisi  
 summa ratione fecisse, mea q; semper fuerit sententia,  
 primū de pace uel in qua conditione retinenda, dein-  
 de de urbe. nam de Italia quidem nihil mihi unquam  
 ostenderas. meminisse te arbitror. Sed mihi non sumo,  
 ut meū consiliū ualere debuerit. securus sum tuum, neq;  
 id reip. causa, de qua desperaui, quæ & nunc afflictā  
 est, nec excitari sine ciuili perniciosissimo bello potest,  
 sed te querebā. tecum esse cupiebam. neq; eius rei fa-  
 cultatem, si qua erit, praetermittam. Ego me in hac omni  
 causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus  
 nō satisfacere. Primum enim praē me tuli, me nihil mal-  
 le, qđ pacem, non qđ eadem timerem, quæ illi, sed ea bel

lo civili leuiora ducebã. inde suscepto bello, cum pacis  
 conditiones ad te afferri, atq; ad ea honorifice, & tar  
 de responderi uiderẽ, dixi meam tecũ rationem, quã  
 tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbi  
 trabar. Memineram me esse unum, qui pro meis maxi  
 mus in rem p. meritis, supplicia miserrima, & crudelis  
 sima pertulisset. me esse unum, qui, si offendiſsem eius  
 animum, cui tum, cum iam in armis essemus, consula  
 tus tamen alter, & triumphus amplissimus defereba  
 tur, subijceret eisdem prælüs, ut mea psona semper ad  
 improborum ciuium impetus aliquid uideretur habe  
 re populare. Atq; hæc non ego prius sum suspicatus, q̃  
 mihi palã denuntiata sunt, neq; ea tam ptimui, si sub  
 eunda essent, quã declinanda putauim, si honeste uita  
 re possem. quoniã breuem illius temporis, dum in spe  
 pax fuit, rationem nostrã uides, reliqui facultatẽ res  
 ademit. Iis autem, quibus nõ satisfacio, facile respõdeo.  
 neq; enim ego amicior. C. Cæsari unq̃ fui, quã illi,  
 neq; illi amiciores rei p. quã ego. Hoc inter me, et illos  
 interest, quod, cum et illi ciues optimi sint, et ego ab ista  
 laude non absim, ego conditionibus, quod idem te in  
 tellexerã uelle, illi armis disceptari maluerunt. quã,  
 quoniã ratio omiſsa est, perficiã profecto, ut neq; resp.  
 cuius a me animum, neq; tu amica desyderes. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ihi molestior lippitudo erat etiam, quã an  
 te fuerat. dictare tamen hanc epistolam ma  
 lui, quã Gallo Fabio amãtissimo utriusq; nostrum

nihil ad te literarum dare. nam pridie quidem quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, quarum uaticinationem falsam esse cupio. Huius autem epistola non solum ea causa est, ut nequis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas, sed etiã hæc iustior, ut à te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis, quo, quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium plane uolo, ut penitus intelligã. Omnia sunt integra nobis. nihil prætermisum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. Nam certe neq; tum peccavi, cum imparatam iam Capuam, non solum ignauia delectus, sed etiam perfidia suspicionem fugiens, accipere nolui. neq; cum post conditiones pacis per L. Cæsarem, & Fabium allatas, caui, ne animum eius offenderem, cui Pompeius iam armatus armato Cõsulatum, triũphumq; deferret. Nec uero hæc extrema quisquã potest iure reprehendere, quod mare non transierim. id enim, & si erat deliberationis, tamen obire non potui. Neq; enim suspicari debui, præsertim cum ex ipsius Pompeij literis, idem, quod te uideo existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subuenturus esset. Et plane quid rectum, & quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui. Primum igitur hæc, qualia tibi esse uideantur, & si sæpius significata sunt à te, tamen accuratius mihi perscribas, uel im. Deinde aliquid etiam in posterũ prospicias, fingisq; quæ me esse deceat, & ubi me plurimum prodesse reip. sentias. ecquæ pacifica persona desyderetur, an in bellato re sint omnia. Atq; ego, qui omnia officio metior, recardor tamen tua consilia, quibus si paruissim, tristitiam, illorum



illorum temporum non subijsssem. Memini quid mihi tum suaferis per Theophanem Culeonem, idq; saepe ingemiscens, sum recordatus. Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecinus, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulo salubribus. Sed nihil praescribo. accurate uel im per scribas tuam ad me sententiam. Volo etiam exquiras qua diligentissime poteris (habebis autem, per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit. quem admodum nunc se gerant. num quem accusent. num cui succenseant. quod dico num cui, id est num Pompeio. Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert, quod ipsius literis cognosci potest, quarum exemplum ad te mitto. Haec igitur uidebis, et quod ad te ante scripsi. Demetrii Magetis librum, quae ad te misit de concordia, uel im mihi mittas. Vale.

Cn. Pomp. Mag. M. Marcello, et L. Lentulo Coss. S.

e Go, quod existimabam dispersos nos, neque reip. utiles, neq; nobis praesidio esse posse, idcirco ad L. Domitium literas misi. primum uti ipse cum omni copia ad nos ueniret, si de se dubitaret, et cohortes XVIII, quae ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod ueritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur, neq; ipse satis firmus esset ad castra facienda, quod meas XIX, & suas XII cohortes tribus in oppidis distributas haberet. Nam partim Albae, partim Sulmone collocauit, neq; si uellet, expedire posset, nunc scitote me esse in summa sollicitudine. nam & tot, & tales uiros periculo obsidionis liberare cu-

pio, neq; subsidio ire possum, quod his duabus legionibus non puto esse committendum, ut illuc ducantur. Ex quibus tamen non amplius XIII cohortes contrahere potui, quas Brundisium misi, neq; Canusium sine praesidio, dum abessem, putavi esse immittendum. Duellio mandaueram, quod maiores copias sperabam nos habituros, ut, si uobis uideretur, alteruter uestrum ad me ueniret, alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuae, & circum Capuam comparastis, & cum ijs militibus, quos Faustus legit, proficisceretur. Domitius cum XII suis cohortibus eodem adiungeretur, reliquae copiae omnes Brundisium cogerentur, & inde nauibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc, cum hoc tempore nihilo magis ego, quam uos subsidio Domitio ire possum, seu per montes explicare, non est nobis committendum, ut has XIII cohortes, quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut itinere me consequi possit. Quam ob rem placitum est mihi. Aliter uideo censeretur Marcello, & caeteris nostri ordinis, qui hic sunt, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam ego habeo mecum. Vos hortor, ut quodcumq; militum contrahere poteritis, contrahatis, & eodem Brundisium ueniatis quam primum. Arma, quae ad me missuri eratis, ijs censeo armetis milites, quos uobiscum habetis, quae arma superabunt ea, si Brundisium iumentis deportaueritis, uehementer reip. profueritis. De hac re uellem nostros certiores faceretis. Ego ad P. Lupum, & C. Coponium Praetores misi, ut se nobis coniungerent, & militum quod haberent, ad nos deducerent. Valete.

Cn. Pompeius

Cn. Pompeius Procos. L. Domitio Procos. S.

Iror te ad me nihil scribere, et potius ab alijs,  
 m quam a te de rep. certio rem me fieri. Nos dis  
 iecta manu pares aduersarijs esse non possi  
 mus. contractis nostris copijs, spero nos & reip. & sa  
 luti communi prodesse posse. Quam ob rem cum con  
 stituisset, ut Vibullius mihi scripserat, ad V Id. Feb.  
 Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me uenire, mi  
 ror, quid causae fuerit, quare consilium mutaris. Nam  
 illa causa, quam mihi Vibullius scribit, leuis est, te pro  
 pterea moratum esse, quod audieris Caesarem firmo  
 progressu in castrum Truentinum uenisse. Quanto  
 enim magis appropinquare aduersarius coeperat, eo  
 tibi celerius agendum erat, ut te mecum coniungeres,  
 prius, quam Caesar aut tuum iter impedire, aut me abs  
 te excludere posset. Quam ob rem etiam te rogo, et hor  
 tor, id quod non dedisti superioribus literis a te pete  
 re, ut primo quoque die Luceriam aduenires ante, quam  
 copia, quas instituit Caesar contrahere, in unum locum  
 coactae, nos a nobis distrahat. sed, si erunt, qui te im  
 pediant, ut illas suas seruet, aequum est me a te impe  
 trare, ut cohortes, quae ex Piceno, et Camerino uenerunt  
 quae fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. Vale

Cn. Pomp. L. Domitio Procos. S.

Iteras abs te M. Calenius ad me attulit ad  
 l XIII Calendarum Martij, in quibus li  
 teris, scribis tibi in animo esse obseruare Ca  
 sare, et si secundum mare ad me ire coepisset, coe festum in

Sannium ad me uenturū. Sin autem ille circum istæ  
 loca commoraretur, te ei, si propius accessisset, resistere  
 uelle. Te animo magno, & forti istam rem agere exi-  
 stimo, sed diligentius nobis est uidendum, ne distracti,  
 pares aduersario esse non possimus, cum ille magnas  
 copias habeat, et maiores breui habiturus sit. Non enī  
 pro tua prudentia debes illud solum animaduertere,  
 quot in præsentia cohortes cōtra te habeat Cæsar, sed  
 quantas breui tempore equitum, & peditum copias cō-  
 tracturus sit. cui rei testimonio sunt literæ, quas Bus-  
 senius ad me misit, in quibus scribit id, quod ab illis quoque  
 mihi scribitur, præsidia Curionem, quæ in Umbria,  
 & Thuscis erant, contrahere, et ad Cæsarem iter face-  
 re. Quæ si copiae in unum locum fuerint coactæ, ut  
 pars exercitus ad Balbum mittatur, pars ad te accedat,  
 ut non pugnet, sed locis suis repugnet, hærebis, neque  
 solus cum ista copia, tantam multitudinem sustinere  
 poteris, ut frumentatum eas. Quam ob rem te magno  
 pere hortor, ut quam primum cum omnibus copijs huc  
 uenias. Coss. constituerunt idem facere. Ego Vetus Ileo  
 ad te mandata dedi, providendum esse, ne duæ legio-  
 nes sine Picentinis cohortibus in conspectum Cæsaris  
 committerentur. Quā ob rem nolito commoueri, si au-  
 dieris me regredi, si forte Cæsar ad me ueniet. Cauen-  
 dum enim puto esse, ne implicatus hæream. nam neque  
 castra propter anni tempus, & militum animos, facere  
 possum, neque ex omnibus oppidis contrahere copias ex-  
 pedit, ne receptum amittam. Itaque nō amplius XIII  
 cohortes Luceriam cœgi. Coss. præsidia omnia dedu-  
 cturi sunt, aut in Siciliam ituri, nam aut exercitum fir-  
 mum habere

mum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse, aut regiones eiusmodi obtinere, è quibus repugnemus, id, quod neutrum nobis hoc tempore contingit, quod & magnam partem Italiae Cæsar occupauit, & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum quæ ille. Itaque nobis providendum est, ut summam rei rationem habeamus. Etiam, atque etiam te hortor, ut cum omni copia, quam primum ad me uenias. Possumus etiã nunc rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus. si distrahemur, infirmi erimus. mihi hoc constitutum est. His literis scriptis, Sica à te mihi literas attulit, & mandata, quod me hortare, ut istuc ueniam. id me facere non arbitror posse, quod nõ magno pereis uis legionibus confido. Vale.

## CN. POMP. L. DOMITIO. S.

Itera mihi à te redditæ sunt ad XIII Calendarum Mart, in quibus scribis, Cæsarem apud Corfinium castra posuisse, quod putauit, et præmonui. Fit, ut nec in præsentia committere te cum prælium uelit, & omnibus copiis conductis, te impleret, ne ad me iter expeditum tibi sit, atque istas copias coniungere optimorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum uoluntate dubitamus, quo magis etiam tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum, quos mecum habeo, uoluntati satis confido, ut de omnibus fortunis rei publicæ dimicem. Neque etiam, qui ex delectibus conscripti sunt, à Coss. conuenerunt. Quare da operam, si ulla ratione etiã nunc efficere potes, ut te expleres, et huc quam primum uenias, ante, quam omnes co-

piæ aduersariorum conueniant. Neq; enim celeriter, huc homines conuenire possunt, etsi conuenirent, quantum ijs committendum sit, quod inter se ne noti sunt, contra ueteranas legiones, non te præterit. Vale.

## T. P. ATTICO.

I Ippitudinis meæ signū tibi sit librarij manus, et eadē causa breuitatis. etsi nunc q̄dem, quod scriberem, nihil erat. omnis expectatio nostra erat in nuntijs brundusinis. si nactus hic esset Cn. nostrū, spes dubia pacis, sin ille ante transmisset, exitiosi belli metus. Sed uidēsne, in quem hominē inciderit res p̄ q̄ actum? q̄ uigilantē? q̄ paratum? Si me hercule neminem occiderit, nec cuiq; quicq; ademerit, ab ijs, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. multum meū municipales homines loquuntur, multū rustici. nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi uillulas, nisi numulos suos. Et uide q̄ conuersa res est. illum, quo antea confidebant, metuunt, hunc amant, quem timebant. id quantis nostris peccatis, ut ijs q; uenerit, non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendere putarem, scripseram ad te, & iam tuas literas expectabam. Vale.

## T. P. ATTICO.

Non dubito, quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ, cum præsertim, neq; noua de re aliqua certiozem te faciā, neq; nouam deniq; iā reperiam scribendi ullam sententiā. Sed si dedita opera, cum causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem, facerē inepte. euntibus uero do-  
mesticas

mesticis præsertim, ut nihil ad te dem literarum, facere  
 non possum, & simul (crede mihi) requiesco paululum  
 in his miserijs, cum quasi tecum loquor. Cui uero tuas epi-  
 stolas lego, multo etiam magis omnino intelligo, nullum  
 fuisse tempus post has fugas, et formidines, quæ magis de-  
 buerit multum esse à literis, propterea quod neque Romæ quæ-  
 auditur noui, nec in his locis, quæ à Brundisio absunt  
 propius, quam tu bidentium, aut tridentium. Brundisij autem omne  
 certamen uertitur huius primi temporis. quæ quidem ex-  
 pectatione torquor. sed omnia ante nos sciemus. Eodem  
 enim die uideo Cæsarem à Corfinio post meridiem pro-  
 fectum esse, id est Feralibus, quo Canusio mane Pom-  
 peium. Eo modo autem ambulat Cæsar, & his triarijs  
 militum celeritatem incitat, ut timeat, ne citius ad Brū-  
 dusium, quam opus sit, accesserit. Dices, Quid igitur profi-  
 cis, qui anticipas eius rei molestiam, quam triduo scitu-  
 rus scis? Nihil equidem, sed ut supradixi, tecum perli-  
 benter loquor. & simul scito labare meum consilium il-  
 lud, quod iam satis fixum uidebatur. non mihi satis  
 idonei sunt authores ij, qui à te probantur. Quod enim  
 unquam eorum in rep. forte factum exitit, aut quis  
 ab ijs ullam rem laude dignam desyderat? Nec meher-  
 cule laudandos existimo, qui trans mare belli paran-  
 di causa profecti sunt. quanquam hæc ferenda non  
 erant. Video enim quantum id bellum, & quam pesti-  
 ferum futurum sit. sed me mouet unus uir, cuius fugie-  
 tis, comes, remp. recuperantis, socius uideor esse debere.  
 Toties ne igitur sententiam mutas? Ego tecum, tanquam  
 mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re,  
 quin uarie secum ipse disputet? simul et elicere cupio sen-

tentiam tuam, si manet, ut firmitior sim, si mutata est, ut tibi assentiar. omnino ad id, de quo dubito, pertinet me scire, quid Domitius acturus sit, quid noster Lētulus. De Domitio uaria audimus, modo esse in Tiburti, aut Lepidi, cum quo Lepidus accessisset ad urbem, quod item falsum esse uideo. Sedenim Lepidus, cum nescio quod penetrasse itineribus occultandi sui causa, an maris adipiscendi, ne id quidem scit. ignorat enim de filio. Addit illud sane molestum, pecuniam Domitio satis grandem, quam is Coreni habuerit, non esse redditam. De Lentulo autem nihil audimus. Hæc uelim exquiras, ad meq; perscribas. Vale.

## T. P. A T T I C O.

D quintum Non. Mart. epistolas tuas Aegypti reddidit, unam ueterem ad IIII Cal. quam te scribis dedisse Pinario, quem non uidimus, in qua expectas quidnam præmissus agat Vibullius, qui omnino non est uisus à Cæsare. in altera epistola uideo te scire ita esse, & quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem, quem omnino uitare cogito, & aut Hemonis fugam tendis, commutationemq; uitæ tuæ, quod tibi puto esse faciendum, & ignoras, Domitius cum fascibus ne sit, quod cum scies, facies, ut sciamus. Habes ad primam epistolam. secutæ sunt duæ prid. Cal. ambæ datæ, quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen, ut ante ad te scripsi, labantem. Nec me mouet, quod scribis με μὴ μορφορ, nam periculum in utriusq; iracundia positum est. Victoria autem ita incerta, ut deterior causa paratior mihi esse uideatur.



deatur. Nec me Coss. mouent, qui ipsi pluma, aut folio  
 facilius mouentur. Officij mei deliberatio cruciat, cru-  
 ciavitq; adhuc. Cautior certe est mansio. Honestior exi-  
 stimatur traiectio. Malo interdum multi me non caute,  
 quàm pauci, nò honeste fecisse existiment. De Lepido,  
 & Tullio quod quæris. Illi uero non dubitant, quin  
 Cæsari præstò futuri, in Senatumq; uenturi sint. Recē-  
 tissima tua est epistola Cal. data, in qua optas congres-  
 sum, pacem non desperas. Sed ego, cum hæc scribebã,  
 nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompeiũ  
 ad ullã conditionem accessurum putabam. Quod ui-  
 deris non dubitare, si Coss. transeant, quid nos facere  
 oporteat, certe transeunt, uel, quomodo nunc est, tran-  
 sierunt. Sed memento præter Appium, neminem esse fe-  
 re, qui non ius habeat transeundi. nam cum imperio  
 sunt, ut Põpeius, ut Scipio, Setonius, Faunius, Viconius,  
 Sestius. ipsi Coss. quibus more maiorum cõcessum est  
 uel omnes adire Prouincias, aut legati sunt eorum. Sed  
 nihil defero. Quid placeat tibi, & quid propemodũ  
 rectum sit, intelligo. Plura scriberẽ, si ipse possem, sed,  
 ut mihi uideor, potero biduo. Balbi Cornelij literarum  
 exemplum, quas eodẽ die accepi, quo tuas, nisi ad te,  
 ut meam uicem doleres, cũ me derideri uideres. V ale.

L. COR. BALBUS M. T. Ciceroni imp. S.

B seculo te Cicero, suscipe curam, & cogitatio-  
 nem dignissimam tuæ uirtutis, ut Cæsarem,  
 & Põpeium perfidia hominum distractos,  
 rursus in pristinam concordiam reducat. Crede mihi,  
 Cæsarem non solum in tua fore potestate, sed etiam ma-

## LIB.

ximum beneficium te sibi dedisse iudicaturū, si te huc  
 reūcis. Velim idem Pompeius faciat, qui ut adduci tali  
 tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, q̄ spe  
 ro. Sed cum constiterit, & timere desierit, tum incipiam  
 non desperare, et tuam auctoritatem plurimum apud  
 eum ualiturā. Quod Lētulum Cos. meum uoluisti hic  
 remanere, Cæsari gratum, mihi uero gratissimum me-  
 dius fidius fecisti. Nam illum tanti facio, qui non Cæsa-  
 rem magis diligam. qui si passus esset, nos secum, ut cō-  
 sueneramus, loqui, & non se totum etiam, & etiam ab  
 sermone nostro auertisset, minus miser, q̄ sum, essem.  
 Nam caue putes, hoc tempore plus me quēquam crucia-  
 ri, quod eum, quem ante me diligo, uideo in consulatu,  
 quiduis potius esse, q̄ Cos. Quod si uoluerit tibi obtem-  
 perare, & nobis de Cæsare credere, & consulatum re-  
 liquum Romæ peragere, incipiam sperare, etiam consi-  
 lio Senatus auctore te, illo relatore, Pompeium, & Cæ-  
 sarem coniungi posse. quod si factū erit, me satis iuxisse  
 putabo. Factum Cæsaris de Coryfinio totum me proba-  
 turum sciet, & quomodo in huiusmodi re commodius  
 cadere non potuit, q̄ ut res sine sanguine conficeretur.  
 Balbi me, illiusq; aduentu delectatum esse ualde gau-  
 deo. Is quæcunque tibi de Cæsare dixit, quæq; Cæsar  
 scripsit, si re tibi probabit, quæcunq; fortuna eius fue-  
 rit, uelis summe scripsisse. Vale.

## T. P. A T T I C O.

o Mnia mihi prouisa sunt præter occultum me-  
 tum. Iter ad mare superum. Hoc enim mari  
 uti non possumus hoc tempore anni. Illuc au-

tem, quò spectat animus, et quò res uocat, quà ueniam?  
 Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impe-  
 diar, atq; alliger. Nec uero ille me ducit, qui uidetur,  
 quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam  
 ante cognoram. Nunc uero etiā ἀσρατικώτατον.  
 Non me igitur is ducit, sed sermo hominum, qui ad me  
 à Philotimo scribitur. Is enim me ab Optimatibus aut  
 conscindi. quibus Optimatibus Dū boni? qui nūc quo  
 modo occurrunt? quomodo autem se uendicāt Cæsari?  
 Municipia uero aduunt, nec simulant, ut cum de illo  
 egroto uota faciēbant. Sed planè quicquid mali hic  
 Pistratus non fecerit, tam gratum est, quàm si alium  
 facere prohibuerit, hunc propiciū sperant. illum ira-  
 tum putant. Quas fieri censes ἀπαρτίσεις ex op-  
 pidis? quos honores? Metuunt inquit, credo. Sed me her-  
 cule illum magis. Huius insidiosa clementia delectan-  
 tur. illius iracundiam formidant. Iudices DCCCL,  
 qui præcipue Cn. nostro delectabantur, ex quibus quo  
 tidie aliquem uideo, nescio quas eius Lucernas horret.  
 Itaq; quæro, qui sint isti Optimates, qui me exturbent,  
 cū ipsi domi maneant. Sed tamen quicumq; sunt ἀδελ-  
 φοματρῶας. etsi qua spe proficiscar uideo, coniungoq;  
 me cum homine magis ad uastandum Italiam, quàm  
 ad uincendum parato. domitium quem expecto? Et quē  
 dem, cum hæc scribebam IIII Non. iam expectabā  
 aliquid à Brundusio. quid autem aliquid? quàm inde  
 turpiter fugisset, et uictor hic quà se referret, et quò.  
 Quod ubi audissem, si ille Appia ueniret, ego Arpi-  
 num cogitabam. Vale.

LIB.  
M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
NONVS.

T. P. A T T I C O.

*e* Tsi, cum tu has literas legeres, putabam fore, ut scirem iam quid Brundusij actum esset, nam Canusio VIII Calendarum profectus erat Cn., haec autem scribebam pridie Non. XIII die postquam ille Canusio mouerat, tamen angebar singularum horarum expectatione. mirabarq; nihil allatum esse, ne rumoris quidem. nam erat mirum silentium, sed haec fortasse *νεὸς προῦδα* sunt, quae tamen iam sciantur, necesse est. Illud molestum, me adhuc inuestigare non posse, ubi P. Lentulus noster sit, ubi Domitius. Quaero autem, quo facilius scire possim, quid acturi sint, ituri ne ad Pompeium, et si sint, qua, quado ue ituri sint. Urbem quidem iam refertam esse optimatum audio. Sositum, et Lupum, quos Cn. noster ante te putabat Brundusium uenturos esse, quam se ius dicere. Hinc uero uulgo uadunt, etiam M. Lepidus, quo cum die conterere solebam, cras cogitabat. Nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus. deinde Arpinum uolebamus. inde iter quammaxime *ἀνα-πάρτητος* esset ad mare superum, remotis, siue omnino missis licitoribus. audio enim a bonis uiris, qui et nunc, et saepe antea magno praesidio reip. fuerunt, hanc cunctationem nostram non probari, multa q; in

me, & seuerè in conuitijs tempestiujs quidem disputa-  
 ri. Cedamus igitur, & ut boni ciues simus, bellum Ita-  
 liae terra, mariq; inferamus, & odia improborũ rur-  
 sus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus, et Lu-  
 ceij consilia, ac Theophani persequamur. nã Scipio uel  
 in Syriam proficiscitur sorte, uel cum genero honeste,  
 uel Cæsarem fugit iratum. Marcelli quidem, nisi gla-  
 dium Cæsaris timuissent, manerent. Appius est eodem  
 timore, & inimicitarum recentium, & tamen præ-  
 ter huc, et C. Cassium reliqui Legati. propè ego unus  
 cui utrumuis liceret, frater accesserit, quem socium hu-  
 ius fortunæ esse non erat æquum. cui magis etiam Cæ-  
 sar irascetur. sed impetrare non possum, ut maneat.  
 Dabimus hoc Pompeio, quod debemus, nam me quidẽ  
 alius nemo mouet. nõ sermo bonorum, qui nulli sunt.  
 non causa, quæ acta timide est, agetur improbe. uni  
 hoc damus, nec id quidem roganti, nec suam cau-  
 sam, ut ait, agenti, sed publicam. Tu quid cogites de  
 transeundo in Epeirum, scire sanè uelim. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Tsi Non-Martijs, die tuo (ut opinoro) expe-  
 ctabam a te epistolam longiorem, tamen ad  
 eam ipsam breuem, quam III Non. Mar-  
 tij ὑπὸ τὴν δ'ήλην dedisti, rescribendum putau-  
 i. Gaudere ais te, mansisse me, & scribis in sententia  
 te manere. mihi autem superioribus literis uidebare  
 non dubitare, quin cederem, ita si & Cn. bene com-  
 tatus conscendisset, & Coss. transissent. utrum hoc tu  
 parum meministi? an ego non satis intellexi? an muta-

ſi ſententiam? ſed aut ex epiftola, quã expecto, perſpi-  
 ciam, quid ſentias, aut alias abs te epiftolas eliciã. Brū-  
 duſio nihil dum erat allatum. O rem difficilẽ, planẽq;  
 perditam. quã nihil prætermittis in conſilio dando,  
 quã tamen nihil, quod tibi ipſi placeat, explicas. Non  
 eſſe me unã cum Põpeio gaudes, ac proponis, quã ſit  
 turpe me ad eſſe, cum quid de illo detrahatur, ne fas eſſe  
 approbare. Certe, contra igitur? Dij inquis, auerrun-  
 cent. Quid igitur fiet? ſi in altero ſcelus eſt, in altero  
 ſupplicium? Impetrabis inquis à Cæſare, ut tibi abeſ-  
 ſe liceat, & eſſe ocioſum. ſupplicandum igitur? miſerũ.  
 Quid ſi non impetraro? et de triumpho erit inquis in-  
 tegrum. Quid ſi hoc ipſo premar. accipiam? quã fœdi-  
 us? negem? repudiari ſe totũ, magis etiã, q̃ olim in quã-  
 uiratu putabit, ac ſolet, cum ſe purgat, in me conferre  
 omnem illorum temporum culpam, ita me ſibi fuiſſe  
 inimicum, ut ne honorem quidem à ſe recipere uellẽ,  
 quanto nunc hoc idem accipiet aſperius? tanto ſcilicet,  
 quanto & honor hic illo eſt amplior, et ipſe robuſtior.  
 Nã quod negas te dubitare, quin magna in offenſa ſim  
 apud Pompeium hoc tempore, non uideo cauſam, cur  
 ita ſit hoc quidẽ tempore. Qui enim amiſſo Corfinio,  
 deniq; certioſam me ſui conſilij fecit, is queretur Brun-  
 duſium me non ueniſſe, cum inter me, & Brunduſium  
 Cæſar eſſet? Deinde etiam ſcit ἀπαρρησιάζου eſſe  
 in ea cauſa querelam ſuam. Me putat de municipiorũ  
 imbecillitate, de delectibus, de pace, de urbe, de pecu-  
 nia, de Piceno occupando plus uidiſſe, quã ſe. Sin cũ  
 potuero, non uenero, tum erit inimicus, quod ego non eo  
 uereor, ne mihi noceat. (Quid enim faciet τίς δὲ ἐγώ)

δύλος τῶ θανεῖν ἀφροντίς ὦν.) sed quia ingrati animi  
 crimen horreo. Confido igitur aduentum nostrum illi,  
 quoquo tempore fuerit, ut scribis, ἀσμενῆσερον. Nā  
 quod ais, si hic temperantius egerit, consyderatius  
 consilium te daturum, qui hic potest se gerere non per-  
 dute? uita, mores, ante facta, ratio suscepti negocij, socij,  
 uires bonorum? aut etiam constantia? Vix dum episto-  
 lam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum Post-  
 humus Curtius uenit, nihil nisi classem loquēs, et exer-  
 citus. eripiebat Hispanias. tenebat Asiam, Sicialiā, A fri-  
 cam, Sardiniam. confestim in Græciā persequebatur.  
 Eundum igitur est, nec tam, ut belli, q̄ ut fugæ socij si-  
 mus. Nec enim ferre potero sermones istorum, quicūq;  
 sunt. Non sunt enim certe, ut appellantur boni, sed ta-  
 men id ipsum scire cupio, quid loquantur, idq; ut ex q-  
 ras, meq; certiozem facias, te uehementer rogo. Nos ad  
 huc quid Brundusij actum esset, plane nesciebamus.  
 cum sciemus, tum ex re, & ex tempore consilium capie-  
 mus, sed utemur tuo. Vale.

## T. P. A T T I C O.

d Omitij filius transiit Formias VIII Id.  
 currens ad matrem Neapolim, mihiq; nun-  
 tiari iussit, patrem ad urbem isse, cum ex eo  
 curiose quæsisset seruus noster Dionysius. Nos autē au-  
 dieramus eum profectum siue ad Pompeium, siue in  
 Hispaniam. ad cuiusmodi sit, scire sanē uelim. Nam  
 ad id, quod delibero, pertinet, si ille certe nusquam di-  
 ccessit, intelligeret Cn. non esse faciles nobis ex Italia

exitus, cum ea tota armis, praesidijsq; teneatur, hyeme  
 praesertim. Nam si commodius anni tempus esset, uel  
 infero mari liceret uti, nunc nihil potest, nisi Supero tras  
 mitti, quo iter interclusum est. Quæres igitur & de  
 Domitio, & de Lentulo, a Brundusio nulla adhuc sa  
 ma uenerat, & erat hic dies VII Id. quo die suscipi  
 bamur, aut pridie Brundusium uenisse Cæsarem, nã  
 Calen. Arpis manserat. sed si Posthumum audire uel  
 les, persecuturus erat Cn. Transisse enim iam putabat  
 coniectura tempestatum, ac dierum. Ego nauas eum  
 non putabam habiturum. Ille confidebat, & eo ma  
 gis, quod audita nauicularijs hominis liberalitas es  
 set. sed tota res brundusina iam quomodo habeat se,  
 diutius nescire non possum. Ego et si tam diu requiesco,  
 quam diu aut ad te scribo, aut tuas literas lego, tamen  
 & ipse egeo argumento epistolarum, & tibi idem acci  
 dere certe scio. Quæ enim soluto animo familiariter  
 scribi solent, temporibus his excludentur. quæ autem  
 sunt horum temporum, ea iam contriuimus. Sed tamẽ  
 ne me totum ægritudine dedam, sumpsi mihi quasdam,  
 tanquam θεσπς, quæ & politicae sunt, et tempo  
 rum horum, ut & abducam animum ab querelis, et  
 in eo ipso, de quo agitur, exercear. Hæ sunt huiusmodi  
 εἰ μενετεῖον ἐν τῇ πατρίδι, τυραννεμένης δὲ αὐτῆς. εἰ  
 παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατὰ λυσιν πρακτικόν. ἢ ἂν μὲν  
 λη διατῆ το περι τῶν ὄλων ἡ πόλις κινδυνεύειν. εἰ ἀλα  
 βητεῖον τὸν κατὰ λυόντα, μὴ αὐτὸς τι πάθῃ. εἰ πρακτικόν  
 ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννεμένη μᾶλλον ἢ ἐν πολέ μω  
 εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποί τῆς πα  
 τρίδος τυραννεμένης. εἰ διὰ παντὸς κινδυνεύει τῆς  
 ἐλευθερίας



ἐλευθερίας περὶ εἰ πόλεμον ἔπαυτόν τῆ χώρα, καὶ πλορηκτέον τούτην τυραννὴν μένην. ἢ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πόλεμον κατὰ λυσιν τῆς τυραννίδος συναποτρεπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις ἐπὶ τοῖς ἀεργέτοις, καὶ φίλοις συνηιδυνούτεον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, καὶ μὴ δοκῶσιν οὐ βεβηλοῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ δὲ μέγαλα τὴν πατρίδα ἀεργετήσας δι' αὐτὸ δὲ τῆτο ἀνήκεστα παθῶν, καὶ φθονηθεῖς, κινδυνούσειεν ἂν ἐβελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. εἰ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτῆ ποτε, καὶ τῶν οἰκείων αὐτῆ ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένωτας πρὸς τὴς ἰχύνοντας διὰ πολιτείας. In his ego me consultationibus exerrens, & differens in utranq; partem, tum græce, tum latine, & abduco parū per animum à molestijs, & τῶν πράγματι delibero. sed uereor, ne tibi ἀκαιρος sim. Si enim recte ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Atali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilij, summæq; tum beneuolentiae, tum etiam prudentiae. Eam mihi Philotimus postridie, quam acceperat, reddidit. sunt ista quidem, quæ disputas, difficillima. iter ad superum, et nauigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formijs, ne obtulisse nos gratulationi uideamur. sed miserius nihil, quàm ea uidere, quæ tamē iam inquam uidenda erunt. Fuit apud me Posthumius. scripsi ad te, quàm gr. uuis. Venit ad me etiā Quintus Fusius, quo multu, quo spiritu properans Brundisium, scelus accusans Pompeij, leuitatem, et stultitiā se-

natus. Hæc qui in mea Villa non ferã, cur tum in Cu-  
 ria potero ferre? Age finge me, quã uis αὖτο μάχης hæc  
 ferentem. Quid illa, dic M. Tulli, quem habebunt exi-  
 tum? Et omitto causam reip. quam ego amissam puto  
 cum uulneribus suis, tum medicamentis his, quæ parã  
 tur. De Pompeio quid agam? cui planè (quid enim ne-  
 gem) succensui. Semper enim causæ euentorum ma-  
 gis mouent, quàm ipsa euenta. Hæc igitur mala, qui-  
 bus maiora esse quæ possunt? consyderans, uel poti-  
 us iudicans eius opera accidisse, & culpa, immittior  
 eram huic, quàm ipsi Casari. Ut maiores nostri fune-  
 storem diem esse uoluerunt alliensis pugnae, quàm ur-  
 bis captæ, quod hoc malum ex illo, itaq; alter religio-  
 sus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus, sic ego  
 decem annorum peccata recordans, in quibus inerat  
 ille etiam annus, qui nos hoc defendente, ne dictam gra-  
 uis affligerat, præsentisq; temporis cognoscens teme-  
 ritatem, ignauiam, negligentiam, succensebam. Sed ea  
 iam mihi exciderunt. beneficia eiusdem cogito, cogito  
 etiam dignitatem. intelligo seruius equidem, quàm uel-  
 lem, propter epistolas, sermonesq; Balbi. Sed uideo pla-  
 nè nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quàm ut huic  
 occideret. Ego igitur, si quis apud Homerum, cum ei,  
 & mater & dea dixisset *νῦν δ' ἄμα τ' ὠκύμορος,*  
*καὶ δ' ἰζυρὸς πέρη πάντων ἔπλεο.* Matri ipse respon-  
 dit *αὐτίκα τεθνάειν ἔπει δ' ἢ ἄρα ἔμειλλον ἑταίρω κτεί-  
 νο μὲν ἢ ἐπαμύναι.* quid si non ἑταίρω solum, sed eti-  
 am ἀεργέτη? Adde tali uiro talem causam agen-  
 ti, & ego uero hæc efficiam, & ei candida uita, puto.  
 Optimatibus uero tuis nihil confido, nihil iam ne in-  
 seruiō

seruiō quidem. uideo ut se huic dent, ut daturi sint.  
 Quicquam tu illa putas fuisse de ualetudine decreta  
 municipiorum, præ his de uictoria gratulationibus? ti-  
 ment inquires. at ipsi tum se timuisse dicunt. sed uidea-  
 mus quid actum sit Brundusij. ex eo fortasse mea consi-  
 lia nascentur, aliæq; literæ. Nos adhuc Brundusio ni-  
 hil. Roma scripsit Balbus putare iam Lentulum Cos.  
 transmississe me, nec eum a minore Balbo conuentum,  
 quod is hoc iam Canusij audisset, inde ad se eum scri-  
 psisse, cohortes sex, quæ Albæ fuissent, ad Curium in  
 uia Munitia transiisse. Id Cæsarem ad se scripsisse,  
 & breui tempore eum ad urbem futurum. Ergo utar  
 tuo consilio, neq; me in Arpinum hoc tempore abdam.  
 et si Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uel-  
 lem, hæc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæ-  
 sarem. Sed fortasse in eo ipso offendetur. cur non Ro-  
 mæ potius? sed tamen si est conueniendus hic potissi-  
 mum tum reliqua uidebimus id est & quò, & quâ,  
 & quando. Domitius, ut audio, in Cosano est qui-  
 dem, ut aiunt, paratus ad nauigandum. Si in Hispa-  
 niam, non probo, si ad Cn. laudo. quouis potius cer-  
 te, quàm ut certum uideat, quem ego prorsus aspice-  
 re non possum. Quid alios? sed opinor quiescimus,  
 ne nostram culpam coarguamus, qui, dum urbem, id  
 est patriam amamus, dumq; rem conuenturam puta-  
 mus, ita nos gessimus, ut plane interclusi, captiq; si-  
 mus. Scripta iâ epistola, Capua literæ sunt allatæ hoc  
 exemplo. Pompeius mare transijt cum omnibus militi-  
 bus, quos secum habuit. hic numerus est hoium millia  
 XXX, et Coss. duo, et Tr. Pl. Senatores, q fuerat cū eo,

## LIB.

omnes cum uxoribus, & liberis conscendisse dicitur ad  
 III Non. Mar. Ex ea die fuere Septentriones uēti.na  
 ues, quibus usus non est, omnes aut præcidisse, aut in=  
 cendisse dicunt. De hac re literæ L. Metello Tr. Pl. Ca  
 puam allatæ sunt ab Clodia socru, quæ ipsa transit.  
 Ante sollicitus eram, & angebar, sicut res scilicet ipsa co  
 gebat, quo uti consilio possem, nunc autem, postquam  
 Pompeius, & Coss. ex Italia exierunt, non angor, sed  
 ardeo dolore. Ἔδ' ἐ μοι ἦτορ ἔ μπεδον ἀλλ' ἀλόλνται.  
 Non sum inquā (mihī crede) mentis compos, tantum mi  
 hi dedecoris admississe uideor, me non primū cum Pom  
 peio qualicunq; consilio usum, deinde cum bonis esse,  
 quāuis causa temere instituta, præsertim, cum ū ipsi,  
 quorum ego causa timidius me fortunæ cōmittebam,  
 uxor, filia, cicerones pueri, me illuc sequi mallent, hoc  
 turpe, & me indignum putarent. Nam Quintus qui  
 dem frater quicquid mihi placeret, id rectum se puta  
 re aiebat, id animo æquissimo sequebatur. Tuas nunc  
 epistolas a' primo lego. hæc me paulum recreant, pri  
 mæ mouent, & rogant, ne me proūciam. proximæ te  
 gaudere ostendunt, me remansisse. eas cum lego, minus  
 mihi turpis uideor, sed tandiu, dum lego. Deinde emer  
 git rursum dolor, αἰσχρὴ φαντασίᾳ. Quam ob  
 rem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut  
 minue saltem aut consolatione, aut consilio, aut qua  
 cunq; re potes. Quid tu autem possis? aut qd homo quis  
 quam? uix iam deus. Equidē illud molior, quod tu mo  
 nes, sperasq; fieri posse, ut mihi Cæsar concedat, ut ab  
 sim, cum aliquid in Senatu contra Cn. agatur, sed ti  
 meo, ne non impetrem. Venit ab eo Furnius, ut quidē  
 scias, quos

scias, quos sequamur, qui Titinij filium cum Cæsare esse nuntiat, & illum maiores mihi gratias agere, quàm uellem. Quid autem me roget? paucis ille quidem uerbis, sed ἐν δυνάμει cognosce ex ipsius epistola. me miserum, quod tu non ualuisse, unam fuissemus, consiliū certe non defuisset σύντε δὲ ἐρχομένω. Sed acta ne agamus, reliqua paremus. me adhuc hæc duo fefellerunt, initio spes compositionis, qua facta uolebam, ut populari, ut e a sollicitudine senectutem nostram liberari, deinde bellum crudele, & exitiosum suscipi à Pompeio intelligebam. Melioris medijs fidijs cuius, & uiri putabam, quo uis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solum præesse, uerum etiam interesse. uidebatur uel mori satius fuisse, quàm esse cum ijs. Ad hæc igitur cogita mi Attice, uel potius excogita. quēuis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem. Vale.

## C. CAESAR M. T. CICERONI S.

Um Furnium nostrum tantum uidissem, neque loqui, neque audire me commode potuisset properantem, atque essem in itinere præmissis iam legionibus, præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasque agere. Etsi hoc officium sæpe, et sæpius mihi facturus uideor, ita de me mereris. In primis à te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem uenturum, ut te ibi uideam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum reuertar, festinationi meae, breuitatique literarum ignosces, reliqua ex Furnio cognosces. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Cripserã ad te epistolam, quam darẽ IIII  
 Idũ, sed eo die is, cui dare uolueram, nõ est  
 profectus. Venit autem eo ipso die ille Cele-  
 ripes, quem Saluius dixerat. attulit uberrimas tuas li-  
 teras, quæ mihi quiddam, quo stare, instillarunt. Re-  
 creatum enim me non queo dicere, sed planè τὸ σὺν  
 ἔχῳ effecisti. Ego enim non iam id ago (mihi crede)  
 ut prosperos exitus consequar. Sic enim uideo, nec duo-  
 bus ijs uiuis, nec hoc uno, nos unquam remp. habitu-  
 ros. ita neq; de ocio nostro spero. iam nec ullam acerbi-  
 tatem recusor. Vnum illud extimescebam, nec quid tur-  
 piter facerem, uel dicam iam effecissem. sic ergo habeto  
 salutarem te mihi literas misisse, neque solum has lon-  
 giores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfe-  
 ctius, sed etiam illas breuiores, in quibus hoc mihi in-  
 cundissimum fuit, consilium, factumq; nostrum ab  
 Sexto probari. per gratumq; mihi tu fecisti, à quo di-  
 ligi me, & quid rectum sit, intelligi scio. longior uero  
 tua epistola nõ me solum, sed meos omnes ægritudine  
 leuauit. Ita q; utar tuo consilio, & ero in Formiano, ne  
 aut ad urbem ἀπαρτησις mea animaduertatur,  
 aut, si nec hic, nec illic eum uidero, deuitatum se à me  
 putet. Quod autem suades, ut ab eo petam, ut mihi con-  
 cedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim,  
 id me iam pridem agere intelliges ex literis Balbi, &  
 Oppij, quarum exempla tibi misi, nisi etiam Cæsaris  
 ad eos sana mente scriptas literas. quo modo in tanta  
 insania? sin mihi Cæsar hoc non concedat, uideo tibi il-  
 lud placere

lud placere me πολιταμα de pace suscipere, in quo  
 non extimesco periculum. cum enim tot impendant,  
 cur non honestissimo de pacisci uelim? Sed uereor, ne  
 Pompeio quid oneris imponam μη μοι χορρεῖν κεφα  
 λην δευδοιο πελώρου intorqueat. Mirandum enim in  
 modum Cn. noster Sullani regni similitudinem concu  
 puit εἰ δόσι λέγω. nihil inquam ille minus obscu  
 re tulit. cum hoc ne igitur inquires esse uis? beneficium  
 sequor (mihi crede) non causam, ut in Milone, ut in M.  
 sed hactenus. Causa igitur non bona est? immo opti  
 ma, sed agatur (memento) foedissime. consilium primum  
 est, suffocare urbem, & Italiam fame, deinde agros  
 uastare, urere, pecunijs locupletum non abstinere. Sed  
 cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium  
 non sit rectius, putem quid uis domi perpeti. Sed ita ma  
 ruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen su  
 bire non audeam, quanquā à te eius quoque rei iusta de  
 fensio est explicita. De triumpho tibi assentior, quem  
 quidem totum facile, & libenter abiecero. egregie pro  
 bo fore, ut dum agamus ὁ πως ὠραῖος obrepat, si  
 modo inquis satis ille erit firmus. est firmior etiam,  
 quam putamus. De isto licet bene speres, promitto tibi,  
 si ualebit, tegulam illum in Italia nullam relicturū.  
 te ne igitur socio? Contra mehercule meum iudicium,  
 & contra omnium antiquorum auctoritatem, nec  
 tam utilia adiunem, quam, ut hæc ne uideam, cupio  
 discedere. Noli enim putare tolerabiles horū insanias,  
 nec uniusmodi fore, et, si quid te horum fugit, legibus,  
 iudicijs, Senatu sublato, libidines, audacias, sumptus,  
 egestates, tot egentissimorum hominum, nec priva-

tas posse res, nec remp. sustinere. Abeamus igitur inde qualibet navigatione, etsi id quidem, ut tibi uidebitur, sed certe abeamus. Sciemus enim id, quod expectas, quid Brundusij actum sit. Bonis uiris quod ais probari, quæ adhuc fecerimus, sciriq; ab ijs non profectis, ualde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus. De Lentulo inuestigabo diligentius, id mandauit Philotimo homini forti, ac nimium Optimati. Extremum est, ut tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit. Nec enim alia de re nunc ulla scribi potest. & de hac quid iam amplius inueniri potest? Sed quoniam & ingenium suppeditat, dico mehercule, ut sentio, & amor, quo & meum ingenium incitatur. perge, ut facis, & scribe, quantum potes. In Epeirum quod me non inuitas comitem, non molestum. subira scor. sed uale. Nam, ut tibi ambislandum, & iungendum, sic mihi dormiendum. etenim literæ tuæ mihi somnum attulerunt.

## T. P. A T T I C O.

e Oenantibus prid. Idum nobis ac noctu quidem, Staius a te epistolam breuem attulit. de L. Torquato quid modo quaeris? non modo Lucius, sed etiam Paulus profectus est. alijs multis de Reatinorum corona. Quod scribis moleste fero, in agro Sabino sementem fieri proscriptionis, Senatorum nullos esse Romæ nos quoq; audieramus. Et quid potes dicere, cur exierint? In his locis opinio est cõiectura magis, quàm nuntio, aut literis, Casarem Formijs ad XI Calendarum April. fore. Hic ego uellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentoris, cui dicerem



cerem μίντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσκτύξομαι  
 αὐτῶν? Nullam rem unquam difficiliorem cogitavi,  
 sed cogito tamen, nec ero, ut in malis imparatus, sed cu-  
 ra, ut ualeas. Puto enim diem tuum heri fuisse.

C. Cæsar C. Oppio, & L. Cornelio Balbo. S.

Audeo me hercule uos si significare literis, quã  
 g. ualde probetis ea, quæ apud Corfiniũ sunt  
 gesta. consilio uestro utar libenter, & hoc li-  
 bẽtius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam  
 lenissimum me præberem, & Pompeium darem ope-  
 ram ut reconciliarem. Tentemus hoc modo, si possumus  
 omnium uoluntates recuperare, & diuturna uictoria  
 uti, quando reliqui crudelitate odium effugere non po-  
 tuerunt, neque uictoriam diutius tenere præter unum  
 L. Sullam, quem imitaturus non sum. Hæc noua sit ra-  
 tio uincendi, ut misericordia, et liberalitate nos munia-  
 mus. Id enim quemadmodum fieri possit, nõnulla mi-  
 hi in mentem ueniunt, & multa reperiri possunt. De  
 ijs rebus rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Ma-  
 gnum Pompeiũ præfectum deprehendi scilicet, & meo  
 instituto usus sum, & eum statim missum feci. Iam  
 duo præfecti fabriũ Pompeiũ, in meam potestatem ue-  
 nerunt, & à me missi sunt. Si uolent grati esse, debe-  
 bunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus,  
 quàm ijs, qui & illi, et mihi semper fuerunt inimicis-  
 simi. quoru artificijs effectum est, ut resp. in hunc sta-  
 tum perueniret. Vale.

Vb posteaquam literas communes cum Op-  
 pio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi, cu-  
 ius exemplum tibi nisi, ex quibus perspice-  
 re poteris, quàm cupiat concordiam, & Pompeium re-  
 conciliare, & quàm remotus sit ab omni crudelitate,  
 quod eum sentire, ut deo, valde gaudeo. De te, & tua  
 fide, & pietate idem mehercule mi Cicerone sentio, quod  
 tu, non posse tuam famam, & officium sustinere, ut con-  
 tra eum arma feras, à quo tantum beneficium te acce-  
 pisse prædices. Cæsarem hoc idem probaturum explo-  
 ratum, pro singulari eius humanitate habeo, eiq; cum  
 latissime satisfacturum te certe scio, cum nullam par-  
 tem belli contra eum suscipias, neq; socius eius aduersa-  
 rius fueris. Atq; hoc non solum in te tali, & tanto viro  
 satis habebit, sed etiam mihi ipse sua concessit bonitate,  
 ne in ijs castris essem, quæ contra Lentulum, aut Pom-  
 peium futura essent, quorum beneficia maxima habe-  
 rem. sibiq; satis esse dixit, si togatus urbana officia sibi  
 præstitissem, quæ etiã illis uellem præstare, si possem.  
 Itaq; nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, su-  
 stineo, meumq; officium, fidem, pietatem ijs præsto. Sed  
 mehercule rursus tam abiectam compositionis spem nõ  
 desperatissimam esse puto, quoniam Cæsar est ea men-  
 te, qua optare debemus. hac re mihi placet, si tibi uide-  
 tur, te ad eum scribere, & ab eo præsidium petere, ut  
 petisti à Pompeio me quidem approbante temporibus  
 Milonianis. Præstabo (si Cæsare bene noui) eum prius  
 tuæ dignitatis, quàm suæ utilitatis rationem habitu-

rum. Hæc quàm prudenter tibi scribam, nescio. sed illud certe scio, me ab singulari amore, ac beneuolentia quæcunq; scribo, tibi scribere, quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, ut paucos æque ac te caros habeam. De hac re cum aliquid constitueris, uelim mihi scribas. nam nõ mediocriter laboro utriq; ut uis, tuam beneuolentiam præstare possis, quã mehercule te præstaturum confido. fac ualeas.

L. Cor. Balb. & C. Oppius M. T. Ciceroni. S.

Edum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum uirorum consilia ex euentu, non ex uoluntate à plerisq; probari solent, tamen freti tua humanitate, quod uerissimum nobis uidebitur de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consiliũ dabimus, quod si nõ fuerit prudens, at certe ab optima fide, et optimo animo proficietetur. Nos nisi id, quod nostro iudicio Cæsare facere oportere existimamus, ut simul ac Romã uenerit, agat de recõciliatione gratiæ suæ, et Põpeiũ id eum facturũ cum ex ipso cognouissimus, te hortari desineremus, ut uelles his rebus interesse, quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui utriq; es coniunctus, res tota consieret, aut si ex cõtrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eũ uelle cũ Põpeio bellũ gerere sciremus, nunq̃ tibi suaderemus cõtra hominẽ optime de te meritum arma ferres, sicuti te semper orauimus, ne contra Cæsarem pugnares. sed cum etiam nunc quid facturus Cæsar sit, magis opinari, quod scire possumus, nisi hoc non uideri eam tuam esse dignitatem, neq; fidẽ omnibus cognitam, ut contra alter

utrum, cum utriq; sis maxime necessarius, arma feras, & hoc non dubitamus, quin Cæsar pro sua humanitate maxime sit probaturus. Nos tamen (si tibi uidebitur) ad Cæsare scribemus, ut nos certiores faciat, quid hac re acturus sit. à quo si erit nobis rescriptum, statim quæ sentiemus, ad te scribemus, & tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ nobis uidentur tuæ dignitati, non Cæsaris rationi esse utilissima. Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in nos probaturum putamus. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Reis epistolas tuas accepi postridie Iduum, erāt autē illæ tertiæ pridie Iduum datæ. Igitur antiquissimæ cuiq; primū respōdebo. Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer, & iam de supero mari perlabor, ut antea ad te scripsi, & quonā modo possem uoluntati eius nullam reip. partem attingere. Quod laudas, q̄a obliuisci me scripsi antefacta, et dicta nostri amīci, ego uero ita facio. qn̄ ea ipsa, quæ ante commemorātur, secus ab eo in me ipsum facta esse non memini, tanto plus apud me ualere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem uolo. Faciamus igitur, ut censes, colligamusq; nos. festiuo enim simillimus decuro, atq; cursu diuersas meas commentari non desino. sed sunt quædam earum perdifficiles ad iudicandū. De optimatibus, sit sanè ita, ut uis, sed nosti illud *ἰδὸς υἱὸς ἐν νοπίστῳ* Titinij filius apud Cæsarem est. Quod autem quasi uereri uideris, ne mihi tua consilia displiceant, me uero nihil delectat aliud, nisi consilium, & literæ tuæ. Quare fac, ut ostendis, ne desiste-

ris ad me quicquid tibi in mentem uenerit, scribere. mihi nihil potest esse gratius. Venio ad alteram nunc epistolam. Recte non credis de numero militum ipso, dimidio plus scripsit Clodia. falsum etiam de corruptis nauibus. Quod Coss. laudas, ego quoque animum laudo, consilium reprehendo. dispersione enim illorum, actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar. Itaque postea Demetrii librū de concordia tibi remisi, et Philotimo dedi. Nec uero dubito, quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium duceretur à fame, et me tamen doleo non interesse huic bello, in quo tanta uis sceleris futura est, ut cum pariter non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam, et sanctissimam parentem patriam fame necandam putent. Atque hoc non opinione timeo, sed inter sui sermonibus. Omnis hæc classis, Alexandria, Colchis, Tiro, Sidone, Andro, Cypro, Pamphilia, Lycia, Rhodo, Chio, Bizantio, Lesbo, Smyrna, Myleto, Coo, ad intercludendos com meatus Italiae, et ad occupandas frumentarias Prouincias comparatur, ad quam ueniet iratus, et ijs quidem maxime, qui eum maxime saluum uolebant, quasi relictus ab ijs, quos reliquit. Itaque mihi dubitanti quid me facere par sit, per magnum pondus affert beneuolentia erga illum, qua dempta perire melius esset in patria, quam patriam seruando euertere. De Septentrione planè ita est. Metuo, ne uexetur Epeirus. Sed quæ tu locum Græciæ non direptumiri putas? prædicat enim palam, et militibus ostendit, se largitione ipsa superiorè, quam huc fore. Illud me præclare admones, cum illum uidero, ne nimis indulgenter, et ut cum grauitate potius loquar.

planè sic faciendum. Arpinum cum eum conuenero,  
 cogito, ne forte aut absim, cum ueniet, aut cursem huc  
 illuc uia deterrima. Bibulum (ut scribis) audio uenis-  
 se, & redisse pridie Iduū. Philotimum (ut ais) epistola  
 tertia expectabas. At ille Idibus à me profectus est,  
 eo serius ad tuam epistolam, cui ego statim rescripse-  
 ram, reddita sunt meae literae. De Domitio (ut scribis)  
 ita opinor esse, ut & in Cosano sit, & consilium eius  
 ignoretur. Iste omnium turpissimus, et sordidissimus,  
 qui consularia comitia à Praetore ait haberi posse,  
 est idem, qui semper in rep. fuit. Itaque nimirum hoc il-  
 lud est, quod Cæsar scribit in ea epistola, cuius exem-  
 plum ad te misi, se uelle uti consilio meo. Age esto hoc  
 commune, est gratia ineptum id quidem, sed (puto) hoc  
 simulat ad quasdam Senatorum sententias, dignitate  
 fortasse sententia consularis. Illud extremum est ope  
 omnium rerū, id ego suspicari cœpi ex tuis literis, aut  
 hoc ipsum esse, aut non multo secus, nā per magni eius  
 interest rem ad interregnum nō uenire. Id assequetur,  
 si per Pr. Coss. creantur. Nos autem in libris habemus  
 non modo Coss. à Pr. sed ne praetores quidem creati  
 ius esse, idq; factum esse nusquam. Coss. eo nō esse ius,  
 quod maius imperium à minore errari non sit ius.  
 Praetores autem, cum ita rogentur, ut collegae Coss. sint,  
 quorum est maius imperium, aberit non longe, quin  
 hoc à me decerni uelit. neq; sit contentus Galba, Scaeuola,  
 Cassio, Antonio τὸ τὲ μοι χάροι ἀπειῶ χθών.  
 Sed quanta tempestas impēdeat, uides. qui transierint  
 Senatores scribam ad te, cum certum habebo. De re fru-  
 mentaria recte intelligis, quae nullo modo administra-

ri sine uectigalibus potest, nec sine causa, & eos, qui cum eum illum sunt omnia postulantes, & bellum nefarium times. Trebatium nostrum, & si (ut scribis) nihil bene sperat, tamen uidere sane uelim. quē fac hortis, ut properet, opportune enim ad me ante aduentum Cæsaris uenerit. De Lanuino statim, ut audiui Fameam mortuum, optaui, si modo esset futura resp. ut id aliquis emeret meorum. Neq; tamen de te, qui maxime meus, cogitaui. Scribam enim de quoto anno, & quātum in solo solere quærere non solum Romæ, sed etiam delitium digamma uiderē. Veruntamen ego illud, quā quā est bellū, minoris aestimo, quā aestimabatur Marcellino Cos. cum ego istos hortulos propter domum antiquam, quam habebam, iucundiores mihi fore putabam, & minore impensa, quā si Tusculanum refecissem. uolui N. S. et cum Q. egi per predē ille daret, antiquum haberet uenale, noluit. Sed nunc omnia ista iacere puto propter numorum caritatem. mihi quidem erit aptissimum, uel nobis potius, si tu emeris, sed eius dementias caue contempnas. Valde est uenustum, quanquā mihi ista omnia iam addicta uasitati uidentur. Respondi epistolis tribus, sed expecto alias, nam me adhuc tuæ literæ sustentarunt. Vale.

## T. P. A T T I C O.

d E liberalibus nihil habebam, quod scriberem, neq; enim noui quicquam audierā, et ad tuas omnes rescripserā pridie. Sed cum me aegritudo non solum somno priuaret, uerū ne uigilare

quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui. Amens mihi fuisse uideor à principio, & me una hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, uel potius ruentem Pompeium tanquã unus manipularis secutus sim. Vidi hominem XIII Cal. Febr. plenum formidinis. illo ipso die sensi, quid ageret. Nunquam mihi postea placuit, nec unquam aliud in alio peccare desistit. nihil iterum ad me scite, nihil nisi fugam cogitare. Quid quæris? Sicut ἐν τοῖς ἐρωτησίοις alienantur immundæ infulis, nudæ de core, sic me illius fugæ, negligentiaeq; deformitas auertit ab amore. nihil enim dignum faciebat, quare eius fugæ comitem me adiungerem. Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest. Itaq; dies et noctes tanquam auis illa mare prospecto, euolare cupio. dedo pœnas temeritatis meæ. & si quæ fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? Si enim nihil præter fugam quæreretur, fugissem libentissime, sed genus belli crudelissimi, & maximi, quod non dum uident homines, quale futurum sit, perhorruui. Quæ minæ municipijs? quæ nomina etiã uiris bonis? quæ deniq; omnibus, qui remansissent? quã crebro illud. Sulla potuit, ego non potero? mihi autem hæserunt illa. Male Tarquinius, qui Porſenam, qui Octauium Manlium contra patriam. impie Coriolanus, qui auxilium petijt à Volſcis. recte Themistocles, qui mari maluit. nefarius Hippas Disistrati filius, qui in Marathoniam pugna cecidit, arma cõtra patriam ferens. At Sulla, & Marius



Sulla, & Marius, & Cinna recte, immo iure fortasse. sed quid eorum uictoria crudelius? quid funestius? Huius belli genus fugi, et eo magis, quod crudelius etiam cogitari, & parari uidebã. me, quem nonnulli conseruatore[m] istius urbis, quem parẽtem esse dixerunt, Getarum, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eã adducere, me meis ciuibus famem, uastitatem inferre Italiæ, nunc me primum mortalem esse, deinde etiam multis modis posse extingui cogitaram, Urbem autem, & populum nostrum seruandũ ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam. & tamen spes quædam me obtentabat, fore, ut aliquid conueniret potius, quã[m] aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitiũ admitteret. Alia res nũc tota est, alia mens mea. Sol (ut est in tua quadam epistola) excidisse mihi ẽ mundo uidetur. Vt a groto, dũ anima est, spes esse dicitur, sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare nõ desisti. Hæc me fefellerunt, & (ut uerum loquar) ætas iam a diu-  
turnis laboribus deflexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione molliuit. Nunc sine periculo experiundum erit. experiar certe, ut hinc auolẽ. ante oportuit fortasse, sed ea, quæ scripsisti, me tardarunt, et auctoritas maxime tua. Nam cum ad hunc locum uenissẽm, euolui uolumen epistolarum tuarũ, quod ego sub signo habeo, seruõq; diligentissime. Erat igitur in ea, quam X Calen. Feb. dederas hoc modo. Sed uideamus & Cn. quid agat, & illius rationes quorsum fluant. quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male, & (ut ego existimo) ἀλογίσως, sed tum denum consilia nostra commutanda erunt. Hoc scribis post diẽ

quartū, quā ab urbe discessimus. deinde VIII Cal.  
 Febr. tantummodo Cn. noster ne, ut urbē ἀλογίστως  
 reliquit, sic Italiam relinquat. Eodem die das alteras  
 literas, quibus mihi consulenti planissime respondes.  
 est enim sic. Sed uenio ad consultationem tuam. Si Cn.  
 Italia cedit, in urbem redeundum puto. Qui enim fi-  
 nis peregrinationis? hoc mihi planē hæsīt. et nunc ita  
 uideo infinitum bellum iūctum miserrima fuga, quā  
 tu peregrinationem ὑποκορισμὸν appellas. sequitur  
 χρισμὸς VI Cal. Febr. Ego, si Pompeius manet in  
 Italia, nec res ad pacationem uenit, longius bellum puto  
 fore, sin Italiam relinqt, ad posterum bellū ἄσπονδον  
 strui existimo. Huius igitur belli ego p̄iceps, & socius,  
 & adiutor esse cogor, qđ & ἄσπονδον est cum ciui-  
 bus. Deinde VI Idū Feb. cum iam plura audires de  
 Pompeij consilio, concludis epistolā quandā hoc mo-  
 do. Ego quidē tibi non sum author, si Pōpeius Italiam  
 relinqt, te quoq; profugere. Sūmo enim periculo facis,  
 nec rei p̄. proderis, qđ quidem posterius poteris prodes-  
 se, si manseris, quē φιλόπατρι, καὶ πολιτικὸν hominis  
 prudentis, & amici tali admonitu, non moueret autho-  
 ritas? Deinde III Idū Feb. iterū mihi respondes cō-  
 sulenti sic. Quod quæris a me, fugam ne fidā, an mo-  
 ram deserendam utiliozem putem, ego uero in præsen-  
 tia subitum discessum & præcipitem profectionem tū  
 tibi, tum ipsi Cn. inutilem, & periculosam puto, & sa-  
 tius esse existimo uos dispertitos, et in speculis esse. sed  
 mediufidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare.  
 Hoc turpe Cn. noster biēnio ante cogitauit, ita Sullatū  
 vit animus eius, & proscriptūrit iandū. Inde, ut opi-

nor, cum ad me quaedam ἀρρηκνῶτερον scripsisses, et ego mihi te quaedam significari putassem, ut Italia cederem, detestaris hoc diligenter XI Cal. Mar. Ego vero nulla epistola significavi, si Cn. Italia cederet, ut tu una cederes, aut si significavi, non dico fui inconstans, sed demens. In eadem epistola alio loco, nihil relinquiter, nisi fuga, cui te sociū neutiq̄ puto esse oportere, nec unquam putavi. totam autē hāc deliberationem euoluis accuratius in literis VIII Cal. Mar. datis. Si M. Lepidus, & L. Volcatius remanent, manendum puto, ita ut, si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi, hāc ἀνεῖρα relinquant, & te in certamine uinci cum illo facilius patiaris, quā cum hoc in ea, quae perspicitur futura collumie, regnare. Multa disputas huic sententiæ conuenientia. Inde ad extremum. Si, inquis, Lepidus, & Volcatius discedunt, planē ἀπορῶ. Quod euenit igitur, & quod egeris σερυτίον id putabo, si tū dubitares, nunc certe non dubitas istis manentibus. De inde in ipsa fuga V Calē. Mar. interea non dubito, quin in Formiano mansurus sis. Commodissime enim τὸ μέλλον παραδοκίσεις ad VI Calēdarum Mar. cum ille quintum iam diem Brundusij esset, tum poterimus deliberare, non scilicet in integra re, sed certe minus i fracta, quā si una proieceris te. Deinde IIII Nonarum Mar. ἐν ἀπολογία τινὶ cum breuiter scriberes, tamen ponis hoc, cras scribam plura, & ad omnia. Hoc tamen dicam non poenitere me consilij de tua mansione, & quanquā magna solitudine, tamen quia minus mali puto esse, q̄ in illa profectiōe, maneo in sententia, et gaudeo te māsisse. Cū uero iam an-

gerer, & timerem, nequid a me dedecoris esset admis-  
 sum, III Nonarū Mar. tamen te nō esse unā cum Pō-  
 peio non fero moleste. postea si opus fuerit, nō erit dif-  
 ficile, & illi quoquo tempore fiet, erit ἄσμενον. Sed  
 hoc ita dico, si hic qua ratione initium fecit, eadem cæ-  
 tera aget sincere, temperate, prudēter, ualde uidero. cō-  
 syderatus utilitati nostræ consulero. VII Idū  
 Mar. scribis Peduceo quoq; nostro probari, quod quie-  
 rim, cuius auctoritas multum apud me ualet. His ego  
 tuis scriptis me consolor, ut nihil a me adhuc delictum  
 putem. tu modo auctoritatem tuam defendito, aduersus  
 me nihil opus esse, conscius ego alijs. ego, si nihil pecca-  
 ui, reliqua tuebor. Ad ea tute hortare, & me omnino  
 tua cogitatione adiuna. Hic nihil dum de reditu Cæ-  
 saris audiebatur. Ego his literis hoc tamen profeci, per-  
 legi omnes tuas, & in eo acquieui. Lentulum nostrū  
 scis Puteolis esse, quod cum è uiatore quodam esset au-  
 ditum, qui se diceret, eum in appia uia, cum is paulū  
 lecticam aperuisset, cognosse, & si uix uerisimile uide-  
 batur, nisi tamen Puteolos pueros, qui peruestigarent,  
 & ad eum literas. inuentus est uix in hortis suis occul-  
 tans, literasq; mihi remisit, mirifice gratias agens Cæ-  
 sari. De suo autem cōsilio C. Coelio mandata ad me de-  
 disse, eum ego hodie expectabam, idest XIII Calē.  
 Aprilis. Venit etiam ad me Matius Quinquatribus,  
 homo mehercule, ut mihi uisus est, temperatus, & pru-  
 dens. existimatus quidem est semper auctor ocij, quā  
 ille hæc non probare mihi quidem uisus est? quā  
 illam *νῦν* (ut tu appellas) timere? Huic ego in  
 multo sermone epistolam ad me Cæsaris ostendi, eā,  
 cuius

cuius exemplum ad te antea misi, rogaviq; ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, consilio meo se uti uelle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. Respondit se nō dubitare, quin & opem, & gratiā meam ille ad pacificationem quæreret. Utinam in aliquod hac miseria reip. πολιτικόν opus efficere, & nauare mihi liceat. Matius quidem & illū in ea sententia esse confidebat, & se authorem fore pollicebatur. Cura, ut ualeas.

## T. P. A T T I C O.

Ridie autem apud me Crassipes fuerat, qui  
 P se pridie Nonarū Martij Brūdusio profectū,  
 atq; ibi Pompeium reliquisse dicebat. quod  
 etiam qui VIII Idū illinc profecti erant, nuntia-  
 bant. Illa uero omnes, in quibus etiam Crassipes, qui  
 prudētia potius attēdere sermones minacis, inimicos  
 Optimatiū, municipiorum hostes, meras proscrip-  
 tiones, meros Sullas. quæ Lucium loqui, quæ totam Græ-  
 ciam, quæ uero Theophanem. & tamen omnis spes sa-  
 lutis in illis est, & ego ex cubo animo, nec partem ullā  
 capio quietis. & ut aspectus effugiam, cum dissimilli-  
 mus nostris esse cupio. Quid enim tu illuc Scipionem?  
 quid Emagium? quid Libonem prætermisurum sceleris  
 putas? quorū creditores conuenire dicuntur. Quid  
 eos autem, cum uicerint, in ciues effecturos? quam uero  
 putas μακροθυγίαν nec nostri esse? nuntiant Aegy-  
 ptum, & Arabiam οὐδαίμονα cogitare. Hispaniā  
 abiēcisse. monstra narrant, quæ falsa esse possunt. Sed  
 certe & hæc perdita sunt, & illa non salutaria. Uale.

## LIB.

Tuas literas iam desydero post fugam nostram, nunquam iam nostrum earum interuallum fuit. nisi ad te exemplum literarum mearum ad Caesarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale.

## M. T. CICERO O. C. CAESARIS.

¶ T legi tuas literas, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te uelle uti consilio, et dignitate mea, minus sum admiratus. De gratia, et de ope quid significares, mecum ipse querebam. spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili, ac singulari sapientia, de ocio, de pace, de concordia cuius agi uelle arbitrarer. et ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam, et personam meam. quod est si ita, et si qua de Pompeio nostro tuendo, et tibi, ac reip. reconciliando, cura te attingit, magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem, qui et illi semper, et Senatui cum primum potui, pacis auctor fui. Nec sumptis armis belli ullam partem attigi, iudicauique te eo bello uiolari, contra cuius honorem populi R. beneficio concessum, inimici, atque inuidi niterentur. sed, ut eo tempore non modo ipse auctor dignitatis tuae fui, uerum etiam caeteris auctor ad te adiunandum, sic me nunc Pompeij dignitas uehementer mouet. Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi, quos praecipue colerem, et quibus essem, sicut sum, amicissimus. Quam ob rem a te peto, uel potius precibus omnibus oro, et obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias tibi poris huic quoque cogitationi, et tuo beneficio bonus uir, gratus, pius denique

deniq; esse in maximi beneficij memoria possim. Quae si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me à te tamen impetraturum. sed, ut arbitror, & ad tuam fidem, & ad remp. pertinet, me et pacis utriusq; uestru, & ad ciuium concordiam, per te, quã a commodatissimum conseruari. Ego, cum antea tibi de Lëtulo gratias egissem, cum eius saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tamen eius literis lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficioq; misit, eãdem me salutem à te accepisse putau, quã ille, in quẽ si me itelligis esse gratu, cura obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Egebam tuas literas XIII Calendarum, cū  
 l mihi epistola affertur à Lepa circũuallatũ  
 esse Pompeiũ. ratibus etiam exitus portus teneri. Non medijs fidijs præ lacrymis possem reliqua nec cogitare, nec scribere. Misi ad te exẽplum. miseros nos, cur non omnes fatum illius unã executi sumus? Ecce eadẽ à Matio, & Trebatio, quibus Minturnis obuij Caesaris tabellarij. torqueor infelix, ut iam ille Mutianum exitum exoptem. At q̃ honesta, at q̃ expedita tua cõsilia? q̃ enigilata tuis cogitatioibus? quã itineris, quã nauigationis? quã cõgressus, sermonisq; cum Cesare? omnia tum honesta, tum cauta. In Eperrum uero inuitatio q̃ suauis? q̃ liberalis? q̃ fraterna? De Dionysio sum admiratus, qui apud me honoratior fuit, q̃ apud Scipionem Panetius, à quo impurissime hæc nostra fortuna despecta est. Odi hominẽ, & odero. v tinã ulasci possem. sed illum ulascetur mores sui. Tu quæso nũc uel

maxime qđ agēdū nobis sit, cogita. populi R. exercitus  
 Cn. Pompeiū circumsidet. fossā et uallo se ptū tenet. fuga  
 prohibet. Nos uiuimus, et stat urbs ista? Praetores ius di  
 cunt? Aediles ludos parant? uiri boni usuras p̄scribūt?  
 ego ipse se deo? coner illuc ire ut insanus? implorare fi  
 dem municipiorum? boni non sequentur. leues irride  
 bunt. Rerum nouarum cupidi uictores praesertim, &  
 armati, uim, & manus afferent. quid censes igitur? &  
 quidnam est tui consilij ad finem huius miserrimae ui  
 tae? nunc doleo, nunc torqueor, cum quidem, aut sapiēs  
 uideor, quod unā non ierim, aut felix fuisse, mihi con  
 tra. Nunquam enim illius uictoriae socius esse uolui, et  
 Lamitatis mallē fuisse. Quid ego nunc tuas literas? qđ  
 tuam prudentiam, aut beneuolentiam implorem? actū  
 est. Nulla re iā possum iuari, qui nequid optem qui  
 dem iam habeo, nisi ut aliqua inimici misericordia li  
 beretur ἐν ἑσ' ἐτ' ἡμους λόγος (ut opinor) ille de rati  
 bus. Quid enim est, qđ Dolobella his literis, quas III  
 Iduū Mart. à Brundusio dedit, hanc οὐκ ἔπειτα Cae  
 saris quasi scriberet, Pompeiū in fuga esse? eumq; pri  
 mo uento nauigaturum? quod ualde discrepat ab his  
 epistolis, quarum exempla antea ad te misi. Hic quidē  
 mera scelera loquuntur, sed nec erat recentior author,  
 nec huius rei quidem melior Dolobella. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vas XI Calendarum accepi literas, quibus  
 t omnia consilia differs in id tempus, cum scie  
 rimus, qđ actum sit. & certe ita est. Nec in  
 terim potest non modo statui, sed nec cogitari quidem.  
 quanquam



quanquam hæc mihi literæ Dolobellæ, iubent ad pristinas cogitationes reuerti. Fuit enim pridie Quinquatrijs egregia tempestas, quæ ego illū usum puto. *συρα*  
*ρωϊν* consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam. Nec enim me tam hæc mala angebant, quàm suspitio culpæ, ac temeritatis meæ. eam nullam puto esse, quoniam cum consilijs tuis meæ & facta, & consilia consentiunt. Quod mea prædicatione factum esse scribis magis, quàm illius merito, ut tantum ei debere uiderer, est ita. ego illum extuli semper, & eo quidem magis, nequid ille superiorum meminisse me putaret, quæ si maxime meminisssem, tamen illius temporis similitudinem iam sequi deberem. nihil me adiuuit, cum posset, & postea fuit amicus, & tam ualde, & quam ob causam, planè scio. Ergo ego quoq; illi, quin etiam illud par in utroq; nostrum, quod ab eisdem dilecti sumus. sed utinam tantum ego ei prodesse potuisssem, quatum ille mihi potuit. mihi tamen quod fecit, est gratissimum. nec ego eum nunc iuuare qua re possum, scio, nec si possem, cum tam pestiferum bellum pararet, adiuuandum putarem. tantum offendere animum eius hic manens nolo. Nec me hercule ista uidere, quæ tu potes iam animo prouidere, nec interesse istis malis possem. Sed eo tardior ad discedendum fui, quod difficile est de discessu uoluntario sine ulla spe reditus cogitare. Nam ego hunc ita paratum uideo peditatu, equitatu, classibus, auxilijs Gallorum, quos *Ματιος* *σάλαριον* (ut puto) sed certe dicebat peditum, equitum se polliceri sumptu suo annos decem. sed sit hoc *πλάσμα* magnas habet certe copias, &

habebit, non ille uectigal, sed ciuium bona. Adde con-  
 fidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum ui-  
 rorum, qui quidem, quod illum sibi merito iratum pu-  
 tant, oderunt. ut tu scribis ludum, ac uellem. scribis  
 quisnam hæc significasset? sed & iste, quia plus osten-  
 derat, quàm fecit, & uulgo illum, qui amarunt, non  
 amant. Municipia uero, & rustici romani illum me-  
 tuunt, hunc adhuc diligunt, Quare ita paratus est, ut  
 etiam si uincere non possit, quomodo tamen ipse uinci  
 possit, non uideo. Ego autem non tam *γοντείων* hu-  
 ius timeo, quàm *πειθωνόχων*. αὐτὰρ τῶν τυράννων δέησις  
 inquit *πλοῦτων*, οἷός ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαι ἴσιν.  
 uideo tibi non probari, quæ ne mihi quidem placebāt,  
 sed habebam in illis, & occulte sic omnem, & ὑπὲρ  
*σίων*, fidelemq; si mihi Brundisii suppetant, mallē.  
 sed ibi occultatio nulla est. Verum (ut scribis) cum scī-  
 mus, uiris bonis me non nimis excuso. Quas eo enim  
 cœnas & facere, & obire scripsit ad me Sestus, quàm  
 lautas, quàm tempestiuas, sed sint quam uis boni, non sunt  
 meliores, quàm nos. mouerent me si essent fortiores. De La-  
 nuino Famea erraui, Troianum somniaueram id ego,  
 uoluiq; sed plurius est istuc, tamē me cupere memor est,  
 nullā spem fruendi, ut de re in nos, quæ monstra quo-  
 tidie intelligimus exilio libelli, qui in epistolam conie-  
 ctus est. Lentulus noster Puteolis est *ἀδελφῶν*, ut  
 Cæcius narrat, quid agat *διὰ τροπῆν* Corfiniensem  
 reformidat, Pompeio nunc putat satisfactum. beneficio  
 Cæsaris mouetur, sed tamen mouetur magis prospecta  
 re, nec hæc posse ferre. omnia misera, sed hoc nihil mi-  
 serius. Pompeius Magnum de pace misit, & tamen op

pugnatur, quod ego non credebam. Sed habeo à Balbo  
 literas, quarum ad te exemplum misi. lege quæso, &  
 illud infimū caput ipsius Balbi optimi, cui Cn. noster  
 locum uberem, ut hortos ædificaret, dedit, quem cui no-  
 strum non sæpe prætulit? Ita q; miser torquetur. sed ne  
 bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reijcio. spem au-  
 tem pacis habeo nullam. Dolobella suis literis Idi. Mar-  
 tij datis, merum bellum loquitur. Maneamus ergo in  
 illa eadem sententia misera, & desperata, quando hoc  
 miserius esse nihil potest. Vale.

L. Cor. Balb. M. T. Ciceroni. Imp. S. D.

c Aesar nobis literas perbreues misit, quarum  
 exemplum subscripsi, breuitate epistolæ sci-  
 re poteris eum ualde esse distentum, qui tan-  
 ta de re tam breuiter scripserit. Siquid præterea noui  
 fuerit, statim tibi scribam. Caesar Oppio, Cornelioq;  
 S. Ad VII Iduum Mar. Brundusium ueni. ad mu-  
 rum castra posui. Pompeius est Brundusij, misit ad me  
 Cn. Magum de pace. quæ uisa sunt, respondi. Hoc uos  
 statim scire uolui. cum in spe uenero de compositione  
 aliquid me conficere, statim uos certiores faciam. Vale-  
 te. Quomodo me nunc putas mi Cicero torqueri, post-  
 quam rursus in spem pacis ueni, nequa res composi-  
 tionem eorum impediatur? Nanq; quod absens facere pos-  
 sum, opto. quod si unā essem, aliquid fortasse proficere  
 possem. Nunc expectatione crucior. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Iseram ad te VIII Calendarum exemplū  
 m epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum.  
 Ecce tibi eodem die Capua literas accepi ab  
 Quinto Pedio, Cæsare ad se pridie Iduū Mart. misit  
 se literas hoc exemplo. Pompeius se oppido tenet. nos  
 ad portas castra habemus. conamur opus magnum, &  
 multorum dierum propter altitudinem maris. sed ta-  
 men nihil est, quod potius faciamus. Ab utroq; portus  
 cornu moleis iacimus, aut ut illum quamprimum tra-  
 cere quod habet Brundisij copiarū cogamus, aut exitu  
 prohibeamus. Vale. Vbi est illa pax, de qua Balbus  
 scripserat torqueri se? Et quid acerbius? & quid crude-  
 lius? atq; eum loqui quiddam aduertinōs narra-  
 bat, Cn. Carbonis M. Bruti se pœnas p̄seq, omniumq;  
 eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset. nihil Cu-  
 rione se duce facere, quod nō hic Sulla duce fecisset. Ad  
 ambitionem, qbus exilij pœna superioribus legibus nō  
 fuisset, ab illo patriæ proditores de exilio reductos esse.  
 queri de Milone per uim expulso, neminem tamen se  
 uiolaturū, nisi qui arma hæc contra se mouerūt. Bebius  
 quidā à Curione III Iduū profectus, homo nō infans,  
 sed quis ulli non dicat? plane nescio, quid agam, illinc  
 quidem Cn. profectum puto. Quicquid est, biduo scie-  
 mus. A te nihil ne ante prorsus quidem quid literarū,  
 nec murum. Quid enim est, quod scribamus? Ego ta-  
 men nullum diem prætermitto. scripta epistola, literæ  
 mihi ante lucem à Lepta Capuæ redditæ sunt Idibus  
 Mart. Pompeium à Brundisio conscendisse, at Cæsa-

rem ad VII Calendarum Aprilis Capuæ fore.  
Vale.

## T. P. A T T I C O.

Um dedissem ad te literas, ut scires Cæsare  
 c Capuæ VII Calen. fore, allatæ mihi sunt  
 literæ, eum in Albano apud Curionem V  
 Calen. fore. eum cum uidero, Arpinum pergam. Si mi  
 hi ueniã, quam peto, dederit, utar cõditione, sin minus,  
 impetrabo aliquid à me ipso. Ille, ut ad me scripsit, le  
 giones singulas posuit Brundisij, Tarenti, Sipõti. clau  
 dere mihi uidetur maritimos exitus, & tamen Græciã  
 spectare potius, quàm Hispanias, sed hæ longius ab  
 sunt. Me autem nunc & congressus huius stimulat (is  
 uero adest) et primas eius actiones horreo. Volet enim  
 (credo) S. C. facere. uolet Augurũ decreta. rapiemur,  
 aut absentes uexabimur, uel ut Coss. roget Pr. uel Di  
 ctatorem dicat, quorum neutrum ius est. et si Sulla po  
 tuit efficere ab interrege, ut Dictator diceretur, & ma  
 gister equitum, cur hic non possit? Nihil expedio, nisi  
 ut aut ab hoc, tanquã Quintus Mutius, aut ab illo tan  
 quam L. Scipio. Cum tu hæc leges, ego illum fortasse  
 conuenero ne illud quidem no  
 strum propriũ. Erit enim spes propinqui reditus, erit  
 hominum querela. nunc exire cupimus, qua spe redi  
 tus mihi quidem nunquam in mentem uenit. non mo  
 do autem nulla querela est municipaliũ hoĩum, ac ru  
 sticorũ, sed contra metuunt, ut crudelẽ, iratum. Nec ta  
 men mihi quicquã est miserius, q̃ remansisse, nec opta  
 tius, q̃ euolare, non tam ad belli, quàm ad fugæ socie

tatem, sed tu omnia consilia differebas in id tempus,  
 cum sciremus, quæ Brundisij acta essent. scimus nem-  
 pe. hæremus nihilo minus. uix enim spero mihi hunc  
 ueniam daturum, & si multa afferro iusta ad impetrã-  
 dum. sed tibi oëm illius, meumq; sermonem omnibus  
 uerbis expressum, statim mittam. tu nunc omni amo-  
 re enitere, ut nos cura tua, & providentia iuues. Ita su-  
 bito accurrit, ut ne Trabilium quidem, ut constituerã,  
 possim uidere. omnia nobis imparatis agenda, ἄλλα  
 μὲν αὐτὸς ut ait ille, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποβήσεται.  
 Sed tamen qcq; egero, continuo scies. Mandata Cæsa-  
 ris ad Coss. et ad Pompeium quæ rogas, nulla habeo.  
 quæ descripta attulit, illa è uia nisi ad te, è quibus man-  
 data puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentu-  
 lus Puteolis. De Domitio, ut facias, sciscitare, ubi sit. quid  
 cogitet. Quod scribis a sperius me, quàm mei patiãtur  
 mores, de Dionysio scripsisse, uide quàm sit antiquo-  
 rum hominum. te mediùs fidius hanc rem grauius pu-  
 tauit laturum esse, quàm me. Nam præterquam, quod  
 te moueri arbitror oportere iniuria, quæ mihi à quoq;  
 facta sit, præterea te ipsum quonam modo hic uiolauit,  
 cum in me tam improbus fuit? Sed tu id quãti æstimes,  
 tuũ iudiciũ est, nec tamen in hoc tibi quicquam one-  
 ris impono. ego autem illum male sanũ semper putauit,  
 nunc etiam impurũ, & sceleratũ puto, nec tamen mi-  
 hi immitiorem, q̃ sibi. De Philargyro bene causam cer-  
 te habuisti, et uerã, et bonam. relictum esse me potius,  
 q̃ reliquisse. Cum dedissem iam literas ad octauũ Ca-  
 lendarum, quos pueros cum Matio, & Trebatio mise-  
 ram, epistolam mihi attulerunt hoc exemplo. Matius,

et Trebatius Ciceroni imperatori S. Capua cum exissemus, in itinere audiuimus Pompeium Brundusio ad XVI Calendarum Aprilis cum omnibus copijs, quas habuerat, profectum esse. Cæsarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse, inde Romam contedisse. uelle ante Cal. esse ad urbem, & pauculos dies ibi cōmorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis nō alienum uisum est, quoniam de aduentu Cæsaris pro certo habebamus, pueros tuos ad te remittere, ut id tu quā primū scires. Mā data tua nobis curæ sunt, eaq; ut tempus postularit, agemus. Trebatius Scaeuola facit, ut antecedit epistola conscripta. nuntiatum est nobis, Cæsarem ad VIII Calendarum Capuæ, ad VII Sinuesæ. hoc pro certo putauimus. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vm quid scriberem ad te nihil haberem, tamen nequem diem intermitterem, has dedit literas. Ad septimū Calendarum Cæsare Sinuesæ mansurū nuntiabant. ab eo mihi literæ reditæ sunt ad VI Calendarum, quibus iam opes meas, non, ut in superioribus literis, opem expectat. Cū eius clementiam corfiniensem illā per literas collaudauissem, rescripsit hoc exemplo. Cæsar imperator Ciceroni imperatori S. Recte auguraris de me (bene enī tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate. Atq; ego cū ex ipsa re magnā capio uoluptatem, tū meum factum probari abs te triūpho, et gaudeo. Neq; illud me mouet, qđ ij, qđ à me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut rursus mihi bellū inferrent. Nihil enī malo,

quàm & me mei similem esse, et illos sui. Tu uelim ad urbem mihi præsto sis, ut tuis consilijs, atq; opibus (ut consueui) in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse incundius. hanc adeo habeo gratiam illi. neq; enim aliter facere poterit, tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Rebatiū XI Calendarum, quo die has  
 e literas dedi, expectabam, ex eius nuntio Ma-  
 tijq; literis meditabar, quomodo cum illo lo-  
 quar. O tempus miserum, nec dubito, quin à me contem-  
 dat, ad urbem ueniã. Senatum enim Cal. uelle se fre-  
 quentem adesse. etiam Formijs præscribi iussit. Ergo ei  
 negandum est? Sed quid præcipiat, sentiam, & statim  
 ad te perscribam omnia. ex illius sermone statuã, Ar-  
 pinum ne mihi eundum sit, an quò alio. Volo Cicero  
 ni meo togam puram dare. istic puto. Tu quæso cogita,  
 quid deinde. nam me hebetem molestiæ reddiderunt.  
 à Curione uelim scire & quid ad te scriptum sit de  
 Tirone. Ad me enim ipse Tiro ita scripsit, ut uere-  
 ar, quid agat. Qui autem ueniunt inde, id modo nun-  
 tiant. sane in magnis curis etiam hæc me sollicitant. In  
 hac enim fortuna perutilis eius, & opera, et fidelitas  
 esset. Vtrunq; ex tuo consilio, nam & oratio fuit eano-  
 stra, ut bene potius ille de nobis æstimaret, quàm gra-  
 tias ageret, & in eo mansimus, ne ad urbem. illa fefel-  
 lerunt, facilem, quod putaramus, nihil uidi minus. d.ã  
 nari se nostro iudicio, tardioris fore belli, quod cum ijs  
 Simuessam non uenerimus, dicere, ego dissimilem illo-  
 rum esse



rum esse causam, tum multa. Veni igitur, & age de pace. meo ne inquam arbitrato? An tibi, inquit, ego prescribam? sic inquam agam, Senatu non placere in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari, multaq; inquam digna eo deplorabo. Tum ille. ego vero ista dici nolo. Ita putabam inquam, sed ego eo nolo adesse, quod aut sic mihi dicendum est, multaq; , quæ nullo modo possem silere, si adessem, aut non ueniendum. Summa fuit, ut ille quasi exitum quærens ut deliberarem non fuit rogandus, ita discessimus. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amabo, quod mihi pridem usu non uenit. reliqua ò Di, qui comitatus, quæ, ut tu soles, dicere, uenæ, in qua erat area scelerum. ò rem perditam. ò copias desperatas. quid S. Seruii filius? quot in his Castris fuerunt, quibus Pompeius circumsederetur? sex legiones. multum uigilat, audet, nullum uideo finem mali. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. hoc fuerat extremum. illa tamen κατὰ τὴν illius est odiosa, quam penè præterij, si sibi consilijs nostris uti non liceret, usurum quorum posset, ad omniaq; esse discessurum. Vidisti igitur uirum, ut scripseras? ingemisti? certe, cedo reliqua. Quid? continuo ipse in Puteolanum, ego Arpinum, inde expecto quidem ἀλλὰ τελίαν illam tuam. tu mallet, inquires, actum ne agas. etiam illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt, sed ego tuas literas expecto. Nihil est enim iam, ut antea uideamus hoc quorsum euadat. extremum fuit de congressu nostro, quo quidem non dubito, quin istum offenderrim, eo maturius agendum est. Amabo te episto-

Iam πολιτικὴν, Valde tuas literas nunc expe-  
cto. Vale.

## T. P. ATTICO.

Go meo Ciceroni, quoniam Roma ceterum,  
e Arpini potissimum togam puram dedi, idq;  
Municipibus nostris fuit gratum. Et si om-  
nibus, et illos, et quæ iter feci mœstos, afflictosq; uidi,  
tam tristis, et tam atrox est ἀναδιωρησις huius  
ingentis mali. delectus habetur. in hyberna deducun-  
tur. Ea, quæ etiam cum à bonis uiris, tum iusto in bel-  
lo cum modeste fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt, q̄  
censes acerbam nunc esse, cum à perditis in civili ne-  
fario bello petulantissime fiant? Caue autem putes quæ  
quam hominem in Italia turpem esse, qui hinc absit.  
Vidi ipse Formijs uniuersos, neq; mehercule unquam  
homines putavi, et noram omnes, sed nunquam uno  
loco uideram. Pergimus igitur quo' placet, et nostra  
omnia relinquamus. Proficiamus ad eum, cui grati-  
or noster aduentus erit, quàm si una' fuisset. tum  
enim eramus in maxima spe. nunc ego quidem in nul-  
la, nec præter me quisquam Italiam gessit, nisi qui huc  
inimicum sibi putaret, nec mehercule hoc facio reip-  
tusa, quam funditus deletam puto, sed ne quis me pu-  
tet in gratum in eum, qui me leuauit ijs incommodis,  
quibus idem affecerat, et simul quod ea, quæ fiunt,  
aut quæ certe futura sunt, uidere non potero, etiam e-  
quidem S. C. facta quædam iam puto, utinam in Vol-  
catij sententiam. sed quid refert, et enim una senten-  
tia omnium. sed erit iniustissimus Seruius, qui filium  
misit

misit ad affligendum Cn. Pompeium, aut certe capiendum cum Pontio Titiniano. Et si hic quidē timoris causa, ille uero non. Sed stomachari desinamus, et aliquādo sententiam terminemus, ut nihil noui, nisi id, quod uellem minimum spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus. Et si Puteolis erit difficile, Crotonem petemus, aut Thurios, & boni ciues amantes patriæ mare infestum habebimus. Aliam rationem huius belli gerendi nullam uideo. in Aegyptum nos abdimus. exercitu pares esse non possumus. pacis fides nulla est. sed hæc satis deplorata sunt. Tu uelim literas Cephalonides de omnibus rebus actis, deniq; etiam de sermonibus hominum, nisi sane obmutuerunt. Ego tuis consilijs usus sum, maxime, quod & grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui, & ad urbem, ut non accederem, perseueraui. Quod superest, scribe quaeso quam accuratissime, (iam enim extrema sunt) quid placeat. quid censeas, & si iam nulla dubitatio est, tamen siquid, uel potius quicquid ueniet in mentem, scribas, uelim. Vale.

LIB.  
M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
DECIMVS.

T. P. A T T I C O.

Ertio Nonarū, cum in Lateriū fratris  
uenissem, accepi literas, et paulum re-  
spiravi, quā post has ruinas mihi non  
acciderat. Per enim magni aestimo ti-  
bi firmitudinem animi nostri, & fa-  
ctum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scri-  
bis probari, ita lætor, ut me, quasi patris eius, cui sem-  
per uni tribui plurimum, iudicio comprobari putem, &  
mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim Nonis illis  
Decembris. Cum ego, Sexte, quid nam ergo, quid ille  
ἀλλὰ μέγα πείξας, τὴ καὶ ἐσομένοις πυνθίσαι. Eius igitur  
mihi uiuit auctoritas, & simillimus eius filius eo-  
dem est apud me pondere, quo fuit ille, quem saluere  
uelim iubeas plurimum. Tu tuum consilium, & si non  
longinquum tempus differas, iam enim illum emptum  
pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse  
in consessu Senatorum, tamen suspensum me detines,  
sed eo minus, quod nō dubito, quid nobis agendum pu-  
tes. Quid enim Flauio legionem, & Siciliam dari scri-  
bis? & id iam fieri? quæ tu scelera partim parari, &  
iam cogitari, partim ex tempore futura censes? Ego ue-  
ro Solonis popularis tui, & ut puto, etiā mei, legem  
ne gligam, qui atpote sanxit, si quis in seditione non al-  
ter utrius partis fuisset. nisi tu aliter censes, & hinc  
abero, &

abero, & filij, sed alterum mihi est certius, nec præri-  
 piam, tamen expectabo tuum consilium, & eas lite-  
 ras, nisi alias iam dedisti, quas scripsi, ut Cephaloni  
 dares. Quod scribis, non quo aliunde audieris, sed te  
 ipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur. mihi  
 omnino non uenit in mentem, quæ possit actio esse de  
 pace, cum illi certissimum sit, sese posse ex poliare exer-  
 citu, & Prouincia Pompeium, nisi forte iste summarius  
 ei potest persuadere, ut dum oratores cantent, rideant,  
 quiescant, nihil uideo, quod sperem, aut quid iam putè  
 fieri posse. Sed tamen hominis hoc ipsum probi est, &  
 magnum sit τῶν πολιτικῶν ἁπάντων οὐκ ἐμμετὰ uenien-  
 dum ne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bo-  
 na deliberaturus sit. Quare, siquid eiusmodi euenit,  
 ut accersamur, quod equidem non curo, qd enim essem  
 de pace dicturus, dixi. ipse ualde repudiavit, sed ta-  
 men si quid acciderit, quid censeas mihi faciendum, utiq;  
 scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris  
 consilij esset. Trebatij boni uiri, & ciuis uerbis te gra-  
 uo delectatum, tuâq; ista crebra ἐκφώνησις τέρπει,  
 me sola adhuc delectauit. Literas tuas uehementer ex-  
 pecto, quas quidem credo iam datas esse. Tu cum Sex-  
 to seruasti grauitatem eandem, quam mihi præcipis.  
 Celer tuus disertus magis est, quam sapiens. De iuueni-  
 bus, quæ ex Tullia audisti, uera sunt. M. Antonij istud  
 quod scribis, non mihi uidetur tam re esse triste, quam  
 uerbo. hæc est ἄλωσις, in qua nunc sumus mor-  
 tis instar. aut enim mihi libere inter malos πολι-  
 τῶν τῆσιν fuit, aut uel periculose cum bonis, aut nos  
 temeritatem bonorum sequamur, aut audaciam im-

## LIB.

proborum infectemur. utrunq; periculosum est. At hoc, quod agimus nec turpe, nec tamen tutum istum, qui filium Brundisium de pace misit. De pace idē sentio, quod tu, simulationem esse apertam. Parari autem bellum acerrimum. me legatumiri non arbitror, cuius adhuc (ut optavi) mentio facta nulla sit. eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus, si acciderit, ut legarer. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Go cum accepissem tuas literas Nonis Aprilibus, quas Cephalio attulerat, essemq; Minturnis postridie mansurus, protinus sustinui me in Arcano fratris, ut dum aliquid certius afferretur, occultiore i loco essemus, agereturq; nihilo minus, quæ sine nobis agi possunt. Iam adest, & animus ardet, nec est quicquam quod, & quæ. sed hæc nostra erit cura, & peritorum. Tu tamen, quod poteris, ut adhuc fecisti, nos cōsilijs iuvabis. Res sunt inexplicabiles. Fortuna sunt committenda omnia. sine spe conamur ulla. Melius siquid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum, de quo ad me Tullia mea scripsit. sed & tempus alienum est, & homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nollem, cui te meo nomine inimicum esse nolo. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Um, quid scriberem, planè nihil haberem, hæc autem reliqua essent, quæ scire cuperem, profectus ne esset. quo in statu urbem reliquisset.

quisset. in ipsa Italia, quem cuiq; regioni, aut negotio  
 præfecisset, & qui essent ad Pompeium, & ad Coss.  
 ex S. C. de pace legati. Ut igitur hæc scirem dedita ope  
 ra has ad te literas misi. Feceris igitur cōmode, mihiq;  
 gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud, quod  
 scire opus sit, feceris certiorē. Ego in Arcano opperor,  
 dum ista cognosco. ad VII Iduū alteram tibi eodem  
 die epistolam dictavi, & pridie dederam mea manus  
 longiorem. Visum te aiunt in Regia. nec reprehendo,  
 quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim,  
 sed expecto tuas literas. Neq; iam sanè uideo, quid ex-  
 pectem, sed tamen etiam, si nihil erit, id ipsum ad me ue-  
 lim, scribas. Cæsar mihi ignoscit per literas, quod nō  
 uenerim, se scq; in optimam partem id accipere dicit.  
 Facile patior, quod scribit, secum Tullium, & Seruiū  
 questos esse, quia non idem quoq; sibi, quod mihi remi-  
 sisset. homines ridiculos, qui cū filios misissent ad Cn.  
 Pompeium circumsedendum, ipsi in Senatum uenire  
 dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Cæsar's  
 literarum. Vale.

T. P. A T T I C O.

Vltas à te accepi literas eodem die omnes  
 diligenter scriptas. Ea uero, quæ uoluminis  
 instar erat sæpe legenda, sicuti facio, in qua  
 non frustra laborem suscepisti. mihi quidem per gra-  
 tum fecisti. Quare, ut id, quoad licebit, id est quoad  
 scies, ubi sumus, quam sæpissime facias, te uehementer  
 rogo. At deplorandi quidem, quod quotidie facimus,  
 sit iam nobis, aut finis omnino, si potest, aut moderatio

quaedam, quod profecto potest. Non enim quam digni-  
 tatem, quos honores, quæ uitæ statum amiserim, cogito,  
 sed quid consecutus sim, quid præstiterim, qua in lau-  
 de uixerim. His deniq; in malis quid intersit inter me,  
 & istos, quos propter omnia amisimus. Hi sunt, qui ni-  
 si me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarūt  
 licentiam cupiditatum suarum, quorum societas, &  
 sceleratæ consensionis fides, quò eruperit uides. alter ar-  
 det furore, & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies  
 ingrauescit. modo Italia expulit. nunc alia ex parte  
 persequi, ex alia Prouincia spoliare conatur. nec iam  
 recusat, sed quodammodo postulat, ut quemadmodum  
 est, sic etiam appelletur Tyrānus. Alter is, qui nos sibi  
 quondam ad pedes stratos ne subleuabat, qui se quidē  
 nihil contra huius uoluntatem aiebat facere posse, ela-  
 psus e' soceri manibus, ac ferro, bellum terra, & mari  
 comparat, non iniustum ille quidem, sed tum pium, tū  
 etiā necessarium, suis tamen ciuibus exitiabile, nisi ui-  
 cerit, calamitosum etiam, si uicerit. Horum ego summo-  
 rum imperatorum non modo res gestas non ante pono  
 meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissi-  
 ma, nos duriore cōflictati uidemur. Quis enim potest  
 aut deserta per se patria, aut oppressa beatus esse? Etsi  
 (ut nos à te admonemur) recte in illis libris diximus,  
 nihil esse bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi  
 quod turpe sit. certe uterq; istorum est miserrimus, quo-  
 rum utriq; semper patriæ salus, & dignitas posterior  
 sua dominatione, & domesticis commodis fuit. præcla-  
 ra igitur conscientia sustentor, cum cogito me de rep-  
 aut meruisse optime, cum potuerim, aut certe nūquam,  
 nisi de ea



nisi de ea diuine cogitasse, eaq; ipsa tempestate euersam esse rep. quã ego XIII annis ante prospexerim. Hac igitur conscientia comite, proficiscatur, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum iam acta ætas, quàm propter pueros, quibus interdum uidemur prestare etiam remp. debuisse, quorum quidem alter non tam, quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat, alter, ò rem miserã, nihil enim mihi accidit in omni uita acerbius, indulgentia uidelicet nostra de prauatus, eò progressus est, quò nõ audeo dicere. Et expecto tuas literas. scripsisti enim te scripturum plurima, cum ipsum uidiesses. omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. neque unum eius, nec paruum, sed multa magna delicta compressi. Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quàm crudeliter negligenda. Nam literas eius ad Cæsarem missas ita grauiter tulimus, ut te quidẽ celaremus. sed ipsius uidemus uitam insuauem reddidisse. Hoc uero eius iter, simulatioq; pietatis, qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum scio post Hirtium conuentum, acer situm ab Cæsare cum eodem eo animo ab suis rationibus alienissimo, et consilio relinquendi Italiam. Et hæc ipsa timide, sed nulla nostra culpa est. natura metuenda est. Hæc Curionem. hæc Hortensij filium non patrum culpa corrupt. Iacet in mœrore meus Frater, neq; tam de sua uita, quàm de mea metuit. huic tu, huic tu malo affer consolationes, si ullas potes, maxime quidem illam uelim, ea, quæ ad nos delata sint, aut falsa esse, aut minima. quæ si uera sint, quid futurum sit in hac fuga, nescio. Nam si haberemus remp. Consilium

mihi non deesset nec ad seueritatem, nec ad diligen-  
 tiam. Nunc siue iracundia, siue dolore, siue metu per-  
 motus, grauius scripsi, quam aut tuus in illum amor,  
 aut meus postulabat. Si uera sunt, ignosces, si falsa me  
 libente eripies mihi hunc errorem. Quoquo modo ue-  
 ro se res habeat, nihil assignabis nec patruo, nec pa-  
 tri. Cum hæc scripssissem, à Curione mihi nuntia-  
 tum est, eum ad me uenire. Venerat enim is in Cu-  
 manum uesperis pridie, id est idibus. Siquid eius igitur  
 sermo eiusmodi attulerit, quod ad te scribendum  
 sit, id in literis adiungam. Præterijt Villam meam Cu-  
 rio, iussitq; mihi nuntiarı mox se uenturum. cucur-  
 ritq; Puteolos, ut ibi concionaretur. concionatus est. re-  
 dijt. fuit ad me sane diu. ò rem fœdam. nosti homi-  
 nem, nihil occultauit, in primis nihil esse certius, quam  
 ut omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, resti-  
 tuerentur. Itaque se in Sicilia eorum opera usurum.  
 de Hispanijs non dubitabat, quin Cæsaris essent. in-  
 de ipsum cum exeratu, ubicunque Pompeius esset, eius  
 interitu finem illi fore, prope uis factum esse nihil, eum  
 plane iracundia elatum, uoluisse Cæsarem occidi Me-  
 tellum Tr. Pl. quod si esset factum, cædem magnam fie-  
 turã esse. permultos hortatores esse cædis, ipsum autem  
 non uoluntate, aut natura non esse crudelem, sed quod  
 putaret popularem esse clementiam. quod si populi stu-  
 dium amisisset, crudelem fore, eumq; perturbatum,  
 quod intelligeret, se apud ipsum legem offendisse de  
 ærario. Itaque ei cum certissimum fuisset, ante, quam  
 proficisceretur, concionem habere, ausum non esse, ue-  
 hementerq; animo perturbato profectũ. Cum autem ex

eo quærerem, quid uideret. quod exemplum, quam remp. planè fatebatur nullam spem reliquã. Pompeij classem timebat, quæ si esset, se de Sicilia abiturum. qd inquam isti sex tui fasces? si ab Senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? Cupiui inquit ex S. C. surrepto. Nã alter non poterat, at ille impendio nunc magis odit Senatum, à me inquit omnia proficiscentur. Sex autem, quia duodecim nolui, nam licebat. Tũ ego, quã uellem inquam petijse ab eo, quod audio Philippum impetrasse. Sed ueritus sum, quia ille à me nihil impetrabat. libenter, inquit, tibi concessisset, uerum puta te impetrasse. Ego enim ad eum scribam, ut tu ipse uoles, de ea re nos inter nos locutos. Quid autem illius interest, quoniam in Senatum non uenis? ubi sis? qui nũc ipsum minime offendisses, eius causa si in Italia non fuisses. atque ego me recessurum, & solitudinem quærere. maxime quod lictores haberẽ, laudabat consilium. quid ergo inquam? nam mihi cursus in Græciam per tuam Prouinciã est, quoniam ad mare superum milites sunt. quid mihi inquit optatius? Hoc loco multa perliberaliter. ergo hoc quidem uerum est profecto, ut non modo tuò, uerum etiam palàm nauigaremus. reliqua in posterum diem distulit, ex quibus scribam ad te, si quid erit epistola dignum. Sunt autem, quæ præterij, inter regnum ne esset expectaturus, an quo modo dixerim, ille quidem, sed deferri consulatum, sed se nolle in proximum annum, & alia sunt, quæ exquiram. Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem esse debere. Quid enim unquam scripsit ad me Dolabella? dico

quid affirmabat, cum scripisset, quod me cuperet ad urbem uenire? illum quidem gratias agere maximas, et non modo probare, sed etiam gaudere, atq; iubebat. Quid quaeris? Est enim suspitio illa domestici mali, & sermonis Hirtiani, q̄ cupio illum dignum esse nobis, et quàm ipse me inuito, quæ pro illo sit suspiciandum, sed opus fuit Hirtio conueto. Est profecto nescio quid, quod uelim, q̄ minimo, & tamen eum nondum redisse mira mur. Sed hæc uidebimus. tu optimos Terentiæ dabis. iâ enim urbis unum periculum est, me tamen consilio iuua, pedibus ne Rhegyum, an hinc statim in nauem, et cætera, quoniam commoror. Ego ad te statim habebō, quod scribam, simul, ut uidero Curionem. De Tiro ne cura quæso, quod facis, ut sciam, quid is agat. de tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, ut mihi uisus sum, diligenter. de die nihil sanè potest scribi certi præter hoc, non ante lunam nouam, Curionis sermo postri die eandem habuit ferè sententiam, nisi quod apertius significauit, se earum rerum exitum non uidere. quod mihi mandas de quodam regendo ἀπαυδία tamen nihil prætermittam, atq; utinam tu, sed modestior non per epistolâ ad Vestorium statim de Tullia ac ualde requirere solebat, commodius tecum Vectinus est locutus, q̄ ad me scripserat, sed mirari satis hominis ne gligentiam non queo, cum mihi enim Philotinus dixisset, sese CCL emere de Canuleio diuersorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vectinum rogassem. rogavi, ut siqd possit, ex ea summa detraheret. promissit ad me nuper se HS XXX emisse, ut scriberē cui uellē addici diem pecuniæ Idibus Nouembris esse. rescripsit

Et ista Madio, si uis, cum ioco tamen familiari. Nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem, scripsiq; ad eum, me à te certiore esse factum. Tu de tuo itinere quid, et quando cogites, uelim me certiore facias. Vale.

## T. P. A T T I C O.

D undecimum Calendarum Martij me ad  
 a huc nihil præter tempestatem moratur. Astricte nihil sum acturus. fiat, ut in Hispania quodlibet, et tamen recitet. meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis. quocirca hæc sunt breues, et tamen, quia festinabam, etiamq; occupatior de Quinto fratre, ita me quidem sedulo, sed non reliqua, quæ me mones, et amice, et prudenter memoras, sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cauero. Magnum opus est. mirabilia multa. nihil simplex. nihil syncerum. uelle suscepisses iuuenem regendum. pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat, si sine illo possem, regerem, quod tu potes, sed ignosco. magnum inquit opus est. Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam, ego nunc qua, et quod uidebo. Ego uero Appuliam, et Sipontum, et terguersationem istam probo, nec tuam rationem eandem esse duco, quam meam, non quin in re. rectum idem sit utriq; nostrum, sed ea non agitur. Regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior Rex, et probior, et integrior, et is, qui, nisi uincit nomen populi R. deleatur necesse est. sin autem uincit Sullano more, exemploq; uincet. Ergo hac

in contentione neutrum tibi palam sentiendum, & tempore seruiendum est. Mea causa autem alia est, quod beneficio uinctus, ingratus esse non possum, nec tamen in acie, sed militia, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto. Nihil inquires, uiuas cum, in quem ingratus esse non uis? immo minus fortasse uoluisset, sed de hoc uidebimus. Exeamus modo, quod ut meliore tempore possimus, facit Adriatico mari Dolobella, Cretenſi Curio. Iniecta autem mihi spes quaedam est, uelle mecum S. Sulpicium colloqui. ad eum nisi Philotimum libertum cum literis, si uir esse uolet, det clara Synodia, sin autem, erimus nos, qui solemus. Curio mecum uixit iacere Caesarem putans offensione populari, Siciliaeque diffidens, si Pompeius navigare coepisset. Quintum Puerum accepi. uehementer auaritiā uideo fuisse, & spem magni Congarij. Magnum hoc malum est, sed scelus illud, quod timueramus, uideo nullum fuisse. hoc autem uitium puto te existimare non nostra indulgentia, sed à natura profectum. quem tamen nos disciplina regimus. de Oppijs uelensibus quid placeat, cum Philotimo uidebis. Epeirum nostrum peritabimus. sed alios cursus uidebamur habituri. Vale.

## T. P. ATTICO.

Tres ipsa monebat, & tu ostenderas, et ego uidebam de his rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. Sed cum ad me saepe mea Tullia scribat, orans, ut quod in Hispania geratur, expectem, & semper ascribat

idem uideri tibi, idq; ipse etiam ex tuis literis intellexe-  
rim, non puto esse alienum me ad te, quid de ea re sen-  
tiam, scribere. Consilium istud tunc esset prudens, ut  
mihi uideatur, si nostras rationes ad Hispanicensem at-  
sum accommodaturi essemus, quod fieri dicatis oppor-  
tere. necesse est enim aut, id quod maxime uelim, pel-  
lendum ab Hispania, aut trahi id bellum, aut istum, ut  
confidere uideatur, apprehendere Hispanias. Si pelletur,  
quàm gratus, aut quàm honestus tum erit ad Pom-  
peium noster aduentus, cum ipsum Curionem ad  
eum transiturum putem? si trahitur bellum, quid ex-  
pectem? aut quandiu? relinquatur, ut, si uincamur in  
Hispania qui sciamus? id ego contra puto. Istum enim  
uictorem magis relinquendum puto, quàm uictum,  
& dubitantem magis, quàm fidentem suis rebus. nã  
eadem uideo, si uicerit, et impetum in priuatorum pe-  
cunias, & exulum reditum, & tabulas nouas, & tur-  
pissimorum honores, & regnum non modo romano  
homini, sed ne persæ quidem cuiquam tolerabile. taci-  
ta esse poterit in id dignitas mea? Pati poterunt oculi  
mecum Gabinio sententiam dicere? Et quidem illum  
rogari prius? præsto esse clientem tuum Chloeliũ Ca-  
telli. Plaguleium. cæteros. sed cur inimicos colligo? qui  
meos necessarios à me defensores nec uidere in Curia si-  
ne dolore, nec uersari inter eos sine dedecore poterò. qd  
si ne id quidẽ est exploratum fore, ut mihi liceat? scri-  
bunt enim ad me amici eius, me illi nullo modo satisfac-  
cisse, qd in Senatum non uenerim. Tamen ne dubite-  
mus an & uos etiam cum periculo uedicemus, qui cũ  
coniunctione, tum præmio quidem nolumus esse. De-

inde hoc uide, non esse iudicium de tota contentione in  
 Hispanijs, nisi forte his amissis, arma Pompeium abie-  
 cturum putas, cuius omne consilium Themistocleum  
 est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse re-  
 rum potiri. Itaque qui nunquam egit, ut Hispaniæ per  
 se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissi-  
 ma cura fuit. Nauigabit igitur, cum erit tempus maxi-  
 mus classibus, & ad Italiam accedet, in qua nos se-  
 dentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit.  
 classibus aduersabimur igitur? quod malum maius scī  
 licet tantum? denique quod turpius? An, ni ualde hic in ab-  
 sentia solus, tuli scelus eiusdem, cum Pōpeio, et cum re-  
 liquis principibus non feram? Quod si iam misso offi-  
 cio, periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si  
 peccato, ab hoc, si recte fecero. nec ullum in his malis  
 consilium periculo uacuum inueniri potest, ut non sit  
 dubiū, quin cum periculo fugiamus. quod fugeremus  
 etiam cum salute. non simul cum Pompeio mare tran-  
 sierimus, non omnino potuimus. Extat ratio dierum.  
 sed tamen, fateamur enim quod est, ne condamus qui-  
 dem, ut possumus, fefellit ea res, quæ fortasse non de-  
 buit, sed fefellit, quod pacem putavi fore, quæ si esset,  
 iratum mihi Cæsarem esse, cum idē amicus esset Pom-  
 peio, nolui. Senseram enim quàm idem essent. hoc ue-  
 ritus in hanc tarditatem incidi, sed assequar omnia, si  
 propero, si conctor, amitto. Et tamen in Attice auguria  
 quoque me incitant quadam spe non dubia. Nō hæc col-  
 legij nostri ab Attico, sed illa Platonis de Tyrānis. Nul-  
 lo enim modo posse uideo stare istum diutius, quin ipse  
 per se, etiam languentibus nobis, concidat. qui ppe. qui  
 florentis, ac



florentes, ac novos, ut uti diebus ipsi illi egenti, ac per  
 dita multitudini in odium acerbissimum ueniret, qui  
 duarum rerum simulationem tam cito amiserit, man-  
 suetudinis in Metello, diuitiarum in Afranio, iam qui-  
 bus utatur uel socijs, uel ministris, si ij Prouincias, si  
 temp. regent, quorum nemo duos menses potuit patri-  
 monium suum gubernare. Non sunt omnia colligenda,  
 quae tu acutissime prospicis, sed tamen ea penè ante oculos  
 iam intelliges id regnum uix semestre esse posse.  
 Quod, si me fefellerit, feram, sicut multi praeclearissimi  
 homines in rep. excellètes tulerunt, nisi forte me Sarda-  
 napali uice in suo lectulo mori malle censueris, quam  
 exilio Themistocleo, qui, cum fuisset, ut ait Tucidides  
 τῶν μὲν παραχρῆμα δι' ἑλαχίστης βουλῆς κρᾶτιστος γνῶ-  
 μων, καὶ τῶν μιλόντων ἐπὶ πλείστον τῶ γενησομένῳ ἄρι-  
 στος εἰκασίης. tamen incidit in eos casus, quos uitaasset,  
 si is eum nihil fefellerisset. Et si erat (ut ait idem) qui  
 τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανέσιν ἔτι προωρα-  
 μάλις tamen non uidit, nec quomodo Lacedaemo-  
 niorum, nec quomodo suorum ciuium inuidiam effuge-  
 ret, nec quid Artaxerxi polliceretur. Non fuisset Et il-  
 la nox tam acerba Africano sapientissimo uiro, non tā  
 dirus ille dies Sullanus, Callidissimo uiro C. Mario, si  
 nihil utrumq; eorum fefellerisset. nos tamen hoc confirma-  
 mus illo augurio, quod diximus. Nec nos fallit, nec ali-  
 ter accidit. corruiat iste necesse est, aut per aduersarios,  
 aut ipse per se, qui quidem sibi est aduersarius unus a-  
 cerrimus. id spero uiuis nobis fore. quanquam tempus  
 est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua uita co-  
 gitare, sin quid acciderit maturius, haud sanè mea mul-

tum interfuerit, utrum factum fuerit, uideam, an futurum esse multo ante uiderim. Quæ cum ita sint, nõ est committendum, ut ijs pareamus, quos contra me senatus, ne quid resp. detrimenti acciperet, armavit. Tibi sunt omnia commendata, quæ commendationis meæ, pro tuo in nos amore, non indigent, ne hercule quidem reperio, quid scribam, sed eo enim, *πλῆτος δὲ οὐκ ὄντων*, & si nihil unquam tam fuit scribendum, quàm nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse quàm quod meam Tulliam suauissime, diligentissimeq; coluisti, ualde eo ipsa delectata est. ego autem non minus. cuius quidem uirtus mirificæ, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas trias, quantus autem animus in discessu nostro sit, *σοφῆς* sit summa *οὐκ ἄνευ* tamen nos recte facere, & bene audire uult, sed hac super re nimis, ne meam ipse iam eucem. tu siquid de Hispanijs certius, & siquid aliud dum adsumus, scribes, & ego fortasse discedens dabo ad te aliquid, eo etiã magis, quod Tullia te non putabat ex Italia hoc tempore. cum Antonio item est agendum, ut cum Curione Melitæ me uelit esse. huic bello nolo interesse. eo uelim tam facili uiri possem, & tam bono in me, quàm Curio. Is ad Missenum VI Nonarũ uenturus dicebatur, id est hodie. Sed præmisit mihi odiosas literas hoc exemplo.

M. ANT. TR. P. R. M. T. Ciceroni Imp. S.

¶ Si te ualde amarem, & multo quidem plus, quàm tu putas, non extimuissem rumorem, quod de te prolatus est, cum præsertim falsum esse existimarem,

existimarem, sed quia te nimio plus diligo, non possum  
 dissimulare infamiam quoque, quamvis sit falsa. Navigio  
 esse te iturum trans mare, credere non possum, cum tan-  
 ti facias Dolobellam, & Tulliam tuam foemnam le-  
 ctissimam, tamque ab omnibus nobis fias, quibus meher-  
 cule, dignitas, amplitudoque tua penes carior est, quam ti-  
 bi ipsi. Sed tamen non sum arbitratus esse amici, non com-  
 moueri etiam improborum sermone. atque eo feci studio-  
 sius, quod iudicabam duriores partes mihi impositas  
 esse ab offensione nostra, quae magis à φιλοτιμία  
 mea, quam ab iniuria tua nata est. Sic enim uolo te ti-  
 bi persuadere, mihi neminem esse cariorum te, excepto  
 Caesare. Caesarem maxime in suis M. Ciceronem re po-  
 nere. Quare mi Cicero te rogo, ut tibi omnia integra  
 serues, eius fidem improbes, qui tibi, ut beneficium da-  
 ret, prius iniuriam fecit. contra eum ne profugas, qui  
 te, etsi non amabit: (quod accidere non potest) tamen sal-  
 uum, amplissimumque esse cupiet. dedita opera ad te Cal-  
 purnium familiarissimum meum misi, ut mihi magnae  
 curae tuam uitam, ac dignitatem esse scires. Vale. Eo-  
 dem die à Caesare Philotimus literas attulit hoc ex-  
 exemplo.

Caesar Imp. M. T. Ciceroni. Imp. S.

e Tsi te nihil temere, nihil imprudenter factu-  
 rum iudicaram, tamen permotus hominum  
 fama, scribendum ad te existimaui, & pro nostra bene-  
 uolentia petendum, nequod progredereis inclinata  
 iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non  
 existimasses. Namque & amicitiae grauiorem iniuriam

feceris, et tibi minus commode consulueris, quod minus placet, si nō fortunæ obsecutus fueris, ut debes. Omnia enim secundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe uidentur, nec cauſam ſecutus. eadem enim tum fuit, cum ab eorum conſilijs abeſſe iudicaſti, ſed meum aliquod factum condēnaſſe, quo mihi grauius abs te nil accide-re poteſt. Quod ne facias pro iure noſtræ amicitiae à te peto. Poſtremo quid uiro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abeſſe à ciuilibus controuerſijs? Quod nonnulli cum probarēt, periculi cauſa ſeq non potuerunt. tu explorato et uitæ meæ teſtimonio, et amicitiae iudicio, neq; tutius neq; honeſtius reperiſſes quicq;, quàm ab omni contentione abeſſe. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vintodecimo Cal. Maij, ex itinere aduentus  
 q Philotimi (at cuius hominis quàm inſulſi, & quàm ſæpe pro Pōpeio mentientis) ex anima uit omnes, qui mecum erant. Nā ipſe obdurui. dubita-uitq; noſtrum nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet. uolare dicitur. Petreius, cum Afranio coniunxiſſe. nihil affert eiꝰſmodi. Quid quæriſ? etiam illud erat perſuaſum, Pompeium cum magnis copijs iter in Germania per Illyricum feciſſe. Id enim aũbertinũs nuntiabatur. Melitam igitur opinor capeſſenus, dum quod in Hiſpania, quod quidē propemodum uideor ex Cæſaris literis ipſius uoluntate facere poſſe, qui negat neq; honeſtius, neq; tutius mihi quicquam eſſe, quàm ab omni contentione abeſſe. Dices, ubi ille ergo tuus animus, quem proximus literis? adeſt, & idem eſt. Sed utinam meo ſolum

meo solum capite decernerem. lacrymæ meorum me interdum molliunt precantium, ut de Hispaniis expectemus M. Coelii quidem epistolam scriptam miserabiliter, quæ hoc idem obsecraret, ut expectarem, ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omnes tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri. etsi meus quidem est fortior, eoque ipso uehementius commouet, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Melitam igitur, deinde quod uidebitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid literarum, et maxime siquid ab Afranio. Ego, si cum Antonio locutus ero, scribam ad te, quid actum sit, ero tamen in credendo, ut mones, cautus. Nam occultandi ratio tum difficilis, tum etiam periculosa est. Seruium expecto ad Nonas, et adijcat à Posthumiæ. sed et Seruii filij quartanam leuiorem esse gaudeo. Misi ad te Coelii etiam literarum exemplum. Vale.

COELIVS M. T. Ciceroni Imp. S.

X animatus tuis literis, quibus te nihil, nisi triste cogitare ostendisti, neque id, quod esset, perscripsisti, neque non tamen quale esset, quod cogitares, aperuisti, has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro, et obsecro, neque grauius de salute, et incolumitate tua consulas. Nam deos, hominesque, amicitiamque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temere mouisse. Sed postquam Cæsarem conuenerim, sententiamque eius, qualis futura esset partæ uictoria, cognorim, te certiolem fecisse, si existimas eandem rationem fore Cæsaris in dimittendis ad-

uersarijs, et cōditionibus ferēdis, erras. nihil nisi atrox,  
 & saeuum cogitat, atque etiam loquitur. iratus senatui  
 existit. His intercessionibus planē incitatus est. non me-  
 hercule erit deprecationi locus. Quare si tibi tu. si filius  
 unicus. si domus. si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt. si ali-  
 quid apud te nos. si uir optimus gener tuus, ualemus, co-  
 rum fortunam non debes uelle conturbare, ut eam cau-  
 sam, in cuius uictoria salus nostra est, odisse, aut relin-  
 quere cogimur, aut impiā cupiditatem contra salutem  
 tuam habeamus. Deniq; illud cogita, quot offensæ fue-  
 rint, in ista cunctatione te subesse. nunc te contra uicto-  
 rem Cæsarem facere, quem dubijs rebus lædere nolui-  
 sti, et ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi no-  
 lueris, summæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te parū  
 Optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit,  
 eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum, sal-  
 tem, dum qd de Hispanijs agimus, scitur, ex pecta, quæ  
 tibi nuntio aduentu Cæsaris fore nostras. Quam ista  
 spem habeant amissis Hispanijs, nescio. Quod porro  
 tuum consilium sit, ad desperatos accedere, non mediū-  
 fidius reperio, hoc, quod tu non dicendo mihi si significat-  
 sti, Cæsar audierat, ac simulatq; habuit, mihi dixit. Sta-  
 tim, quid de te audisset, ex posuit. Nequui me scire, tamē  
 ab eo petiui, ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad  
 remanendum commoueri posses. Me secum in Hispani-  
 niam ducit. Nam nisi ita faceret, ego prius, ad urbem q̄  
 accederem, ubicunq; tu esses, ad te percurrissem, & hoc  
 à te præsens contendissem, atq; omni uir te retinuissem.  
 Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuosq; omnes  
 funditus euertas. nec te sciens, prudensq; eò dimittas,  
 unde

unde exitum uides nullum esse. Quod si te, aut uoces  
 Optimatum commouent, aut nonnullorum hominum  
 insolentiam, & iactationem ferre non potes, eligis cen-  
 seo aliquod oppidum uacuum à bello, dum hæc decer-  
 nuntur, quæ iam erunt confecta. Id si feceris, ego te sa-  
 pienter fecisse iudicabo, & Cæsarem nõ offendes. Vale.

T. P. A T T I C O.

E cæcum, qui hæc ante non uiderim. Misi ad  
 m te epistolam Antoni, & cum ego sæpissime  
 scripisssem, nihil me contra Cæsaris rationes  
 cogitare, meminisse me generi mei, meminisse amicitie,  
 potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio, me autem,  
 quia cum lictoribus inuitus cursarem, abesse uelle, nec  
 id ipsum certum etiã nunc habere, uide quã ad hæc  
 tuum consilium, quã uerum est. Nam qui se medium  
 esse uult, in patria manet, qui proficiscitur, aliquid de  
 alterutra parte iudicare uidetur. Sed his ego non sum,  
 qui statuere debeam, iure quis proficiscatur, nec ne. Par-  
 ters mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino disce-  
 dere ex Italia paterer. quare parui. refert me proba-  
 re cogitationem tuam, si nihil, tamen tibi remittere pos-  
 sum. Ad Cæsarem mittas, censeo, & ab eo hoc petas.  
 non dubito, quin impetraturus sis, cum præsertim te  
 amicitie nostræ rationem habiturum esse pollicearis.  
 Habes στυράλην λακωνικὴν omnino excipiam ho-  
 minem. Erat autem quinto Nonarũ uenturus uesperis,  
 id est hodie, Cras igitur ad me fortasse ueniet. tentabo,  
 audeam nihil properare. missurum ad Cæsarem cla-

mabā, cum paucissimis alicubi occultabor. Certe hinc  
 istis inuitissimis euolabo, atq; utinam ad Curionē. ma-  
 gnus dolor accessit, efficietur aliquid dignum nobis.  
 tua mihi ualde molesta. medere amabo, dum est ἀρχή.  
 De Massiliensibus gratæ tuæ mihi literæ. quæ sō, ut scī  
 am, quicquid audieris. Sullā cūperē, si possem. palam  
 quid à Curione effeceram. Hic ego Seruium expecto.  
 Rogor enim ab eius uxore, & filio, & puto opus esse.  
 Hic tamen Citharidam se cum lectica aperta portat, al-  
 tera uxore. Septem præterea coniunctæ lecticæ amicit-  
 rum. hæ sunt amicorum. Vide quàm turpi leto pereae-  
 mus. Et dubitari potest, quin ille seu uictus, seu uictor re-  
 dierit, cædē facturū sit? Ego uero uehiculo, si nauis nō  
 erit, eripiam me ex istorum parricidio. Sed plura scri-  
 bam, cum illum conuenero. Iuuenem nostrum non pos-  
 sum non amare, sed ab eo nos non amari planè intelli-  
 go. Nihil ego uidi tam ἀνιθοπόιντον, tam auersum  
 à suis, tamen scio, quid cogitas, uim incredibilem mole-  
 stiarum, sed erit curæ, et est, ut regatur. mirum est enim  
 ingenium ἡθὺς ἐπιμελιτέον.

## T. P. A T T I C O.

B signata iam epistola superiore, non placuit  
 ei dare, cui constitueram, quod erat alienus.  
 Itaq; eo die data non est. Interim uenit Philo-  
 timus, & mihi à te literas reddidit, quibus quæ de frā-  
 tre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed ha-  
 bent nihil ὑπουλον, nihil fallax, nihil flexibile,  
 non ad bonitatem. nihil, quod non quò uelis, uno sermo-  
 ne possis



ne possis perducere. ne multa, omnes suos etiã, quibus irascitur crebrius, tamen caros habet, me quidem seipso cariorum. Quod de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo. De itinere, et de sorore, quæ scribis, molesta sunt, eoq; magis, quod ea tempora nostra sunt, ut ego his mederi non possim. Nam certe mederer, sed quibus in malis, et qua in desperatione rerum simus, uides. illa de ratione numaria non sunt eiusmodi. Sæpe enim audio ex ipso, ut non cupiat tibi præstare, & in eo laboret. Sed si mihi, quæ in hac mea fuga, HS XIII non reddit, quæ dedi eius filio mutua, & utitur excusatione temporis. Si Lepta, si cæteris soleo mirari de nescio quis HS XX, cum audio exilio se urgeri. Vides enim profecto angustias, curari tamen ea tibi ubiq; iubet. An existimas illum in isto genere Lentulum? aut restrictum? nemo est minus. De fratre satis, de eius filio indulgit ille quidem suus pater semper, sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum, ferocem fortasse, ac arrogantem, & infestum facit. Itaq; habet hæc quoq; quæ nascuntur ex indulgentia. sed ea sunt tolerabilia. Quid enim dicam de hac inuentute? Ea uero, quæ mihi quidem, qui illi amo, sunt his ipsis malis in quibus sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro. non habent suas radices, quas tamen euellerem profecto, si liceret. Sed ea omnia mihi sunt patienda. Ego meum facile teneo. Nihil est enim eo tractabilius, cuius quidem misericordia, languidiora adhuc consilia cepi. Et quo ille me fortiore uult esse, eo magis timeo, ne in eum existam crudelior. Sed Antonius uenit heri uespere. iam fortasse ad me ueniet,

aut ne id quidem, quoniam scripsisti, quid fieri uellet. Sed scies continuo, quid actum sit. Nos iam, nisi occulte, nihil. De pueris quid agam? Paruo ne nauigio committam? Quid mihi animi in nauigando censes fore? Recordor enim æstate cum illo Rhodiorum *ἀππάρτω* nauigans, quàm fuerim sollicitus. Quid duro tempore anni actuaria fore censes? O rem undique miseram. Trebatius erat mecum uir plane, & cuius bonus. quæ ille monstra Dii immortales. etiam ne Balbus in Senatu uenire cogitet, sed ei ipsi cras ad te literas dabo. Vulteium mihi amicum, ut scribis, ita puto esse, cum eo, quod *θυμικώτερον* ad me scripserit, de *νῆεσσι* curandis *ἐπιμελήσει* erit. id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies moneo. talia autem a scripsi, quod ille ad me Proconsulem. sed quoniam est homo, & nos diligit, ipse quoque à nobis diligitur. Vale.

## T. P. A T T I C O .

q Vidnam mihi futurum est? aut quis me non solum infelicio, sed iam etiam turpior? nominatim de me sibi impetratum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc uiderat, sed hoc Trebatius narrauit. Quid agam nunc, cui nihil procedit? attenduntq; ea, quæ diligentissime sunt cogitata, teterrime. Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putabo, is de me ad Hortensium scripserat. Regnius erat totus noster. huic nihil. suspicabamur enim hoc mare negocij fore. Quò me nunc uertam? Vndiq; custodior, sed satis lacrymis *ἐπιμελήσει* igitur, & occulte in aliquam

*onerariam corpendum, non committendum, ut etiam cum pacto prohibiti uideamur. Sicilia petenda, quam si nacti erimus, maiora quaedam consequemur. Sit modo recte in Hispanijs. quanquam de ipsa Sicilia utinam sit uerum, sed adhuc nihil secundi. Concursum Sicularum ad Catonem dicitur factus, orasse, ut resisteret omnia pollicitus. com meatum illum, delectumque habere coepisse, non credo, ut est Luculentus author. potuisse certe tenere illam Prouinciam scio. Ab Hispanijs autem iam audietur. Hic nos C. Marcellum habemus eadem de re cogitantem, aut bene simulantem, quam ipsum non uideram, sed ex familiarissimo eius audiebam. Tu quaeso, siquid habebis noui. ego, siquid moliti erimus, ad te statim scribam. Quintum Fratrem seuerius adhibebo. utinam proficere possem. tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet, ego item tuas. Seruium exspecto, nec ab eo quicquam. Scies quid erit. sine dubio errasse nos confitendum est. at semel, at una in re immo omnia quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius *ἀλλὰ τὰ μὲν πρότερον τούτοις, ἔσσομεν ἄχρὺ μὲν οἱ περ.* in reliquis modo ne ruamus. Iubes enim profectioem meam prouidere. Quid prouideam? Ita patent omnia, quae accidere possunt, ut ea si uitem, sedendum sit cum dedecore, et dolore, si negligam periculum est, ne in manus incidam peditorum. Sed uide quatenus in miserijs simus. Optandum interdum uidetur, ut aliquam accipiamus ab istis acerbam quam uis iniuriam, ut Tyranno in odio fuisse uideamur. Quod si nobis incursus, quem sperarā, pateret, effecissem aliquid profectioem.*

## LIB.

Eto, ut tu optas, ut hortaris, dignum nostra mora, sed mi-  
 rificæ sunt custodiae. Et quidem ipse Curio suspectus.  
 quare ui, aut clam agendum est, et si ui forte, & cum te  
 pestate, clam autem cum istis, in quo si quod σφάλαρα,  
 uides quàm turpe est, trahimur, nec fugiendum, siquid  
 uiolentius. De Coelio sæpe mecum agito, nec siquid ha-  
 buero tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse, Mas-  
 siliensium factum tum ipsum per se luculentum est, tum  
 mihi argumento est, recte esse in Hispanijs. Minus enim  
 auderent, si aliter esset, & scirent. Nam & iuncti, &  
 diligentes sunt. Odium autem recte animaduertis si gnè  
 ficantium theatrum. legiones etiam has, quas in Italia  
 assumpsit alienissimas esse uideo, sed tamen nihil inimi-  
 citius, quàm sibi ipse. Illud recte times, ne ruat. Si de-  
 sperarit, certe ruet, quo magis efficiendum aliquid est  
 fortuna. uelim meliori animo Coeliano, sed primo quic-  
 quid, quod quaecumq; fuerit, continuo scies. Nos Iuueni  
 togas suppeditauimus, peloponnesum ipsam sustinebi-  
 mus. Est enim indoles, modo aliquid hoc sit. Quod si  
 adhuc nullum est, esse tamen potest, aut ἀπὸν non  
 est, quo mihi persuaderi non potest. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Pistola tua gratissima fuit meæ Tullia, &  
 e mehercule mihi. semper secum aliquid affe-  
 rūt tuæ literæ. Scribes igitur aliqd ad spem.  
 poteris me de miserijs. Tu Antonij leones pertimescas  
 atue. Nihil est illo homine iucundius. Attende ἀρχὴν  
 πολιτικῆν. euocauit literis è municipijs denos, et qua

tuor uiri uenerunt. Puella eius mane primum dormit ad horas treis. Deinde, cum esset nuntiatū uenisse Neapolitanos, & Cumanos (his enim est Cæsar iratus) postridie redire iussit, lauari se uelle περι κοιλιουσιαν ζινασαι. hoc heri effecit. Hodie autem in Senariam transire constituit, exulibus reditum pollicetur. Sed hæc omittamus, de nobis aliquid agamus. A Daxio accepi literas, de Tirone gratum. Vectenium diligo. Vestorio reddidi. Seruius pridie Nonarū Maij Minturnis mansisse dicitur, hodie in Linternino māsurus apud C. Marcellum. Cras igitur nos mature uidebit, mihiq; dabit argumentum ad te epistolæ. Iam enim non reperio qd tibi scribam. Illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cum presertim me ualde obseruarit. uidelicet aliquid atrocius de me impetratum est, coram negare mihi non uult. Quod ego nec rogaturus eram, nec, si impetrassem, crediturus. Nos tamē aliquid ex cogitabimus. Tu quæso, si quid in Hispanijs, iam enim poterit audiri, & omnes ita expectant, ut si recte fuerit, nihil negocij futurum putem. Ego autem nec retentis his, confectam rem puto, neq; amissis, desperatam. Siluium, & Ocellam, et cæteros credo retardatos. Te quoq; à Curio impediri uideo. Et si, ut opinor, habes uitam miseram, maiusq; malum est, tandiu timere, quàm est illud ipsum, qd timetur. Seruius, ut antea scripsi, cum uenisset pridie Nonarum Maij, ad me uenit, ne diutius te teneam, nullius consilij exitum inuenimus. Nunquam uidi hominem perturbatiorem metu, neq; hercule quicquam timebat, quod non esset timendum. Illum sibi iratum, hunc non amicum, horribilem utriusq; ui-

Etoria, cum propter alterius crudelitatem, alterius au-  
 daciam, tum propter utriusq; difficultatem pecunia-  
 rum, qua frui nusquam, nisi ex priuatorum bonis pos-  
 set. Atq; hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, ut  
 ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse.  
 Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non  
 ipse ad te scribo, sine ulla lacryma est, sed sæpius odio-  
 sa est propter uigilias. Quam ob rem quicquid habes  
 ad consulendum, collige, & illa scribe, non ex doctri-  
 na, neq; ex libris. nam id quidem domi est, sed nescio  
 quomodo imbecillior est medicina, quam morbus. Hæc  
 potius conquire de Hispanijs, de Massilia. Quæ qui-  
 dem satis bella Seruius affert, qui etiam de duabus le-  
 gionibus luculentos authores esse dicebat. Hæc igitur si  
 habebis, & talia, & quidem paucis diebus aliquid au-  
 diri necesse est. Sed redeo ad Seruium distulimus omni-  
 no sermonem in posterum, sed tardus ad exeundum.  
 Multos in suo lectulo malle quicquid fore, odiosus scri-  
 pulus de filij militia brundusina. Vnum illud firmis-  
 sime asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium  
 se iturum. Nos autem ad hæc, & ipsum certo fore, &  
 quæ iã fiebant non esse leuiora, multa q; colligebamus.  
 Verum ea non animum eius augebant, sed timorem, ut  
 iam celandum magis de nostro consilio quem ad diem  
 uideretur. quare in hoc non multum est. Nos à te admo-  
 niti de Cælio cogitabimus. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Eruius cum esset apud me, Cephalio cum tuis  
 literis VI Iduum uenit, quæ nobis ma-  
 gnam spem attulerunt meliorum rerum. De  
 octo cohortibus, etenim hæ quoque, quæ in his locis  
 sunt labare dicuntur. Eodem die Funisulanus a te at-  
 tulit literas, in quibus erat confirmatus illud idem. Ei  
 de suo negotio respondi cumulate, cum omni uia gra-  
 tia. adhuc non satisfacerebat. Debet autem mihi multos  
 numos, nec habetur locuples. nunc ait se daturum,  
 cum ex P. sustulerit moram tabellarius, si apud te esse  
 quas satisfacisses daret quantum sit. hæres Philotimi  
 tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Cæ-  
 lianum illud maturescit. Itaque torqueor, utrum uen-  
 tum expectem. Vexillo opus est, conuolabunt. Quod  
 suades, ut palam, prorsus assentior. Itaque me profe-  
 cturum puto. Tuas tamen interim literas expecto. Ser-  
 uij consilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni  
 sententia occurrunt. Vnum C. Marcello cognoui ti-  
 midiozem, quem Cos. fuisse poenitet, qui etiam An-  
 tonium confirmasse dicitur, ut me impediret, quod  
 ipse credo honestius. Antonius autem VI Iduum  
 Capuam profectus est. ad me misit se pudore deter-  
 ritum, ad me non uenisse, quod se sibi succenseri pu-  
 taret. Ibitur igitur, et ita quidem, ut censes, nisi cuius  
 personæ grauioris suscipienda spes erit ante oblata.  
 Sed uixerit tam cito, Halienus autem Pr. putabat ali-  
 quem, si ego non. ex collegis suis quibus licet. dummodo  
 aliquos. De sorore laudo, deq; puero datur opera. spe-

ro esse meliora. De Quinto Fratre scito eum non mediocriter laborare de usura, sed adhuc nihil a L. Egnatio expressit. Axius de XII millibus pudens. Saepe enim ascripsit, ut Gallio, quantum is uellet, darem. quod sibi non scripsisset, possem ne aliter? Et quidem saepe sum pollicitus. Sed tantum uoluit cito, nec uero adiunxerunt ijs in angustijs seductos. uerum alias. Te a quartana liberatum gaudeo, itemque Pyliam. ego dum naues, et caetera parantur, ex curro in Pompeianum. Vectigeno uelim gratias, quod studiosus sit, si quemquam nactus fueris, qui perferat literas, des ante, quam discedimus. Vale

M. T. CICERO C. Caesari. S.

Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit. cui ego quidem non modo placabilem me praebuissem, sed totum remissem, si uenisset, qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis literis, quas Arpini acceperam, eum uenturum, facturumque, quod ego uelle. Ego uolebam autem, uel cupiebam potius, esse eum uobiscum. Quod, quia plane cum in Formianum uenisset, praeciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. at ille per pauca locutus, hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem, se rebus suis impeditum, nobiscum ire non posse. Pauca respondi. magnum accepi dolorem. Intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. quid quaeris? Fortasse miraberis in maximis horum temporum doloribus, hunc mihi scito esse. Velim, ut tibi amicus sit. Hoc cum tibi opto, opto, ut beatus sis. Erit enim tandiu.



enim tandem. Consilium nostrum spero uacuum periculo fore. Nam & dissimulauimus, et, ut opinor, acerrime obseruabimus, nauigtio modo sit, qualem opto. Cætera, quæ quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur. Tu, dum adsumus, non modo quæ scieris, audieris ue, sed etiam quæ futura prouidebis, scribas uelim. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII Calendarum Maij, ut ad me Curio scripsit. Utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat. est enim rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem. Ego, ut minuerem suspicionem profectiois, aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianum ad IIII Iduum, ut ibi essem, dum quæ ad nauigtandum opus essent, pararentur. Cum ad uillam uenisset, uenerunt ad me Centuriones trium cohortium, quæ Pompeij sunt, postridie. Hæc mecum Minnius noster, uelle eos mihi se, & oppidum tradere. At ego inde postridie ad uillam ueni ante lucem, ut me omnino illi ne uiderent. Quid enim erat in tribus cohortibus? quid si plures, quo apparatu? cogitauit eadem illa Coeliana, quæ legeram epistola tua, quam accepi. Simul & in Cumanum ueni eodẽ die, & simul fieri poterat, ut tentaremur. Omnem igitur suspicionem sustuli. Sed cum redeo, Hortensius uenit, & ad Terentiam salutatum diuerterat. sermone erat usus honorifico erga me, tamẽ cum (ut puto) uidebo. Misit enim puerum, se ad me uenire. Hoc quidem melius, quàm collega noster Antonius, cuius inter lictores lecticat una portatur. Tu, quoniam quartana atres, & nedum morbum re-

mouisti, sed etiã grauedinem, te uegetum nobis in Graecia siste, & literarum aliquid interea. Vale.

## T. P. A T T I C O.

**P**ridie Idiuũ, Hortensius ad me uenit scripta epistola. Vellem cætera eius, quã in me incredibilem *ἐπιτελεῖται*, qua quidem cogito uti. Deinde Serapion cum epistola tua, quam priusquam aperuissem, dixi & te ad me de eo scripsisse antea, ut feceraras. Deinde epistola scripta cumulatissime cætera, & hercule hominem bonum, & doctum, & probum existimo, quin etiam nauis eius me, & ipso conuectore usurum puto. Crebro refriat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediatur scriptionem meã. Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à uetere morbo, & à nouis tentationibus gaudeo. Cellam uellem haberemus. Videntur enim esse hæc paulo faciliora. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod ualde perturbatum erat. id si cras erit, utinam idem maneat. Hortensius siquidem adhuc erat, liberalius nihil esse potest. De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitiũ insimularem. Negas enim te reperire, qui mihi id in mentem uenerit. Ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare (& enim audieram nemini taliter licere) et eo te habere censebã, et quia à pueris diploma sumpseras. habes causam opinionis meæ, et tamẽ uelim scire quid cogites, imprimisq; siquid etiam nunc noui est. XVII Calendarum Iuniũ Tullia mea peperit puerum *ἐπιμαρτυροῦν αὐτόκορον*. Quod quidẽ est natum perimbecillum est. Me mirificæ tranquillitates adhuc

tes adhuc tenuerunt, atq; maiore impedimento fuerunt,  
 quàm custodiae, quibus asseruor. Nam illa Hortensia-  
 na omnia fiere infantia. Ita fiet homo nequissimus, ab  
 Saluio liberto deprauatus est. Itaq; posthac non scribā  
 ad te, quid factururus sim, sed quid fecerim. Omnes enim  
 u<sup>u</sup>p<sup>u</sup>nāoi uidetur subauscultare, quæ loquor. Tu ta-  
 men, siquid de Hispaniis, siue quid aliud, perge quæ so-  
 scribere, nec meas literas expectaris, nisi cū quod opto,  
 peruenerimus, aut siquis ex cursu. sed hoc quoq; timi-  
 de scribo, ita omnia adhuc tarda, & spissa, ut male po-  
 suimus initia sic cætera sequentur. Furias nunc sequi-  
 mur. eadem nos fortasse furia persequetur. Ex Balbi  
 autem sermone, quem tecum habuit, non probamus de  
 Melita. Dubitas igitur, quin nos in hostium numero ha-  
 beat. Scripsi equidem Balbo te ad me de beneuolentia  
 scripsisse, & de suspicionem egi gratias. De altero ei me  
 purgavi, eo quem tu hominem infeliciore? Non loquor  
 plura, ne te quoq; excruciem. ipse conficior uenisse tem-  
 pus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam fa-  
 cere possim. Vale.

## LIB.

M. T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
VNDECIMVS.

T. P. A T T I C O.

Cœpi à te signatum libellum, quē  
Anteros attulerat, ex quo scire ni-  
hil potui de nostris domesticis re-  
bus, de quibus acerbissime afflictor,  
quod qui eas dispensavit, neque adest  
istic, neque ubi terarum sit, scio. Om-  
nē autem spem habeo existimationis, privatarumque  
rerum in tua erga me mihi perspectissima benevolen-  
tia, quam si his temporibus miseris, & extremis præ-  
stiteris, hæc pericula, quæ mihi cōmunia sunt cum cæ-  
teris, fortius feram, idque ut facias te obtestor, atque obse-  
cro. Ego in Cistophoro in Asia habeo ad HS bis, & vi-  
cies, huius pecuniæ permutacione fidem nostram facile  
tuebere, quam quidem ego nisi expeditam relinquere  
putassem, credens ei, cui tu scis iam pridem minime cre-  
dere, commoratus essem paulisper, nec domesticas res  
impeditas reliquisssem. ob eamque causam serius ad te scri-  
bo, quod sero intellexi, quid timendum esset. Te etiam,  
atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias, ut si ij  
salvi erunt, quibus cum sum, unā cum ijs possim incol-  
lumis esse, salutemque meam benevolentia tua acceptam  
referre. Vale.

T. P.

## T. P. A T T I C O.

Iteras tuas accepi pridie Nonarū Febr. eoq̄  
 I ipso die ex testamento creui hæreditate. ex  
 multissimis, & miserrimis curis est una ena-  
 ta, si, ut scribis, ista hæreditas fidem, & famam meam  
 tueri potest, quam quidem te intelligo etiam sine hære-  
 ditate tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scri-  
 bis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias,  
 & illam miseram mea culpa, & negligentia tueare  
 meis opibus, si quæ sunt, tuis, quibus molestum nõ erit,  
 facultatibus, cui quidem deesse omnia, quod scribis, ob-  
 secro te noli pati. in quos enim sumptus abeunt fructus  
 prædiorum? Iam illa HS LX, quæ scribis, nemo mihi  
 unquam dixit ex dote esse detracta. nunquam enim  
 essem passus. Sed hæc minima est ex his iniurijs, quas  
 accepi, de quibus ad te dolore, & lacrymis prohibeor  
 scribere. Ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partem dimi-  
 diam ferè exegit. Tutius uidebatur fore ibi, ubi est, q̄  
 apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo sim ani-  
 mo, uellem posses aliquid afferre, quam ob rem id face-  
 re possem. Sed si ad cæteras misérias accessit etiam id,  
 quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil si significa-  
 sti de domo) quis me miserior uno iam fuit? Oro, obse-  
 cro ignosce. non possum plura scribere. Quanto mœ-  
 rore urgear, profecto uides. quod si mihi commune cum  
 cæteris esset, qui uidentur in eadē causa esse, minor mea  
 culpa uideretur, & eo tolerabilior esset. Nunc nihil est,  
 quod consoletur, nisi quod tu efficias, si modo etiam nunc  
 effici potest, ut nequa singulari afficiar calamitate, &

iniuria. Tardius ad te remissi tabellarium, quod potestas mittendi non fuit. citius & numerorum accepi HS LXX, & uestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi uidebitur, uel in des literas nomine meo. Nosti meos familiares, signum requirent, aut manum, dices ijs, me propter custodias eas uitaſſe. Vale.

## T. P. ATTICO.

q Vid hic agatur ſcire poteris ex eo, qui literas attulit, quem diutius tenui, quia quotidie aliquid noui expeſtabamus. Neq; nunc mittendi ulla cauſa fuit, præter eã, de qua tibi reſcribi uoluisti. Quod ad Cal. Quintil. pertinet, quid uelle, utrũq; graue eſt, etiam graui tempore periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu. Iſta re, quam ſcribis, abrupta, quare ut alia, ſic hoc uel maximæ tuæ amicitia, beneuolentiæq; præmitto, et illius conſilio, & uoluntati, cui miſere conſuluiſſem melius, ſi tecum olim coràm potius, quàm per literas de ſalute noſtra, fortunisq; deliberauiſſem. quod negas præcipuum mihi ullum incommodum impendere, et ſi iſta res nihil habet conſolationis, tamen etiam præcipua multa ſunt, quæ tu profecto uides grauiſſima eſſe, & me facillime uitare potuiſſe, eã tamen erunt minorã, ſi (ut adhuc factum eſt) adminiſtratione, diligentiaq; tua leuabuntur. Pecunia apud Egnatium eſt. ſit à me, ut eſt. Neq; enim hoc, quod agitur, uidetur diuturnum eſſe poſſe, ut ſcire iam poſſim, quid maxime opus ſit. et ſi ego rebus omnibus, quod iſ quoq; in anguſtijs eſt, qui cum ſumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinor nobis conſtitutis rebus, eam

bus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea fecisti, uelim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum à me existimes, ipse conficias. tuis Sal. dic. Cura, ut ualeas. imprimis uero id, quod scribis, omnibus rebus cura, & provide, nequid ei desit, de qua scis me miserrimū esse. Idibus Iunijs ex castris.

## T. P. A T T I C O.

Cæpi ab Isidoro literas, & postea datas binas. ex proximis cognoui prædia non uenisse. uidebis ergo, ut sustentetur partim de Fru-  
 sinatis, si modo futuri sumus, erit mihi res opportuna. Meas literas quod requiris, impediō inopia rerum, quas nullas habeo literis dignas. Quippe cui nec quæ accidunt, nec quæ aguntur ullo modo probentur. Vtinam cor. am tecum olim potius, quàm per epistolas. Luctu, ut possum, tueor apud hos. cætera celer, ipse fugi adhuc omne manus, eo magis, quàm ita nihil poterat agi, ut mihi, & meis rebus aptum esset. quid sit gestum noui, quæris. ex Isidoro scire poteris. reliqua non uidentur esse difficiliora. Tu id uelim, quod scis, me maxime uelle, cures, ut scribis, ut facis. Me cōficit solitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis, qua leuata, ero un. à cum eo, qui negocium gerit, estq; in spe magna Brutus amicus, in causa uersatur acriter. Hac tenus fuit, quod caute à me scribi posset. De pensione altera oro te omni cura considera, quid sit faciendum, ut scripsi his literis, quas Pollex tulit. Vale.

## T. P. A T T I C O .

Væ me causa mouerint, q̄ acerba, q̄ graues,  
 q̄ nouæ, cogerint q; impetu magis quodâ ani-  
 mûti, q̄ cogitatione, non possum ad te sine ma-  
 ximo dolore scribere. Fuerunt quidem tantæ. fuit id,  
 quod uides. Effecerunt itaq; ut nec quid ad te scribam  
 de meis rebus, nec qd à te petam, reperiam. rem, et sum-  
 mam negocij uides. Equidem ex tuis literis intellexi, &  
 ijs, quas communiter cum alijs scripsisti, et ijs, quas tuo  
 nomine, quod etiam mea sponte uidebam, te subdebili-  
 tatum, nouas rationes tuendi mei quærere. Quod scri-  
 bis placere, ut propius accedam, iterq; per oppida no-  
 ctu faciam, non sanè uideo quemadmodum id fieri pos-  
 sit. Neque enim ita apta habeo diuersoria, ut tota tem-  
 pora diurna in his possim consumere. neq; ad id, quod  
 quæris. multum interest, utrum me homines in oppido  
 uideant, an in uia. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia, con-  
 syderabo quemadmodum commodissime fieri posse ui-  
 deatur. Ego propter incredibilem & animi, & corpo-  
 ris molestiam, conficere plures literas non potui, his ta-  
 men rescripsi à quibus acceperam. Tu uelim & Basi-  
 lio, & quibus præterea uidebitur, etiam Seruilio con-  
 scribas, ut tibi uidebitur meo nomine, qd tanto interval-  
 lo nihil omnino ad nos. Scriptis literis, profecto itelligis  
 rem mihi deesse, de qua scribâ, nõ uoluntat è. Quod de  
 Vatinio quæris, neq; illius, neq; cuiusq̄ mihi præterea  
 officium deest, si repire possent, qua in re me iuuarèt, quæ  
 auersissimo à me animo Patris fuit, eodè Corcyrà filius  
 uenit, inde profectos eos unâ cū cæteris arbitror. Vale.



## T. P. A T T I C O .

Olicitum esse te cū de tuis, cōmunibusq; fortu-  
 nis, tū maxime de me, ac dolore meo sentio. q̄  
 qdē dolor meus non modo non minuitur cū  
 socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur  
 omnino. pro tua prudentia sentis, qua consolatione le-  
 uari maxime possim. probas enim meum consilium, ne-  
 gasq; mihi quicquam tali tempore potius fugiendum  
 fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi leuius est, q̄ tuum iu-  
 diciū, tamen non est leue cæteris quoq; id est qui pon-  
 dus habeāt) factum nostrum probari. id si ita putarē,  
 leuius dolerē. Crede inquis mihi. Credo equidem, sed  
 scio q̄ cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab  
 armis nūquam poenituit. tanta erat in illis crudelitas,  
 tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nomi-  
 natim, sed generatim proscripio esset informatā, ut iā  
 omnium iudicio constitutum esset, omnium uestrum bo-  
 na prædam esse illius uictoriæ. uestrum planè dico. nū-  
 quam enim de te ipso, nisi crudelissime cogitatum sensi.  
 Quare uoluntatis meæ me nunquam poenitebit, consi-  
 lij poenitet. In oppido aliquo malleme resedisse, quoad  
 accerserer. minus sermonis subijsssem. minus accepissem  
 doloris. ipsum hoc me non angeret. Brūdusij iacere in  
 omnibus partibus est molestum. propius accedere (ut sua-  
 des) quo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? q̄  
 mihi incolum adiri non possunt, quos ego non pauli-  
 sper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum acc-  
 dens, nequis impetus militum fieret. recipio me tempo-  
 re domo. te nunc ad oppidū, quoniam ijs placeret modo

propius accedere, ut hac de re cōsiderarent, credo fore  
 authores. Sic enim recipiunt, Cæsari non modo de con-  
 seruanda, sed etiam de augenda mea dignitate curæ fo-  
 re, meq; hortantur, ut magno animo sim. ut omnia sum-  
 ma sperem. Ea spōdent, confirmant, quæ mihi quidem  
 exploratiora essent, si remansissem. Sed ingero præteri-  
 ta. Vide quæ sō igitur ea, quæ restant, & explora cum  
 istis, & si putabis opus esse, et si istis placebit, quo ma-  
 gis factum nostrum Cæsar probet, quasi de suorum sen-  
 tentia factum. Adhibeantur Trebonius, Pansa, et si qui  
 alij. scribantq; ad Cæsarem, me quicqd fecerim, de sua  
 sententia fecisse. Tullia meæ morbus, et imbecillitas cor-  
 poris me exanimat, quā tibi intelligo magnæ curæ esse,  
 quod est mihi gratissimum. De Pompeij exitu mihi du-  
 biū nunq̄ fuit. Tanta enim desperatio rerū eius, omniū  
 Regum, & populorum animos occupat, ut quocunq;  
 uenisset, hoc putarē futurū. Non possum eius casum non  
 dolere. hominem enim integrum, & castum, et grauē  
 cognoui. De Fānio consoler te? perniciosa loquebatur de  
 mansione tua. Lucius uero Lentulus Hortensij domum  
 sibi, & Cæsaris hortos, & Baias desponderat. omnino  
 hæc eodē modo ex hac parte fiunt, nisiq; illud erat infi-  
 nitū. Omnes enim, qui in Italia remanserant, hostium  
 numero habebantur. sed uel in hæc aliquādo solutiore  
 animo. Quintū Fratrem audio profectū in Asiā, ut de-  
 precaretur. De filio nihil audiui, sed quære ex Diocare  
 Cæsaris liberto, quē ego nō uidi, qui istas alexādrinas  
 literas attulit. Is dicitur uidisse an euntē, an iā in Asia.  
 Tuas literas, prout res postulat, expecto, quas uelim  
 res q̄ primū ad me pferendas. Vale. IIII Cal. Decēbr.

## T. P. A T T I C O.

Ratæ mihi tuæ literæ sunt, quibus accurate  
 § perscripsisti omnia, quæ ad me pertinere ar-  
 bitratus es. Factum igitur, ut scribis istis pla-  
 cere, iisdem istis lictoribus me uti, quod concessum sestio  
 sit, cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos.  
 Audio enim eum ea S. C. improbare, quæ post disces-  
 sum Tribunorum facta sunt. Quare poterit, si uolet  
 sibi constare nostros lictores, comprobare. quanquam  
 quid ego de lictoribus, qui penè ex Italia decedere sim  
 iussus? Nam ad me misit Antonius exemplum Cæsa-  
 ris ad se literarum, in quibus erat, se audiuisset Cato-  
 nem, & L. Metellum in Italiam uenisse, Romæ, ut es-  
 sent palàm, id sibi non placere nequi motus ex eo fie-  
 rent, prohiberiq; omnes Italia, nisi quorum ipse cau-  
 sam cognouisset, deq; eo uehementius erat scriptum.  
 Itaq; Antonius petebat à me per literas, ut sibi ignosce-  
 rem, facere se non posse, quin his literis pareret. Tum  
 ad eum misit L. Lamiam, qui demonstraret illum Do-  
 lobellæ dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quam  
 primum uenirem. eius me literis uenisse. Tum ille edi-  
 xit ita, ut me exciperet, & Lælium nominatim. quod  
 sane nollem. poterat enim sine nomine res ipsa excipi.  
 O multas, & graues offensiones, quas quidem tu das  
 operam, ut lenias, nec tamè nihil proficis. quin hoc ipso  
 uniuersum dolorem meum, quod, ut minuas, tam ualde la-  
 boras. idq; uelim ne grauere quam sæpissime facere.  
 Maxime autem assequere, quod uis, si me adduxe-  
 ris, ut existimem me bonorum iudicium non fundi-

nus perdidisse. quanquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. Sed si quid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit, quod non quidem uideo nunc esse, sed si quid ex euentis, ut hoc nunc accidit, dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. exitus illius minuit eius officij prætermissi reprehensionem. Sed ex omnibus nihil magis tamen desyderatur, quàm quod in Africam non irem. iudicio hoc sum usus, non esse barbaris auxilijs fallacissimæ gentis remp. defendendam, præsertim contra exercitum sæpe uictorem. Non probant fortasse, multos enim uiros bonos in Africam uenisse audio, & scio fuisse antea. Valde hoc loco urgeor. hic quoque opus est casu, aliqui sint ex eis, aut si pòt omnes, qui salutem anteponant. nam si perseuerant, & obtinetur, quid nobis futurum sit, uides. Dices, quid illis, si uicti erunt? honestior est plaga. Hæc me excruciant. supplicij autem consilium non scripsisti, cur meo non anteponeres. Quod etsi non tam gloriosum sit, quàm Catonis, tamè periculo uacuum est, & dolore. extremum est eorum, qui in Achaia sunt. ij tamen ipsi se hoc melius habent, quàm nos, quod & multi sunt uno in loco, & cum in Italiam uenerint, domum statim uenerint. Hæc tu perge, ut facis, mitigare, et probare quamplurimis. Quod te excusas, ego uero & tuas causas nosco, & mea inter esse puto, te istuc esse, uelut cum ijs, quibus oportebit agas, quæ erunt agenda de nobis, ut ea, quæ egisti. In primisq; hoc uelim animaduertas. multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerint, delaturi ue sint, me aut pœnitere consilij mei, aut non probare, quæ fiant. quorum etsi utrumq; uerum est, tamen ab illis dicitur animo à me

alienato, nō quo ita perspexerint, sed totum, ut hoc Balbus sustentet, et Oppius, & eorum crebris literis illius uoluntas erga me confirmetur. Et hoc planè, ut fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere, quod scribis efflagitare. O rem miserā. Quid scribam, aut quid uelim breue faciam. Lacrymæ enim se subito profuderunt. tibi permitto. tu consule. tantum uide, ne hoc temporis tibi obesse aliquid possit. Ignosce, obsecro te, non possum præ fletu, & dolore diutius in hoc loco commorari. tantum dicam. nihil mihi gratius esse, quàm quod eam diligis. quod literas, quibus putas opus esse curas dādas, facis cōmode. Quintum Fratrem uidi, qui Sam uidisset patrem Sicione, quorū deprecatio est facilis. Vtinam illi, qui prius eum uiderūt, me apud eum uelint adiutum tantum, quantum ego illos uellem, siquid possem. Quod rogas, ut in bonā partem accipiam, si qua sint in tuis literis, quæ me mordent, ego uero in optimam, teq; rogo, ut aperte, quæ admodum facis, scribas ad me omnia, idq; facias quam sepiissime. Vale XIII Calendarum Iuni.

## T. P. A T T I C O.

¶ Vantis curis afficiar, & si profecto uides, tamen cognosces ex Lepta, & Trebatio. maximas poenas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiā mihi uideri uis, neq; te deterreo, quo minus id disputes, scribasq; ad me quam sepiissime. Non nihil enim me leuant tuæ literæ hoc tempore. per eos, qui nostra causa uolunt, ualentq; apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum, et Oppiū maxime, ut

de me scribant quam diligentissime. Oppugnamur enim, ut audio, & à presentibus quibusdam, & per literas. ijs ita occurrendum, ut rei magnitudo postulat. Furnius est illic mihi inimicissimus. qui misit filiũ non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Dicitat se à me apud Cæsarem oppugnari. qđ refellit Cæsar ipse, omnesq; eius amici, neq; uero desistit, ubi, cumq; est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbũ, qui ex ipso audissent, cum Sicione palàm multis audientibus loqueretur nefaria quædã, ad me pertulerunt. Nosti genus huiusmodi hominum. etiã expertus es, fortasse in me id est omne conuersum. sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. Quare ad illud redeo. cura, ut huius rei causa, dedita operã mittat aliquem Balbus, ad quos uidebitur, uelim cures literas meo nomine. Vale. XIII Calendarum Ianuarij.

## T. P. A T T I C O.

Go uero & incaute, ut scribis, & celerius, qđ oportuit, feci, nec in ulla sum spe. quippe qui exceptionibus edictorum retinear. quæ si nõ essent sedulitate effectæ, et beneuolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet. Quid autem me iuuat, quod ante initum Tribunalium ueni, si ipsum, quod ueni, nihil iuuat? Iam quid sperem ab eo, qui mihi amicus nunquam fuit, cum iam lege etiam sim confectus, & oppressus? Iam Balbi ad me literæ languidiores, multæq; multorũ ad illum fortasse

contra me. Meo uitio pereo. nihil mihi mali causa attu-  
 lit. omnia culpa contracta sunt. Ego enim, cum genus  
 belli uiderem, imparata, & infirma omnia contra pa-  
 ratissimos, sciueram quid facerem, cœperamq; consili-  
 um non tam forte, quàm mihi præter cæteros concedē-  
 dum. cessimus, uel potius parui, ex quibus unus qua-  
 mente fuerit is, quem tu mihi commendas, cognosces ex  
 ipsius literis, quas ad te, & ad alios misit. quas ego nun-  
 quam aperuissem, nisi res acta sic esset. delatus est ad  
 me fasciculus. solus solui, siquid esset ad me literarum.  
 nihil erat. Epistola Vatinio, & Ligurio altera. Iussi  
 ad eos deferri. illi ad me statim ardentibus dolore uene-  
 runt, scelus hominis clamantes. Epistolas mihi legerūt  
 plenas omnium in me probrorū. hic Ligurius furere.  
 se enim scire summo illum in odio fuisse Cæsari. Illū  
 tamen non modo fouisse, sed & tantam pecuniam illi  
 dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto uolui  
 scire, quid scripisset ad cæteros. Ipsi enim illi putauī  
 perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuis-  
 set. Cognoui. eiusdem generis literas ad te misi, quas  
 si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes. nil me lædet.  
 nam quod resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum  
 Pomponia. hac ille acerbitate initio nauigationis cum  
 usus esset, tanto me dolore affectat, ut postea iacuerim,  
 neque nunc tam pro se, quàm contra me laborare di-  
 citur. Ita omnibus rebus urgeor, quas sustinere uix pos-  
 sum. uel planè nullo modo possum. quibus in miserijs  
 una est pro omnibus, quod istam miseram partu, pa-  
 trimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. quare  
 te, ut polliceris, uidere planè uelim. alium enim cui

illam commendē habeo neminem. quoniā matri quoq;  
eadem intellexi esse parata, quæ mihi. sed si me non of-  
fendes, satis tamen habeto commendatam, patrumq;  
in ea, quantum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali  
meo scripsi, quo utinam susceptus non essem, aut nequid  
ex eadem matre postea natum esset. Plura scribere fle-  
tu prohibeor. Vale.

## T. P. A T T I C O.

D meas incredibiles ægritudines aliqd no-  
ui accedit, ex his, quæ de Quinto Fratrem ad  
me afferuntur. P. Terentius meus necessarius  
magnas operas in portu, et scriptura Asiæ pro magno  
dedit. Is Quintum Fratrem Ephesi vidit VI Idus  
Decemb. eumq; studiose propter amicitiam nostrā in-  
uitavit. cumq; ex eo de me contaretur, eum sibi ita di-  
xisse narrabat, se mihi esse inimicissimum, uolumentq;  
sibi ostendisse orationis, quam apud Cæsarem contra  
me esset habiturus. multa à se dicta contra eius amen-  
tiam. multa etiā patris eius simili scelere secum Quin-  
tum filium locutum, cuius furorē ex his epistolis, quas  
ad te misi, perspicere potuisti. Hæc tibi dolori esse certo  
scio. me quidem excruciant, et eo magis, quod mihi cū  
illis ne quærendi quidē locum futurum puto. De a fri-  
ctis quidem rebus longe alia nobis, ac tu scripseras,  
nuntiantur. Nihil enim firmitus esse dicunt. nihil parā-  
tius. Accedit Hispania, et alienata alia, legionum nec  
uis eadem, nec uoluntas. Urbanae res perditæ. Quid  
est, ubi acquiescam? nisi quā diu tuas literas lego. quæ  
essent profecto crebriores, si quid haberes, quo putares  
meam molestiam



meam molestiam minui posse. Sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me quicquid erit, eosq; qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuses tamen non ut aliqd proficias, sed ut tibi me carum esse sentiant. Plura ad te scribã, si mihi ad eas literas, quas proxime ego ad te dedi, rescripseris. Vale. VII Calendarum Februarij.

## T. P. A T T I C O.

Onfectus iam cruciatu maximorum dolorum, ne si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exequi possem. hoc minus, quod res nulla est, quæ scribenda sit, cum præsertim ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. Ita iam ne tuas quidem literas expecto. quanquam semper aliquid afferunt, quod uelim. Quare tu quidem scribito, cum erit, cui des. Ego tuis proximus, quas tamen iam pridem accipi, nihil habeo, quod rescribam. longo enim interuallo uideo esse mutata omnia. Illa esse firma, quæ debeant nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas p̄dere Reip. Sallustio curanda sunt. HS XXX, quæ accipi à Cn. Sallustio, uelim uideas, ut quæ ad me ptinent sine mora curentur. De ea rescripsi ad Terentiam, atque hoc ipsum iam prope' consumptum est. Quare id quoque uelim, cum illa uideas, ut sit, q̄ utamur. hic fortasse poterò sumere, si sciã istuc paratum fore. sed prius quam id scirem, nihil sum ausus sumere. Qui sit omnium rerum status noster, uides. Nihil est mali, quod non sustineam, & exspectem. Quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior. Ille in Achaia non cessat de

nobis detrahere. nihil uidelicet tuæ literæ profecerūt.  
Vale. VIII Iduum Martij.

## T. P. A T T I C O.

Ephalio mihi à te literas reddidit ad VIII  
Iduū Martij uespere. Eo autem die mane tabellarios miserā, quibus ad te dederā literas. tuis tamen lectis literis, putavi tandē aliqd rescribēdū esse, eo maxime, quod ostendis te pendere animi, quā nam rationem Cæsari allaturus profectionis meæ tum, cum ex Italia discesserim. nihil mihi opus est noua ratione. Sæpe enim ad eum scripsi, multisq; mandavi, non potuisse, cum cupissem sermones hominū sustinere, multaq; in eam sententiam. Nihil enim erat, quod minus eum uellem existimare, quā me tanta de re non meo consilio usum esse, posteaquam mihi literæ à Cornelio Balbo minore missæ essent, illū existimare Quintum Fratrem litu meæ profectionis fuisse (ita enim scripsit) qui nondum cognosceret, quæ de me Quintus scripsisset ad multos. etsi multa præsens in præsentem acerbe dixerat, effecerat tamē L. in eo. ijs uerbis ad Cæsarem rescripsi. De Quinto Fratre meo non minus laboro, quod de me ipso. sed eum tibi commēdare hoc meo tempore non audeo. Illud duntaxat tamen audebo petere abs te, quod te oro, neqd existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, minus ue te diligerem, potiusq; illū semper authorē nostræ coniunctionis fuisse, mei q; itineris comitem, nō ducem. Quare ceteris in rebus tantū ei tribues, quantum humanitas tua, amicitiaq; nostra postulat. Ego ei neqd apud te obsum, id te uehementer

id te uehementer etiã, atq; etiã rogo. Quare, si quis con-  
 gressus fuerit mihi cum Cæsare, et si non dubito, quin  
 is lenis in illum futurus sit, idq; iam declarauerit, ego  
 tamen is ero, qui semper fui. Sed, ut uideo, multo magis  
 est nobis laborandum de Africa, quã qdem tu scribis  
 confirmari quotidie magis ad cõditionis spem, quã ui-  
 ctoriae. qd̄ utinam ita esset. Sed longe aliter esse intelli-  
 go, teq; ipsum ita existimare arbitror. aliter autem scri-  
 bere non fallēdi, sed confirmandi mei causa, præsertim  
 cum adiungatur ad Africam etiam Hispania. Quod  
 me admones, ut scribam ad Antonium, & ad cæteros,  
 siquid uidebitur tibi opus esse, uelim facias id, quod sæ-  
 pe fecisti. nihil enim uenit mihi in mentem, qd̄ scriben-  
 dum putem. Quod me audis erectiorē esse animo, qd̄  
 putas, cum uideas accepisse ad superiores ægritudines  
 præclaras genere actiones? Tu tamen uelim, ne inter-  
 mittas, quoadeius facere poteris, scribere ad me, etiã si  
 rem, de qua scribas, non habebis. Semper enim affe-  
 runt aliqd̄ mihi literæ tuæ. Galeonis hæreditate cre-  
 ui. Duco enim Curionem fuisse simplicem, quoniã ad  
 me nulla missa est. Vale. VIII Iduum Martij.

## T. P. A T T I C O.

Murenæ liberto nihil adhuc acceperam lite-  
 rarum. Sed P. F. Seruilio reddiderat eas, q-  
 bus rescribo. de Ser. patris literis. Quod scri-  
 bis item Quintum in Syriã uenisse, & qd̄ ais esse, qui  
 nuntient, ne id qdem uerũ est. quod certiore te uis fie-  
 ri, quo qsq; in me animo sit, aut fuerit eorũ, q̄ huc ue-  
 nerunt, neminem alieno intellexi. Sed quantũ id mea

Inter sit, existimare te posse certo scio. Mihi cum omnia  
 sint intolerabilia ad dolorem, tum maxime, quod in eâ  
 causam uenisse me uideo, ut sola utilia mihi esse uideâ-  
 tur, quæ semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse  
 aiunt, Alexandriæ filium, Rhodôq; Alexandriâ C.  
 Cassium profectum esse constat. Quintus mihi per li-  
 teras satisfacit, multo asperioribus uerbis, quàm, cû grâ-  
 uissime accusabat. Ait enim se ex literis tuis intellige-  
 re, tibi non placere, quod ad multos de me asperius scri-  
 psit. Itaq; se poenitere, quod animum tuum offenderit.  
 sed se iure fecisse. Deinde perscribit spurcissime, quas  
 ob causas fecerit. Sed neq; hoc tempore, nec antea patefe-  
 cisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse op-  
 pressum uideret. atq; utinam uel nocturnis, quem ad-  
 modum tu scripseras, itineribus propius te accessissem.  
 Nunc nec ubi, nec quando te sim uisurus, possum suspi-  
 catri. De cohæredibus suffidianis nihil fuit, quod ad me  
 scriberes. nam & æquum postulant, & quicquid egis-  
 ses, recte esse actum putarent. De fundo Frusinati redi-  
 mendo iam pridem intellexisti uoluntatem meam, et si  
 tum meliore loco res erant nostræ, neq; tamen mihi de-  
 speraturi ita uidebamur, tamen in eadem sum uolun-  
 tate, ijs quem admodum flatu uidebis, & uelim quoad  
 poteris, consyderes, ut sit, unde nobis suppedietur sum-  
 ptus necessarij. Si quas habuimus facultates, eas tum po-  
 pcio, cum id uidebamur sapiënter facere, detulimus. Itaq;  
 tum & a tuo uillico sumpsimus, & aliunde mutuati  
 sumus, cum Quintus quereretur per literas, sibi nos ni-  
 hil dedisse, qui neq; ab illo rogati sumus, neq; ipsi eâ pe-  
 cuniam aspeximus. Sed uelim uideas, quid sit, quod cõ-  
 fici possit,

fici possit, quidq; mihi de omnibus des consilij, & cau-  
sam nosti. Plura ne scribam dolore impediatur. Siquid  
erit, quod ad quos scribendum meo nomine putes, ue-  
lim, ut soles, facias, quotiesq; habebis, cui des ad me lite-  
ras, nolim prætermittas. Vale.

## T. P. ATTICO.

On me offendit ueritas literarum tuarum, &  
n me tum communibus malis, tum præcipuis op-  
pressum, ne incipis quidem, ut solebas, conso-  
lari, faterisq; id fieri iam non posse. nec enim ea sunt,  
quæ erant antea, & ut nihil aliud comites me, et socios  
habere putabam. Omnes enim Achaici deprecatores,  
itemq; in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus  
erat, in Africam dicuntur nauigaturi. Ita præter Læ-  
lium, neminem habeo culpæ socium, qui tamen hoc me-  
liore in casu est, quod iam est receptus. De me autem nõ  
dubito, quin ad Balbum, & ad Oppium scripserit, à  
quibus, siquid esset lætius, certior factus essem. tecum  
etiam essent locuti, quibus cum tu de hoc ipso colloqua-  
re uelim, & ad me, quid tibi respõderint, scribas. non  
quod ab isto salus data quicquam habitura sit firmi-  
tudinis, sed tamen aliquid consuli, & prospici poterit.  
etsi omnium conspectum horreo, præsertim hoc gene-  
re, tamen in tantis malis quid aliud uelim non repe-  
rio. Quintus pergit, ut ad me & Pansa scripsit, &  
Hircius, isq; item Africam petere cum cæteris dicitur,  
ad Minutium parentem scribam, cum tuas literas mit-  
tam, ad te scribam num quid egerit. HS XXX potuis-  
se mirarer, nisi multa de suffidianis prædijs. & id ui-

deo tamen, & exspectoquam uidere, si ullo modo potest  
 resp. enim peruellem. iam extremum concluditur. ibi  
 facile est. quod quale sit, graue est existimare. Vale.

## T. P. ATTICO.

¶ Voniā iustas causas affers, quod te hoc tem-  
 pore uidere non possim, quæso quid sit mihi  
 faciendum. Ille enim ita uidetur Alexandri-  
 am tenere, ut eum scribere etiā pudeat de illis rebus.  
 It autem ex Africa iam affuturi uidentur. Achaici itē  
 ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commo-  
 raturi. Quid mihi igitur putas agendum? V ideo diffi-  
 cile esse consilium. sum enim solus, aut cum altero, cui  
 neque ad illos reditus sit, neque ab ijs ipsis quicquā ad  
 spem ostendatur. sed tamen scire uelim, quid censeas.  
 Idq; erat cum alijs, cur te, si fieri posset, cuperem uide-  
 re. Minutum XII sola curasse scripsi ad te antea.  
 quod superest uelim uideas, ut curetur. Quintus non  
 modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scri-  
 psit. Filius uero mirifico odio. nihil fingi potest mali,  
 quo non urgear. Omnia tamen sunt facilia, quam  
 peccati dolor, qui & maximus est, & æternus. Cuius  
 peccati, si socios essem habiturus ego, quos putauī, tamen  
 esset ea consolatio tenuis. sed habet aliorum omnium  
 ratio exitum, mea nullum. Alij capti, alij interclusi nō  
 ueniunt in dubium de uoluntate, eo minus scilicet, cum  
 se expedierint, & unā esse cœperint. ij autem ipsi, qui  
 sua uoluntate ad Fesium uenerunt, nihil possunt, nisi ti-  
 midi existimari. Multi autem sunt, qui quocunq; sunt,  
 modo

modo ad illos se recipere uolent, reciperentur. quo minus debes mirari, non posse me tanto dolori resistere. solius enim meum peccatum corrigi non potest, & fortasse Lælij. sed quid me id leuat? nam C. quidem Cassium aiunt consilium Alexandriam eundi mutauisse. Hæc ad te scribo, nõ ut queas tu demere sollicitudinem, sed ut cognoscam, & quid tu ad ea afferas, quæ me conficiunt. ad quæ Gener accedit, & cætera, quæ fletu reprimor, ne scribam. Quinetiam Aesopi F. me excruciat. prorsus nihil abest, quin sim miserimus. Sed ad primum reuertor. quid putes faciendum. occulte ne ali quod propius ueniendum, an mare transeundum. nam hic maneri diutius non potest. Suffidians quare nihil potuit confici? genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controuersia. cum ea pars, quæ uideatur esse minor, licitatione expleri possit. Hæc ego non sine causa quæro. suspicor enim cohæredes dubiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. Vale. pridie Iduum Maij.

## T. P. A T T I C O.

Non meo uitio fuit hoc quidem tempore. ante enim est peccatum, ut me ista epistola nihil consoletur. nam & exigue scripta hæc est, et suspiciones magnas habet, nõ esse ab illo, quas animaduertisse te existimo. De obuiam itione ita faciã, ut suades. Neque enim ualde aduentus eius opinio est, neque, siqui ex Asia ueniunt, quicquam auditum esse dicunt de pace. cuius ego spe in hanc fraudem incidi.

Nihil uideo, quod sperandum putem, nunc præsertim, cum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, in Italia. Ego uero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto. Quod autem scribis quandam lætitiā bonorum esse commotam, ut sit auditum de literis, tu quidē nihil prætermittis, in quo putes aliquid solatiū esse. sed ego nō adducor, quenquam bonum ullā salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab illo, & eo minus, quod huius consilij iam ne socium quidem habeo quenquam, qui in Asia sunt, et rerum exitum expectant. Achaici etiam Fusio spem deprecationis afferunt. horum & timor idem fuit primo, qui meus, & constitutum mora alexandrina causam illorum correxit, meam euertit. Quam ob rem idem à te nunc peto, quod tu prioribus literis, ut siquid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. si recipior ab ijs, quod uides non fieri, tamen quoad bellum erit, quid agam, aut ubi sim, non reperio. sin iactor, eo minus. Itaque tuas literas expecto, easque ut ad me sine dubitatione scribas, rogo. Quod suades, ut ad Quintum scribam de his literis, facerem, si me quicquid istæ literæ delectarent. Quidam scripsit ad me his uerbis. Et si ego, ut in his malis Patris sum non inuitus, essem libentius, si frater tuus eade te loqueretur, quæ ego audire uellem. Quod ais illum ad te scribere, me sibi nullas literas remittere, semel ab ipso accepi. ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Quintium Filium ad me acerbissime scripsisse iam ante ad te scripsi. Ex-  
 tremum est,



tremum est, quod te orem, si putas rectum esse, et à te suscipi posse, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent, ut uideat, ut satisfaciat, quibus debeat. Auditum ex Philotimo est, eã scelerate quãdam facere. credibile uix est. sed certe siquid est, quod fieri possit, prouidendum est. De omnibus rebus uelim ad me scribas, & maxime quid scribas de ea, in quo tuo consilio egeo, etiam si nihil excogitas, id enim mihi erit pro explorato. Vale. III Nonarum Iun.

## T. P. A T T I C O.

Roperantibus tabellaris alienis, hanc epistolam dedi, eo breuiorem etiã, quod eram missurus meos. Tullia mea uenit ad me pridie Idus Iun. deq; tua erga se obseruantia, beneuolentiãq; mihi plurima exposuit, literasq; reddidit trinas. Ego autem ex ipsius uirtute, humanitate, pietate, non modo eam uoluptatem non cepi, quam cupere ex singulari filia debui, sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna uersari, idq; accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Itaq; à te neq; consolationem iam, qua cupere te uti uideo, neque consilium, quod capi nullum potest, expecto. teq; omnia cù superioribus sæpe literis, tum proximus tentaſse intellico. Ego cum Sallustio Ciceronem ad Cæsare mittere cogitabam. Tulliam autem non uidebam esse causam, cur diutius mecum tanto in communi mœrore retineretur. Itaq; Aemathiam, cum primum per ipsam liceret, erã remissurus. pro ea quemadmodũ consolandis scripsisti

P. tanta eo me scripsisse, quæ tu ipse intelligis responderi potuisse. Quod Oppium tecum scribis locutum, non ab horret à mea suspicionone eius oratio. sed non dubito, quæ istis persuaderi nullo modo possit ea, quæ faciant mihi probari posse, quoquo modo loquar. ego tamen utar moderatione, qua potero. quanquam quid mea intersit, ut eorum odium subeam, non intelligo. Te iusta causa impediri, quo minus ad nos uenias, uideo, idq; mihi ualde molestum est. illum ab Alexandria discessisse nemo nuntiat, constatq; ne profectum quidem illò quenquã post Idus Martij, nec post Id. Decembr. ab illo datas ullas literas. ex quo illud intelligis de literis ad V Idus Febr. datis inane esse, etiam, si uerum esset, non uerum esse. L. Terentium discessisse ex Africa scimus, Paestumq; uenisse. Quid is afferat, aut quomodo exierit, aut quid in Africa fiat, scire uelim. Dicitur enim per Nasidium ad me missus esse. Id quale sit, uelim si inuenis, ad me scribas. De his rebus, quas mihi notas esse uoluisti, ut scribis, faciam. Vale. XVIII Calendarum Quintil.

## T. P. A T T I C O.

E illius ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris, contraq; opinio, ualde esse impeditum. Itaque nec mitto, ut constitueram, Ciceronem, & terogo, ut me hinc expedias. Quoduis enim supplicium leuius est hac mansione. Hac de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbum, & ad Oppium. Siue enim bellum in Italia futurum est, siue classibus utetur, hic esse me minime conuenit. quorum

fortasse utrunq; erit. Alterũ certe intellexi omnino ex  
 Oppij sermone, quem tu mihi scripsisti, quæ istorum  
 uia esset. sed, ut eam flectas, te rogo. Nihil omnino iam  
 expecto, nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc  
 sum, fieri nihil potest. Quare cum Antonio loquere ue  
 lim, & cum istis, & rem, ut poteris, expedias, & mihi  
 quamprimum de omnibus rebus rescribas. Vale. XII  
 Calendarum Quintil.

## T. P. A T T I C O.

Um tuis dare possem literas, non prætermisi,  
 c etsi, quid scriberem, non habebam. Tu ad  
 nos & rarius scribis, quàm solebas, & bre  
 uius. Credo quia nihil habes, quod me putes libenter le  
 gere, aut audire posse. Veruntamen uelim, quid erit,  
 qualecunq; erit scribas. Est autem unum, quod mihi sit  
 optandum, siquid agi de pace possit, quod nulla equi  
 dem habeo in spe. sed quia tu leuiter interdum signifi  
 cas, cogis me sperare, quod optandum uix est. Philoti  
 mus dicitur secedere Idib. Sextil. nihil habeo de eo am  
 plius. Tu uelim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea  
 scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum in pessimis  
 rebus aliquid caueam, qui nihil unquam caui. Vale.  
 XI Calendarum Sextil.

## T. P. A T T I C O.

D VVII Calendarum Septembr. uenerat  
 a die XXVIII Seleuceæ Peria C. Trebonij, is,  
 q se Antiochiæ diceret apud Cæsare uidiſſe  
 Quintũ fratrem cũ Hircio, eosq; de eo, quæ uoluiſſent

impetrasse nullo quod negotio. quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quicquam ad spem explorati haberent. Sed et alia timenda sunt ab alijs, et ab ipso, quae dantur, ut ea rursus in eiusdem sint potestate. etiam Sallustio ignovit. Omnino dicitur nemini negare, quod ipsum est suspectum. notionem eius differri M. Gallius Qu. F. mancipia Sallustio reddidit. Is uenit, ut legiones in Siciliam traduceret, et protinus iturum Caesarem Patris. Quod si faciet, ego, quod ante malle, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas, quibus a te proxime consilium petiui, uehementer expecto. Val. le. XVI Calendarum Septembr.

## T. P. A T T I C O.

Cæpi VI Calendarum Septembr. literas a te, datas XII Calendarum, doloremque, quem ex quinti scelere iam pridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistola, grauissimum cepi. tu, et si non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres, tamen malle non esse missam. Ad ea autem, quae scribis de testamento, uidebis quid, et quo modo de numis, et illa sic scripsi tamen ego ad te antea. et nos, siquid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis. Ille ad Calendas Septembr. Athenis non uidetur fore. Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnacis legio XII, ad quam primum Sulla uenit. lapidibus egressum hominem dicitur. nullam putant se commoturam. illum arbitrantur protinus Patris in Sicilia. Sed, si hoc ita est, huc ueniat est necesse, ac malle illum. aliquo enim modo hinc euasissem. nunc metuo, ne sit expectandum,

et cum reliquis etiam loci grauitas hinc miserrime perferenda. Quod me mones, ut ea uideam, quae ad tempus accomodem, facerem, si res pateretur, et si ullo modo fieri posset. sed in tantis nostris peccatis, tantisq; nostrorum iniurijs nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Sullana confers, in quibus omnia genere ipso praclarissima fuerunt. moderatione paulo minus temperata. Haec autem eiusmodi sunt, ut obliuiscar, multoq; malum, qd̄ omnibus sit melius, quorum utilitati meam iunxi. Tu ad me tamen uelim quae saepissime scribas, eoq; magis, quod praeterea nemo scribit, ac si omnes tuas tamen maxime expectare. Quod scribis illum per me Quinto fore placatiorem, scripsi ad te ad ea enim statim Quinto Fratri omnia tribuif se, nostri nullam mentionem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. accepi enim a te literas, quibus uideris uereri, ut epistolas illas acceperim, quas quidem uellem nunquam mihi redditas. Auxerunt enim mihi dolorem. si in aliquem incidissent, quicumquam noui attulissent. Quid enim tam peruulgatum, quam illius in me odium? et genus hoc literarum, qd̄ nec Caesar qd̄ ad istos uidetur misisse, quasi quo illius improbitate ostenderet. sed credo, uti notiora nostra mala essent. Nam qd̄ te uereri scribis, ne illi obsint, eiq; rei mederi, negari qd̄ se passus est de illo. quod quidem mihi molestum non est. illud molestus, istas impetrations nostras nihil ualere. Sulla, ut opinor, cras erit

hic cum Messala. Currunt ad illum pulsi à militibus, qui se negant usquam, nisi acceperint. ergo ille huc ueniet. quod non putabam. tarde quidem, itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo agit, affert moram. Quid mihi igitur censes? iam enim corpore uix sustineo grauitatē coeli huius, qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mandem, ut me excusent? ipse accedam propius? quæso attende, & me, quod adhuc sæpe rogatus non fecisti, consilio iuuua. Scio rem difficilem esse, sed ut malis. etiam illud mea magni interest, te ut uideam. profecto aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, ut scribis, animaduertes. Vale.

## T. P. A T T I C O.

q uod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit, te eū eo locutum. tuas literas expectabā, nisi illud quidem mutari, si aliter est, et oportet, non uideo posse, sed cum à nullo accepissem literas, desiderauī tuas. Et si putabam te certiore factum non esse eā modo ualere. Scripseras enim te quodam ualetudinis genere tentari. Augustus quidem Rhodo uenerat VIII Iduum Quintil. Is nūtiabat Quintū Fratrem ad Cæsarem profectum IIII Calendarū Iun. Philotimū Rhodum prid. eius diei uenisse. habere ad me literas. ipsum Augustum audies. sed tardius iter faciebat. eo feci, ut eo celeriter eūti dare. quid sit in his literis nescio. sed mihi ualde Quintus frater gratulatur. equidē in meo tanto peccato nihil, ne cogitatione quidem assequi possim,

quod mihi tolerabile possit esse. Te oro, ut de hac miseria cogites, & illud, de quo ad te proxime scripsi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, & etiam de ipso testamento. Illud quoque uellem antea, sed omnia tenuimus. Melius quidem in pessimis nihil fuit, dissidio aliquid fecissemus, ut uiui uel tabularum nouarum nomine, uel nocturnarum expugnationum, uel Metelle, uel omnium maiorum, ne res perisset, & uideremur aliquid doloris uirilis habuisse. Memini omnino tuas literas, sed et tempus illud, et siquid ius praestitit. nunc quidem ipse uidetur denuntiare. Audiuimus enim de statu Clodij, generum ne nostrum potissimum, ut hoc uel tabulas novas. Placet mihi igitur, et est idem tibi nuntium remitti. Petet fortasse tertiam pensionem. Considera igitur tu, ne uidelicet ab ipso nascetur. An prius ego, si ullo modo potuero uel nocturnis itineribus experiar, ut te uideam. Tu & haec, & siquid erit, quod intersit me scire, scribas uelim. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Quid uadam ad me, & quae etiam ad me uis, ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse uera. Eo sum inferior, et si nihil uidebatur addi posse, quod mihi non modo irasci grauissima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impune liceat. Quare istud feramus, quod cum tulerimus, tamen eadem erunt petenda, quae tu, ne accidant, ut atueamus, mones. Ea enim est a nobis contracta culpa, ut omni statu, omni quoque populo eundem exitum habitura uideatur, sed ad meam manum reddiderint, enim uero haec occultius agenda. uide quaeso etiam

nunc de testamento, quod tunc factum, cum illa quæ-  
 re cœperat. non credo, & cōmoti. neq; enim rogari, ne  
 me quidem, sed quasi ita sit, quoniã in sermone iam ue-  
 nisti, poteris eam monere, ut alicui committat, cuius ex-  
 tra periculum huius belli fortunas te quidem tibi po-  
 tissimum uelim, si idem illa uellet, quam quidem Cœ-  
 lio miseram in hoc timere de illo altero. Scio equidem  
 uenire nunc nil posse, sed se poni, et occultari possunt, ut  
 extra ruinam sint eam, quæ impendet. Nã quod scri-  
 bis nobis nostræ, & tuæ Terentiæ fore parata tua, cre-  
 do. nostra quæ poterūt esse? Si de Terentia autem (mit-  
 to cætera, quæ sunt innumerabilia) quid ad hoc addi  
 potest? Scripseras, ut XII HS permutaret, tantũ esse  
 reliquũ de argẽto. Misit illa CCLII mihi, et ascripsit  
 tantũ esse reliquũ. cũ hoc tã parũ de paruo detraxe-  
 rit, pspicis qd in magna re fecerit? Philotimus non mo-  
 do nullus uenit, sed ne per literas quidem, aut per nun-  
 tium certiozem facit me, quid egerit. Epheso qui ueniũt,  
 ibi se eum de suis controuersijs in ius adentem uidisse,  
 nuntiant quidem (ita enim uerisimile est) in aduentũ  
 Cæsaris fortasse reijciuntur. Ita autem nihil puto eum  
 habere, quod putet ad me celerius perferendum, et eo  
 me magis esse despectum, ut etiam si quid habet, id nisi  
 omnibus suis negocijs confectis ad me referre non cu-  
 ret. Ex quo magnum equidem capio dolorem, sed non  
 tantum, quãtum uideoz debere. nihil enim mea minus  
 interessẽ puto, quãm quid illic afferatur. id quam ob-  
 rem, te intelligere certo scio. Quod me mones de uultu,  
 & oratione ad rem accomodanda, et si difficile est, ta-  
 men imperarem mihi, si mea quicquam interessẽ pu-  
 tarem. Quod



tarem. Quod scribis literis putare Africanum nego-  
cium confici posse, uelim scriberes, cur ita putares. mi-  
hi quidem nihil in mentem uenit, quare id putem fie-  
ri posse. Tu tamen uelim, siquid erit, quod consolatio-  
nis aliquid habeat, scribas ad me. sin, ut perspicio, ni-  
hil erit, scribas id ipsum. Ego ad te, siquid audiero, citius  
scribam. Vale. VIII Iduum Sextil.

## T. P. A T T I C O.

Ade assentior tuis literis, quibus exponis  
f pluribus uerbis nullum te habere consiliū,  
quo a te possim iuari. Consolatio certe nul-  
la est, quæ lenare possit dolorem meum. nihil est enim  
contractum casu. nam id esset ferendum, sed omnia fe-  
cimus his erroribus, & miserijs & animi, et corporis,  
quibus proximi utinam mederi maluissent, quàm ob-  
esse. Quam ob rem, quoniam neq; consilij tui, neq; con-  
solationis cuiusquã, spes ulla mihi ostēditur, nõ quærã  
hæc a te posthac. tantum uelim, ne pristinum hoc offi-  
cium intermittas. scribas ad me quicquid ueniet tibi in  
mentem, cum habebis, cui des, & dum erit, ad quẽ des,  
quod longum non erit. Illum excessisse Alexandria ru-  
mor non est firmus, ortus ex Sulpicij literis, quas eun-  
tes postea nuntij confirmarunt. quod uerum, an falsum  
sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim, nescio.  
Quod ad te iam pridem de testamento scripsi apud epi-  
stolas, uelim, ut possim aduersus ego huius miseriam  
ea facultate confectus conflictari. nihil unquam simi-  
le natum puto, cui siquare consulere aliquid possim,  
cupio a te admoneri. video eãdem esse difficultatem,

quam in consilio, datæ ante tamen, hoc me magis sollicitat, quàm omnia. In pensione secunda cæci fuimus. aliud mallem. sed præterijt. Te oro, ut in perditis rebus, siquid cogi, conficiq; potest, quod sit in tuto, ex argento, req; satis multa, ex suppellectile des operam. Iam enim mihi uidetur adesse extremum, nec ulla fore conditio pacis, eaq; quæ sunt etiam sine aduersario peritura. Hæc etiam, si uidebitur, cum Terentia loquere oportune. Non queo omnia scribere. Vale. III Nonarum Quintil.

M. T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
DVODECIMVS.

T. P. A T T I C O.

u Ndecimo die postquam à te discesseram hoc literularum ex arauis egrediens è Villa ante lucem, atq; eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano. Ibi unum diem. V.

Calendarum igitur ad constitutum, atque utinam continuo ad complexum meæ Tullia, ad osculum Atticæ possim currere. Quod quidem ipsum scribe quaeso ad me, ut dum consisto in Tusculano sciam, quid garrat in rusticatu, quid scribat ad te, eiq; interea, ut scribis, salutem annuntiabis, itemq; Pylia. Et tamen, etsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, siquid habebis. Cum complicare hanc epistolam, noctu abimus ad mo-

dus ad me uenit cum epistola tua tabellarius. qua le-  
 cta, de Atticæ febricula scilicet ualde dolui. Reliqua,  
 quæ expectabam ex tuis literis, cognoui omnia. Sed, quæ  
 scribis igniculum matutinum *ἡπορτινωτέρον* est  
 memoriola uacillare. Ego enim IIII Calendarum  
 Axio dederam, tibi III, Quinto, quo die uenissem,  
 idest V Calendarum. Hoc igitur habebis noui nihil.  
 quid ergo opus erat epistola? quid cum coram sumus,  
 & querimus quicquid in buccam uenit? est profecto  
 quaedam λέξις, quæ habet, etiam si nihil subest,  
 colloctione ipsa suauitatem. Hic rumor est. T. Murcum  
 perisse naufragio. A sinium delatum uiuum in manus  
 militum. nauers delatas in V ticam reflatu. hoc Pompe-  
 ium non comparere, nec in Balearibus omnino fuis-  
 se, ut Patietus affirmat. sed author nullius rei quisquã.  
 Habes, quæ dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea pre-  
 neste. Ibi Hircius, & isti omnes, & quidem ludi dies  
 octo, quæ cœnæ? quæ delitiæ? Res interea fortasse trãs-  
 acta est. O miro homines. at Balbus ædificat τὴν ἀρ-  
 αὐτῶν μέλλει? Verum, si quæris hominem, homini  
 non recta, sed uoluptaria quærenti, nonne βεβίωται.  
 Tu interea dormis. iam explicandum est πρόβλημα,  
 siquid acturus sis. si quæris quid putem, ego fructum  
 puto. Sed quid multa? iam te uidebo, & quidẽ, ut spe-  
 ro, de uia recta ad me. Simul enim & diẽ Tyrannioni  
 constituemus, et siquid aliud. V num te puto minus blã-  
 dũ esse, quã me, et si uterq; nostrũ est aliquando aduersus  
 aliquẽ, inter nos certe nunquã sumus. Audi igitur me  
 hoc ἀποταύτως dicẽte. ne uiuã mi Atticẽ, si mihi nõ mo-  
 do Tusculanũ, ubi certe sum libẽter, sed μακάρων νῆσοι

tanti sunt, ut sine te sim totos dies. Quare obduretur  
 hoc triduum, ut te quoque ponam in eodem πάθει, quod  
 ita est profecto. sed uelim scire, hodie ne statim de au-  
 ctione, & quo die uenias. ego me interea cum libel-  
 lis. At moleste fero Vennonij me historiam non ha-  
 bere. sed tamen ne nihil de re nomen aliud. quid Cæ-  
 sar? treis habet conditiones, aut emptione ob hastam.  
 perdere malo ( & si præter ipsam turpitudinem, hoc  
 ipsum puto esse perdere) aut delegatione in mancipe  
 annua die, quis erit, cui credâ? aut quando ipse Me-  
 tonis annus ueniet? aut Veteni conditiones emissam  
 οὐκ ἔστι igitur. ac uereor, ne iste iam auctiōnem nul-  
 lam faciat, & sedulo ijs factis Clipso subsidio currat,  
 ne talis uir ἀλογίστως μελίσοι O gratias tuas mi-  
 hi, iucundasque literas, quid quæris? Restitutus est mi-  
 hi dies festus. Angebar enim, quod Tiro ἐμβριβίσει  
 πορ te sibi esse uisum dixerat. addam igitur, ut cen-  
 ses, unum diem, sed de Catone πρόβλημα ἀρχι-  
 μένειον est. non assequor, ut scribam, quod tui con-  
 uiciæ non modo libenter, sed etiam æquo animo lege-  
 re possint. quin etiam, si à sententijs eius dictis, si ab  
 omni uoluntate, consilijsque, quæ de rep. habuit, recedâ,  
 τὸ δὲ ὄχι uelim grauitatem, constantiamque eius lauda-  
 re. hoc ipsum tamen est odiosum ἀνοσομα sit. sed  
 ille ea, quæ nunc sunt, & futura uiderit, et ne fieret,  
 contenderit, & facta ne uideret, uitam reliquerit. Ho-  
 rum quid est, quod Alledio probare possimus? sed cu-  
 ra obsecro, ut ualeas, eamque, quam ad omnes res adhi-  
 bes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiâ.

Quintus Pater

Quintus Pater quartum, uel potius millesimum, nihil  
 sapit. qui lætetur Luperco filio Testario, ut cernat du-  
 plici decore cumulatam domum. addo etiam Philotimū  
 tertium. O stultitiam, nisi mea maior esset, singularem.  
 Quod autem osim hanc rem ἔρανον à te fac, non  
 ad διψῶσαν κρήνην, sed ad ἡρῖνον eum ue-  
 nisse (ut scribis) haurire, in tantis suis præsertim angu-  
 stijs ποῖ ταῦτ' ἀρ' ἀποσινήσει? sed ipse uiderit. Ca-  
 to me quidem delectat. sed etiam Bassium Lucilium  
 suade Coelio, tu quæres, ut scribis. ego nihil noui. noscen-  
 da est natura, non facultas. Modo de Hortensio, & Ver-  
 ginio, tu siquid dubitabis, & siquid magis placeat. Ego  
 quantum aspicio, non facile inueneris. cum Mustella,  
 quem admodum scribis, cum uenerit Crispus. Ad Au-  
 lum scripsi, ut ea, quæ bene nossem de auro, Pisoni de-  
 monstrarem. Tibi enim sanè assentior, & istud nimium  
 diu duci, & omnia nunc undiq; contrahenda. te qui-  
 dem nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me  
 pertineat, facile perspicio, meisq; negocijs impediri cu-  
 piditatem tuam ad me ueniendi. sed mecum esse te pu-  
 to, non solum quod meam rem agis, uerum etiam quod  
 uidere uideor quo modo agas. Neque enim ulla hora  
 tui mihi est operis ignota. Tabulum Pr. uideo Lucio  
 Metello, Quinto Maximo Coss. Nunc uelim P. Scæ-  
 uola Pontifex maximus, quibus Coss. Tr. Pl. equidem  
 puto proximis Cepione, & Pompeio. Pr. enim Furio  
 Sexto Atilio. dabis igitur Tribunatum, etsi potes ijs ta-  
 bulis, & quo crimine uide quæso. Lucius Libo ille qui  
 de Ser. Galba Censorino, & Manlio Coss. Tr. Pl. fuit.  
 si erit, conturbo enim me, & puto me Bruti Fanniana.

in Bruti epitoma Fannianorum scripsi, quod erat in  
 extremo, idq; ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit  
 historiam, generum esse scripseram Lælij. sed tu me  
 πω μὲν πικρῶς refelleras. Te autem nunc Brutus, &  
 Fannius. Ego tamen de bono authore Hortensio sic acce-  
 peram, ut apud Brutum est. Hunc igitur locum expe-  
 dies. Ego nisi Tironem Dolobellæ obuiam. is ad me  
 Idibus reuertetur. te expectabo postride. De Tullia mea  
 tibi antiquissimum esse uideo, idq; ita ut sit, te uehemen-  
 ter rogo. Ergo & in integro omnia (sic enim scribis mi-  
 hi) et si Calendæ mutandæ fuerunt. me assionumq;  
 ἀρχέτυπα fugienda, conficiendæq; tabulæ. nihil ta-  
 men tanti, ut à te abessem, fuit. cum Romæ essem, & te  
 iam, iamq; uisurum me putarem. quotidie tamen ho-  
 ræ, quibus expectabam, longæ uidebantur. Scas me mi-  
 nime esse blandum. itaq; minus aliquanto dico, quàm  
 sentio. De Cœlio uide quæso, nequa lacuna sit in auro.  
 ego ista non noui. sed certe in Colybo est detrimentum,  
 satis huc aurum si accedit. sed quid loquor? tu uidebis.  
 Habes Hegesiae genus, quod Varro laudat. Venio ad  
 Tyrannionem. ain tu unū hoc fui sine me? At ego quo-  
 ties cum essem ociosus, sine te tamen nolui. Quomodo  
 ergo hæc lues, immo scilicet, si mihi librū miseris, quod  
 ut faciās, etiam, atq; etiam rogo. etsi me non magis liber  
 ipse delectabit, q̄ tua admiratio delectauit. amo enim  
 τρωπικῶν tam ualde admiratū esse gaudeo. etsi tua qui-  
 dem sunt eiusmodi omnia. Scire enim uis, quo uno ani-  
 mus alitur. sed quæso quid ex ista acuta, et graui refer-  
 tur ad τίλος, sed longa oratio est, & tu occupa-  
 tus in meo

tus in meo fortasse aliquo negotio, & pro isto assō sole,  
 quo tu abusus es in nostro pratulo à te nitidum solem,  
 unctumq; repetemus. Sed ad prima redeo. Librum, si  
 me amas, mitte. tuus est enim profecto. quoniam quidē  
 est missus ad te Chremes, tantum ne ab re tua est ocij ti-  
 bi, ut etiam oratorem legas? Maacte uirtute mihi quidem  
 gratum, et erit gratius, si nō modo in libris tuis, sed etiā  
 in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposue-  
 ris pro Eupoli. Caesar autem mihi irridere uisus est.

Quæso illud tutum, quod erat & urba-  
 num, ita porro te sine cura esse iussit, ut mihi quidem  
 dubitationem omnem tolleret, Atticam doleo tandiu,  
 sed quoniā iam sine horrore est, spero esse, ut uolumus.  
 Quæ desideras, omnia scripsi in codicillis, eosq; Eroti  
 dedi breuiter, sed etiam plura, quàm quæris in ijs. De  
 Cicerone, cuius quidem cogitationis initium tu mihi at-  
 tulisti, locutus sum cum eo liberalissime, quod ex ipso  
 modo uelim, si tibi erit commodum, sciscitare. Sed quid  
 differo? Exposui te ex me detulisse, & quid uellet, uelle  
 Hispaniam requirere liberalitatem. De liberalitate di-  
 xi, quantum Publius, quantum Flamen Lentulus filio.  
 De Hispania duo attuli, primum idē, quod tibi, me ue-  
 reri uituperationem non satis est, si hæc arma reliquis-  
 semus etiam contraria, deinde fore, ut ageretur, cum à  
 fratre familiaritate & omni gratia uinceremur. uelim  
 magis liberalitate uti mea, quàm sua libertate. sed ta-  
 men permisi. tibi enim intellexeram non minus displic-  
 ere. Ego etiam, atq; etiā cogitabo, teq; ut idem rogo, fa-  
 cias. Magna res, & simplex est. manere illud anceps.  
 uerum uidebimus. De Balbo, & in codicillis scri-

pferam, & ita cogito simulac redierit. sin ille tardius,  
 ego tamen triduum, & quod præterij, Dolobella eti-  
 am mecum. De Cicerone multis res placet. comes est ido-  
 neus. Sed de prima pensione ante uideamus. Adest  
 enim dies, & ille currit. Scribe quaeso, quid referat  
 Celer egisse Cæsarem cum Candidatis. utrum ipse in-  
 foenicularium, an in campum Martium cogitet, & scire  
 uelim nunquid necesse sit comitijs esse Romæ. nam  
 & Pyliæ satisfaciendum est, & utique Atticæ. næ ego  
 essem hic libenter, atq; id quotidie magis, ni esset ea cau-  
 sa, quam tibi superioribus literis scripsi. Nihil hac soli-  
 tudine iucundius, nisi puulum interpellasset Amyntæ  
 filius ὁ ἀπεροντολογίαν δὲς. cætera noli putare  
 amabilia fieri posse ulla litore prospecto maris. tum  
 his rebus omnibus. Sed neque hæc digna longioribus  
 literis, nec erat, quid scriberem, & somnus urgebat.  
 Male mehercule de Athamante. Tuus autem dolor hu-  
 manus is quidem, sed magnopere moderandas. Conso-  
 lationum autem multæ uicæ, sed illa rectissima. Im-  
 petret ratio, quod dies impetratura est. Alexim ue-  
 ro curemus, imaginem Tironis, quem ægrum Romam  
 remisi, & siquid habet, tollis ἰτιδὴ μίον ad me cum  
 testamento transferamus. Tota domus uacat superior,  
 ut scis. hoc puto ualde ad rem pertinere. male de Seio,  
 sed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipsi enim quid  
 sumus? ut quamdiu hæc curaturi sumus? Ea uideamus,  
 quæ ad nos magis pertinent, nec tamen molto. quid agi-  
 mus de Senatu. Et ut neqd prætermittam, Cesonius ad  
 me literas misit, Posthumam Sulpicij domum ad se ue-  
 nisse. de Pompeij magni filia, tibi rescripsi, nihil me hoc  
 tempore



tempore cogitare. alteram uero illam, quam tu scribis, puto nosti. nihil enim uidi fœdus. sed adsum. coram igitur. Obsignata epistola accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio. commotumculis συμπαχω. De dote tanto magis perpurga. Balbi regia conditio est delegendi. quoquo modo confice. Turpe est rem impeditam iacere. Insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν habere uideatur πρώτος est igitur animus in hortis, quos tamen inspiciam, cum uenero. De Epicuro, ut uoles, etsi με αρμόλομαι in posterum. genus hoc personarum incredibile est, quàm ea quidem requirant. Ad antiquos igitur ἀνεμίσητον χάρι. nihil habeo ad te, quod perscribam. sed tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas literas. nõ quo aliquid ex his expectem, sed nescio quomodo tamen expecto. Quare siue habes, siue non, scribe tamen aliquid, teq; cura commouet me Attica. Et si assentior Cratero. Bruti literæ scriptæ et prudenter, et amice, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. me hæc solitudo minus stimulat, quàm ista celebritas. te unum desydero. Sed literis non difficilius utor, quàm si domi essem. ardor tamen ille urget, et manet. non mehercule indulgente me, sed tamen repugnante. Quod scribis de Apuleio, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo, et Oppio, quibus quidem ille receperat, mihiq; etiam iusserat nuntiari, se molestum omnino non futurum, sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. Lænas hoc receperat. prende C. Septimium, L. Stai-tilium. deniq; nemo negabit se iuraturum, quem rogabis. quod si erit durius, ueniam et ipse perpetuum mor-

bum iurabo. Cum enim mihi attendendum sit conuiuijs,  
 malo id lege uideri facere, quam dolore. Cocceium ue-  
 lim appelles. quod enim dixerat, non facit. ego autem  
 uolo aliquod emere latibulum per fugium doloris mei.  
 De me excusando apud Apuleium dederam ad te pri-  
 die literas. nihil esse negocij arbitror. Quencunq; ap-  
 pellaris, nemo negabit. sed Septimum uide, & Lena-  
 tem, & Statilium. tribus enim opus st. sed mihi Lenas  
 totum receperat. Quod scribis a Iunio te appellatum,  
 omnino Cornificus locuples est. sed tamen scire uelim  
 quando diatr spopodisse, & pro patre, an ne pro filio,  
 neq; eo minus, ut scribis, procuratores Cornificij, et A-  
 pulciū prædiatorē uidebis. Quod me ab hoc mœrore  
 recreari uis, facis, ut omnia. sed me mihi non de fuisse  
 tu testis es. nihil enim de mœrore minuendo scriptum  
 ab ullo est, quod ego non domi tuæ legerim. sed omnem  
 consolationem uincit dolor. quinetiam feci, quod pro-  
 fecto ante me nemo, ut ipse me per literas consolaret.  
 quem librum ad te mittam, si descripserint librarij.  
 Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. totos  
 dies scribo. non quo proficiam quid, sed tantisper im-  
 pedior. non equidem satis (uis enim urget) sed relaxor  
 tamen, ad omniaq; nitor, non ad animum, sed ad uul-  
 nus ipsum, si queam, reficiendum, idq; feciens interdū  
 mihi peccare uideor, interdum peccaturus esse, nisi faci-  
 am. Solitudo aliquid adiunat. sed multo plus profice-  
 ret, si tu tamen interesses. quæ mihi una causa est hinc  
 discedendi. nam pro malis recte habebam. quanquam  
 ipsum doleo. non enim iam in me idem esse poteris. Pe-  
 rierunt illa, quæ amabas. de Bruti ad me literis scri-

psi ad te antea . prudenter scriptæ . sed nihil , quod me adiunarent . Quod ad te scripsit id uelle , ut ipse adesset , certe aliquid , quoniam me tam ualde amat , adiunaret . quod , siquid scies , scribas ad me uelim . maxime autem pensa quando de Attica doleo . Credo tamen Crater opuliam angri uetabat , idest mœrore pro omnibus apud Apuleium , quoniam in perpetuum non placet , in dies ut excuser , uidebis . In hac solitudine citreo omnium colloquio , cumq; mane me in syluam abstrusis densam , & asperam , non ex eo inde ante uesperum . Secundum te nihil est mihi amicus solitudine . In hac mihi omnis sermo est cum literis . eum tamen interpellat fletus , cui repugno , quo ad possum . sed adhuc pares non sumus . Bruto , ut suades , rescribam . eas literas cras habebis . cum erit cui des , dabis . Te tuis negocijs relictis nolo ad me uenire . ego enim potius accedam , si diutius impedire , etsi ne decessissem quidem è conspectu tuo , nisi me plane nihil ulla res adiunaret . Quod si esset aliquod leuamen , id esset in te uno . & cum primum ab aliquo poterit esse , ad te erit . nunc tamen ipsum sine te esse non possum . sed nec tuæ domui probatur , nec meæ poteram , nec , si propius essem uspiam , tecum tamen essem . Idem enim te impediret , quo minus mecum esses , quod nunc etiam impedit . Mihi adhuc nihil aptius fuit hac solitudine , quam uereor , ne Philippus tollat . Heri enim uesperu uenerat . me scriptio , & literæ non leniunt , sed obturbant . Martianus ad me scripsit , me excusatum esse apud Apuleium Laterensi , Nasone , Lœnate , Torquato , Strabone . his uelim meo nomine reddendas literas cures , gra

tum mihi eos fecisse, quod pro Cornificio me ab hinc  
 amplius annis XXV spondidisse, dicit Flavius, etsi  
 reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis, ta-  
 men uelim des operam, ut inuestiges ex consponso-  
 rum tabulis, sit ne ita. mihi enim ante ædilitatem me-  
 am nihil erat cum Cornificio. Potest tamen uideri. sed  
 scire certum uelim, & appelles procuratores, si tibi  
 uidetur, quanquam quid ad me? Veruntamen Pansæ  
 profectioem scribes, cum scies. Atticam saluere iube,  
 & eam cura diligenter, obsecro Pylæ salutem. dum re-  
 cordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem  
 efficiunt, refugio à te amonendo. quod uelim mihi  
 ignoscas eiusmodi est. Etenim habeo nonnullos ex ijs,  
 quos nunc lectito auctores, qui dicant fieri id oportere,  
 quod sæpe tecum egi, & quod à te approbari uo-  
 lo. De Fano illo dico, de quo tantum, quantum me  
 amas, uelim cogites. Equidem neque de genere dubi-  
 to, placet enim mihi claudi, neque de re. statutum  
 est enim, de loco nonnunquam. Velim igitur cogites.  
 Ego his temporibus tam eruditus, quantum fieri poterit,  
 profecto illam consecrabo omni genere monumentorum  
 ab omnium ingenijs scriptorum & græcorum, & la-  
 tinorum. quæ res forsitan sit reficatura uulnus meum,  
 sed iam quasi uoto quodam, & promisso me teneri pu-  
 to, longumq; illud tempus cum non ero, magis me mo-  
 uet, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium lon-  
 gum uidetur. Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus  
 in quo acquiescam. nam, dum illud tractabam, de quo  
 antea scripsi ad te, quasi fovebã dolores meos. nunc om-  
 nia respuo, nec quicquam habeo tolerabilius, quam

solitudinem, quam (quod eram ueritus) non obturbauit  
 Philippus. nam, ut heri me salutauit, statim Romã pro  
 fectus est. Epistolam, quam ad Brutum, ut tibi placue-  
 rat, scripsi, nisi ad te. eam curabis cum tua perferen-  
 dam. eius tamen nisi ad te exemplum, ut, si minus pla-  
 ceret, ne mitteres. Domestica, quod ais ordine admini-  
 strari, scribes, quæ sunt ea. quædam enim expecto.  
 Coccius uide ne frustretur. Nam Libo, quod pollicetur,  
 ut Heros scribit, non incertum puto de sorte mea. Sul-  
 picio confido, & Egnatio scilicet. de Apuleio quid est,  
 quod labores, cum sit excusatio facilis, tibi ad me ueni-  
 re, ut ostendis, uide, ne non sit facile. est enim longum  
 iter, descendantemq; te, quod celeriter tibi erit fortasse  
 faciendũ, non sine magno dolore dimittam. sed omnia,  
 ut uoles. Ego enim quicquid feceris, id tum recte, tum  
 etiam mea causa factum putabo. Heri, cum ex aliorũ  
 literis cognouissem de Antoni aduentu, admiratus sum  
 nihil esse in tuis. sed erant pridie fortasse scriptæ, q̄  
 datæ, neq; ista quidem curo. sed tamen opinor propter  
 prædes suos accurisse. Quod scribis Terentiã de obsi-  
 gnatoribus mei testamenti loqui, primum tibi persua-  
 de, me istæc non curare, neque esse quicquam, aut par-  
 uæ curæ, aut noui loci. sed tamen quid simile. Illa eos  
 nõ adhibuit, quos existimauit quæsituros, nisi scissent,  
 quid esset. Num id etiam mihi periculi fiat? sed tamẽ  
 faciat illa. quoad ego dabo meum testamentum legen-  
 dum cui uoluerit. intelliget non potuisse honorificentius  
 a me fieri de nepote, quàm fecerim. nam quod non  
 aduocatus ad obsignandum, primum mihi non uenit in  
 mentem, deinde ea re non uenit, quia nihil attinuit. tu

te scis, (si modo meministi) me tibi tum dixisse, ut de tu-  
 is aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis?  
 Equidem domesticos iusseram. tum tibi placuit, ut mit-  
 terem ad Silium. inde est natum, ut ad Publiū. Sed ne-  
 cesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis, ut tibi uidebitur.  
 Est hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui &  
 Antio, & Circæis aspici possit. sed inuenda nobis ra-  
 tio est, quemadmodum in omni mutatione dominorū,  
 qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteri-  
 tate (si modo hæc stabunt) illud quasi consecratum re-  
 manere possit. Equidem iam nihil ego uectigalibus,  
 & paruo contentus esse possum. Cogito interdum trans  
 Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc  
 causam maxime. nihil enim uideo, quod tam celebre  
 esse possit, sed hæc coram uidebimus. ita tamen, ut hæc  
 æstate Fanum absolutum sit. Tu tamen cum Appel-  
 lachio confice de columnis. De Cocceio, & Libone  
 quæ scribis, approbo, maxime, quod de iudicatu meo  
 responsum sit. siquid perspexeris, & tamen quid pro-  
 curatores Cornificij dicant uelim scire. ita, ut in ea re  
 te, cum tam occupatus sis, non multum operæ uelim  
 ponere. De Antonio quoq; Balbus ad me, cum Oppio  
 conscripsit, idq; tibi placuisse, ne perturbarer, illis ego  
 gratias. te tamen, ut iam ante ad te scripsi, scire uolo,  
 me neq; isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo per-  
 turbatum iri. Pansa, si hodie, ut putabas profectus est,  
 posthac iam incipio scribere. scribe ad me de Bruti ad-  
 uentu quid expectes, id est quos ad dies. id si scies, ubi  
 iam sit, facile coniectura assequere. Quod ad Tironem  
 de Terentia scribis, obsecro te mi Attice suscipe totum

negocium. uides et officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, & ut nonnulli putant, Ciceronis rem. Me quidem id multo magis mouet, quod mihi est & sanctius, & antiquius, præsertim cum hoc alterum, neque sincerum, neque firmum putem fore. Non dum uideris prospicere, quàm me nec Antonius commouerit, nec quicquam iam eiusmodi possit commouere. De Terentia autem scripsi ad te eis literis, quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque à cæteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam grauius dolere, possum ne magis, quod totos dies consumo in literis? quod & si non dissimulationis, sed potius leniendi, & sanandi animi causa facio, tamen, si mihi minus proficio, simulationi certe facio satis. Minus multa ad te scripsi, quod expectabam tuas literas ad eas, quas ad te pridie dederam. expectabam autem maxime de Fano. non nihil etiam de Terentia. uelim me facias certiorè proximis literis, Cn. Cæpio Seruiliæ Claudij pater. uiuo ne patre suo naufragio perierit, an mortuo. item Rutilia uiuo ne C. Cottæ filio suo mortua sit, an mortuo. pertinet ad eum librū, quem de luctu minuendo scripsimus. Legi Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sane non prudenter rescriptam ad ea, quæ requisieras. sed ipse uiderit. quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animaduersione dixisse, quæ omnes ante dixerant, præter Cæsarem. & cū ipsius Cæsaris tam seuera fuerit, qui tum prætorio loco dixerit. Consularium putat lenioris fuisse Catuli, Seruiliij Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Geliij, Volcatij, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, etiam M. Annij Glabronis

Syllani Murenæ. Designatorû. Coss. Cur ego in sniam  
 Catonis? quia uerbis luculentioribus, & pluribus rem  
 eandem comprehenderat. me autem hic laudat, quod  
 retulerim, non quod patefecerim, cohortatus sim. quod  
 deniq; ante, quàm consulerem, ipse iudicauerim. Quæ  
 omnia, quia Cato laudibus extulerat in coelum, præ-  
 scribendaq; censuerat, ideo in eius sententiam est fa-  
 cta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi  
 putat, quod scripserit optimum Cos. Quis enim te-  
 nuus dixit inimicus? ad cætera uero, ubi quemadmo-  
 dum rescripsit? tantum rogat de S. C. ut corrigas. hoc  
 quidem fecisset, etiam si Rannio admonitus esset, sed  
 hæc iterum ipse uiderit. De hortis, quoniam probas.  
 effice aliquid. Rationes meas nosti. Si uero etiam a Fa-  
 llerio recedit, nihil ei negocij est, sed etiam sine eo posse  
 uideor contendere. Venales certe sunt Drusæ fortas-  
 se, & Tamianitæ, & Cassianæ, sed hæc coram. De  
 Terentia non possum commodius scribere, quàm tu  
 scribis. Officium sit nobis antiquissimum, si quid nos  
 fefellerit, illius malo me, quàm mei poenitere. Omnia à  
 te Lælij curanda sunt. HS Centum. negat fors posse.  
 sine me credo, quod accipienda aliqua sit, et danda a sti-  
 matio, uellem tibi dixisset, si enim res est, ut mihi scri-  
 bit, parata, nec in eo ipso mentitur, per te confici potuit.  
 id cognoscas, & conficias uelim, quod me in Forum uo-  
 cas, eo uocas, unde etiã bonis meis rebus fugiebã. Quid  
 enim mihi, cum Foro sine iudicijs, sine curia? in oculos  
 incurrētibus ijs, quos æquo animo uidere non possum?  
 Quod autem homines a me postulare scribis, ut Ro-  
 mæ sim, neque mihi, ut absim concedere, aut qua-  
 tenus eos



tenis eos mihi concedere, iam pridē scito esse, cum unū  
 te pluris, quā omnes illos putem, ne me quidem con-  
 temno, meoq; iudicio multo stare malo, quā omnium  
 reliquorum. Neq; tamen progredior longius, quā mi-  
 hi doctissimi homines concedunt, quorū scripta omnia,  
 quaecunq; sunt, in eam sententiā non legi solum (quod  
 ipsum erat fortis & groti accipere medicinā) sed in mea  
 etiam scripta transtuli, quod certe afflictī, et fracti ani-  
 mi non fuit. Ab his me remedijs noli in istam turbā uo-  
 care, ne recidā. De Terentia, quod mihi omne onus im-  
 ponis, non cognosco tuam in me indulgentiā. ista enim  
 sunt ipsa uulnera, quae non possum tractare sine ma-  
 ximo gemitu. Moderare igitur quaeso, ut potes. neq; enī  
 à te plus, quam potes, postulo. Potes autem quid ueri sit,  
 perspicere, hoc pro summa tua prudentia, et summa in  
 nos beneuolentia facies, & ualebis tu unus. De Ruti-  
 lia quoniam uideris dubitare, scribes ad me, cum scies,  
 sed quā primum, Num Clodia D. Bruto consulari filio  
 suo mortuo, uixerit. Id de Marcello, aut certe de Posthu-  
 mia sciri potest. illud autem de M. Cotta, aut de Syro,  
 aut de Satyro, de hortis etiā, atq; etiam rogo. omnibus  
 meis, eorumq; quos scio mihi non defuturos, facultati-  
 bus, sed potero meis, enitendum mihi est. sunt etiā, quae  
 uendere facile possim, sed, ut non uendam, eiq; usuram  
 pendam, à quo emerō, non plus annum possum asseq;  
 quod uolo. Si me adiunas, paratissimi sunt. Drusia enī  
 cupit uendere proximos. Puto Lammæ, sed abest. Tu ta-  
 men, siquid potes, odorare, ne filius quidem quicquam  
 utitur, & ijs usuris facillime sustentabitur. Habe tuum  
 negocium, nec quid res mea familiaris postulet, quam

ego non curo, sed quid uelim, existima. Putarã te ali-  
quid noui, quod eiusmodi fuerat initium literarum,  
quãuis non curarem, quid in Hispania fieret, tamen  
te scripturum, sed uidelicet meis literis respondiſti,  
ut de foro, & de Curia, sed domus est, ut ais, Forum.  
Quid ipsa domo mihi opus est carenti Foro? Occidi-  
mus, occidimus Attice iam pridem nos quidem, sed  
nunc fatemur, poste aquam unum, quo tenebamur, a-  
misimus. Ita q; solitudinem sequor, & tamen si qua me  
res isto abduxerit, enitar, si quomõ poterò (poterò autẽ)  
ut præter me nemo dolorem meum sentiat, si ullo mo-  
do poterit, ne tu quidem. atque etiam illa causa est nõ  
ueniendi. Memnisti quid ex te Atedius quæsierit,  
qui etiam nunc molesti sunt. Quid existimas, si ue-  
nero? De Terentia ita cura, ut scribis, meq; hac ad ma-  
ximas ægritudines accessione non maxima, libera. Et  
ut scias me ita dolere, ut non taceam quibus Coss. Car-  
neades, & ea legatio uenerit Romam, scriptum est  
in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit. De  
Oropo opinor, sed certum nescio, & si ita est, quæ con-  
trouersia præterea? qui eo tempore nobilis Epicurus  
fuerit Athenis, qui præfuerit hortis, qui etiam Athe-  
nis πολιτικοὶ fuerint illustres, quæ etiam ex Apol-  
lodoro puto posse inuenire. De Attica molestum, sed  
quoniã leuiter, recte esse confido. De Magala dubium  
mihi non erat. unde enim tam felix Ligus pater? nam  
quid de me dicam, cui, ut omnia contingant, quæ uolo,  
leuari non possum. De Drusi hortis quanti licuisse tu  
scribis, id ego quoq; audieram, & ut opinor, heri ad te  
scripseram, sed quanti? quanti bene emitur, quod ne-  
cesse est

esse est mihi, quoquo modo tu existimas. scio enim ego  
 ipse, quid de me existimem. leuatio quædam est, si mi-  
 nus doloris, ac officij, et debiti. Ad Siatam scripsi, quod  
 utitur L. Cotta, si nihil conficeretur de transtyberinis,  
 habes. T. in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusil-  
 lum loci. ad hanc rem tamen plus etiam satis. id etiam  
 cogites. nec tamen ista pretia hortorū pertimueris, nec  
 mihi argento iam, nec ueste opus est, nec quibusdam a-  
 moenis locis, hoc opus est. V. ideo etiam à quibus adiua-  
 ri possim, sed loquere cum Silio. nihil enim est melius.  
 mandauit etiã Siccæ, rescripsit constitutum se cum eo ha-  
 bere, scribat igitur ad me, quid egerit, et tu uidebis. Be-  
 ne fecit A. Silius, qui transegerit. neq; enim ei deesse uo-  
 lebam, & quid possem, timebam. De Ouia confice, ut  
 scribis. De Cicerone tempus esse iam uidetur, sed quæ-  
 ro, quid illi opus erit Athenis permutari ut possit,  
 an ipsi ferendum sit, de totaq; re quemadmodum, &  
 quando placeat, uelim consideres, Publius iturus ne  
 sit in Africam, & quando ex Aledio scire poteris.  
 quæras, & ad me scribas uelim. Et, ut ad meas in-  
 eptias redeam, uelim me certiozem facias. P. Crassus  
 Lumiliæ filius uiuo ne P. Crasso consulari patre suo,  
 mortuus sit, ut ego meminisse uideor, an post. Item quæ-  
 ro de Regillo Lepidi filio, recte ne meminerim patre  
 uiuo mortuum. Cispiania explicabis, itemq; pretia-  
 na. De Attica optime id. ei salutem dices, & Pylia.  
 scripsit ad me diligenter Siatæ de Silio, seq; ad terem  
 detulisse, quod tu idem scribis. mihi & res, & con-  
 ditio placet, sed ita ut numerato malim, quam  
 existimatione. uoluptarias enim possessiones uolet

Silius. Vectigalibus autem, ut his possim esse contentus, quæ habeo, sic uix minoribus. Auide ergo numerato. HS DC exprimes ab Hermogene, cum præsertim necesse erit. Et domi uideo esse HS DC, reliquæ pecuniæ uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio, uel cum aliquo, qui Faberio debet, representabimus. Erit etiam aliquid alicunde, sed totam rem tu gubernabis. Drusianis uero hortis multo antepono, neq; sunt unquam comparata, mihi crede. Vna me causa mouet, in qua socio me τετηφωσθη, sed, ut facis, obsequere huic errori meo. Nam quod scribis ἐπ' ἑραμυχ, actum iam de isto est, alia magis quæro. Siat, ut scribit, etiã si nihil confecerit, cum Agidio, tamen se scribit X Calendarũ esse uenturum. Tuis occupationibus ignosca, eæq; mihi sunt notæ. De uoluntate tua, ut simul simus, uel studio potius, et cupiditate, non dubito. De Nica, quod scribis, si ita me haberem, ut eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere, sed mihi solitudo, et recessus Prouincia est, quod quia facile ferebat Siat, eo magis illũ desydero. Præterea nosti Nicæ nostri imbecillitatem, molliciem, consuetudinem uictus, cur ego illi molestus esse uelim, cum mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi gratæ est. unam rem ad me scripsit, de qua decreui nihil ad te scribere. Spero enim me à te impetrasse, ut priuares me ista molesta. Pylia, et Atticæ salutem. Vale.

T. P.

## T. P. A T T I C O .

d E Siliano negotio, et si mihi non est ignota cōditio, tamē hodie me ex Siata arbitror omnia cogniturum. certe quidem negas te nosse, sed ultra Silianam Villa est, quam puto tibi notam esse, Villula sordida, & ualde pusilla. nihil agri ad ullam rem, loci satis, nihil ad eam, quam quaero. se quorū celebritatem, sed, si perficiatur de hortis Silij, hoc est, si perficiat (est enim positū in te totum) nihil est scilicet, quod de Cottā cogitemus. De Cicerone, ut scribis, ita faciam. ipsi permittam, ne tempore numorum quantum opus erit, ut permutetur, tu uidebis. Ex Alledio quod scribis si quid inueneris, scribes. Et ego ex tuis animaduerto literis, & profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus. eadem quotidie, quae iam, iamq; ipsa contrita sunt, tamen facere non possum, quin ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen si quid habebis, scire enim iam puto, ubi Pansam expectet, si, ut consuetudo est, in prima Prouincia, circiter Calendas affuturus uidetur. uellem tardius, ualde enim urbem fugio multas ob causas. itaq; id ipsum dubito an excusationem aliquam ad Silium parem, quod quidem uideo facile esse, sed habemus satis temporis ad cogitandum. Pylicae, & Atticae salutem. Vale.

## T. P. A T T I C O .

d E Silio nihilo plura cognoui ex praesenti Siata, quam ex literis tuis. scripseras enim diligenter. si igitur tu illum conueneris, scribes tu ad me, si-

quid uidebitur, de quo putes ad me missum esse, sit mis-  
 sum, nec ne, scio dictum quidem mihi. Certe nihil ex-  
 tingitur, ut cœpisti, & si quid ita conficies, quod non  
 equidē arbitror fieri posse, ut illi probetur. Ciceronem,  
 si tibi placebit, adhibebis. eius aliquid interest uideri  
 illius causa uoluisse, mea quidem nihil, nisi id, quod tu  
 scis, quod ego aestimo. Quod me ad consuetudinem re-  
 uocatis. Fuit meum quidem iam pridem rem p. regere, qđ  
 faciebā, sed intererat enim, ubi acquiescerē. nunc pla-  
 ne nec ego uictum, nec uitam illam colere possum, nec  
 in ea re, quid alijs uideatur, mihi puto curandum. Mea  
 mihi conscientia pluris est, q̄ hominum sermo. Quod  
 me ipse per literas consolatus sum, nec pœnitet me quan-  
 tum profecerim. moerorem minui, dolorem nec potui,  
 nec, si possem, uellē. De Triario, bene interpretaris uo-  
 luntatem meam. tu uero nihil, nisi, ut illi uolent. Amo  
 illum mortuum. tutor sum liberis. totam domum diligo.  
 De Castriciano negotio, si Castricius Romam cupit, is  
 pecuniam accipere uolet, eamq; sibi solui, ut nunc solui-  
 tur, certe nihil est commodius. Sin autem ita actum est,  
 ut ipsa mancipia abduceret, nō mihi uidetur esse æquū.  
 Rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi uideatur, nō  
 lo enim negocij Quintū Fratrem quicquam habere,  
 quod mihi uideoy intellexisse, tibi uideri idē. Publius,  
 si æquinoctium expectat, ut scribis Atedium dicere,  
 nauigaturus uidetur. mihi autem dixerat per Siciliam.  
 utrum & quando, uelim scire, & uelim aliquando,  
 cum erit tuum commodum, Lentulum puerum uisas,  
 eiq; de mancipijs, quæ tibi uidebitur, attribuas. Pyliæ,  
 & Atticæ salutem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ilius, ut scribis, hodie. cras igitur, uel potius  
 s cum poteris, scribes, siquid erit, cum uideris.  
 nec ego Brutum uito, nec tamen ab eo lenatio-  
 nem ullam exspecto, sed erant causæ, cur hoc tempo-  
 re istuc esse nollem, quæ si manebunt, quærenda erit  
 excusatio ad Brutum, & ut nunc est, mansuræ ui-  
 dentur. De hortis, quæso explicat, caput illud est, quod  
 scis, sequitur, ut etiam mihi ipsi quoddam opus sit, nec  
 enim esse in turba possum, nec à uobis abesse. Huic  
 meo consilio nihil reperio isto loco aptius. De hac re  
 quid tui consilij sit, mihi persuasum est, & eo magis,  
 quod idem intellexi tibi uideri, me ab Oppio, & Bal-  
 bo ualde diligi. Cum ijs communices quantopere, &  
 quare uelim hortos, sed ita posse, si expediatur illud Fa-  
 berianum, sin igitur author es futuri, siqua etiam ia-  
 ctura facienda sit in representando, quod possum,  
 adducito. Tum enim illud desperatum denique intel-  
 liges, & quid inclinent ad hoc meum consilium ad-  
 iuuandum. Siquid erit, magnum est adiumentum, sin  
 minus, quacunque ratione contendamus. uetus illud  
 ἰπίραμα, quemadmodum scripsisti, uel ἰπι-  
 τάριον putato. De illo Ostensi nihil est cogitandum,  
 si hoc non assequimur. à Lamia non puto posse, Dama-  
 sippi experiendum est. Quæro quid ad te scribam, sed  
 nihil est, eadem quotidie. Quod Lentulum inuisis  
 ualde gratum. pueros attribue ei, quot, & quos uide-  
 bitur. De Siliij uoluntate uendendi, & de eo quanti  
 tu uereri uideris, primum ne nolit, deinde ne tanti

*Sicā aliter, sed tibi assentior. Quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quod Silius te cum Clodio loqui uult, potes id mea uolūtate facere, commodiusq; id est, quā quod ille à me petit, me ipsum scribere ad Clodium. De mancipijs castricianis, commodissimum esse credo transigere Egnatium. Quod scribis te ita futurum putare cum Ouia, quæso quidem, ut conficiatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto. Silium mutasse sententiam sicā mirabatur. Equidem magis miror, quod, cum in filium causam conferret, quæ mihi non iniusta uidetur (habet enim, qualē uult) ais te putare, si addiderimus aliud, à quo refugiat, cum ab ipso id fieret, destinatum uenditurum. Queris à me, quod summum pretium constitutam, & quantum anteire istos hortos Drusi, tantum accessi propius, nunquam Coponianam uillam ueterem, & non magnam. Noui syluam nobilem, fructum autem neutrius, quod tamen puto nos scire oportere. sed mihi utrius istorum tempore magis meo, q̄ ratione aestimandi sunt. Possim autem assequi, nec ne, tu uelim cogites. Si enim Faberianum uenderem, explicare uel repraesentatione non dubitarem. De Silianis, si modo adduceretur, ut uenderet, si uenales non haberet, transire ad Drusum, uel tanti, quanti Egnatius illum uelle tibi dixit. Magno etiam adiumento nobis Hermogenes potest esse in repraesentando, at concede mihi quæso, ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat, uel seruiat cupiditati, & dolori meo, ut à te regi uelim. Egnatius mihi scripsit, is, siquid tecum locutus erit (commodissime enim per eum agi potest) ad me scribes, & id*



bes, & id agendum puto. Nam cum Silio non uideo  
 confici posse. Pylia, & Attica salutem. Hæc ad te mea  
 manu. Vide quæso quid agendum sit. Publica ad me  
 scripsit, matrem suam, cum Publio loquerer, ad me cū  
 illo uenturam, & se unā (si ego paterer) moraturam.  
 Orat multis, & supplicibus uerbis, ut liceat, & ut sibi  
 rescribam. res quæm molesta sit, uides. Rescripsi me  
 etiā grauius esse affectum, quàm tum, cum illi dixis-  
 sem, me solum esse uelle. quare nollem hoc tempore eā  
 ad me uenire. Putabam, si nihil rescripsissem, illam  
 cum matre uenturam. nunc non puto. apparebat enim  
 illas literas non illius esse. Illud autem, quod fore ui-  
 deo, ipsum uolo uitare, ne illæ ad me ueniant, & una  
 est uitatio, & ego nollem, sed necesse est. Te hoc nunc  
 rogo, ut explores aliquam diem, hic ita possim esse, ut  
 ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate. Ciceroni ne-  
 lim hoc proponas, ita tamen (si tibi non iniquum ui-  
 uidebitur) ut sumptus huius peregrinationis (quibus si  
 Romæ esset, domumq; conduceret, quod facere cogita-  
 bat, facile contentus futurus erat) accommodet ad mer-  
 cedes Argleti, & Auentini. et cum ei proposueris, ipse  
 uelim reliqua moderere, quem admodum ex his merce-  
 dibus suppeditemus. ei quod opus sit, præstabo, nec Bi-  
 bulum, nec Acidinum, nec Messalam, quos Athenis fia-  
 turos audio, maioris sumptus facturos, quàm quod ex  
 eis mercedibus recipietur. Itaq; uelim uideas, primum  
 conductores, qui sint, et quāti, deinde, ut sit, qui ad diē  
 soluat, & quid uatici, qd instrumenti satis sit, iumento  
 certe Athenis nihil opus sit, quibus autem in Villa uti-  
 tur, domi sunt plura, q̄ opus erat, quod etiā tu animad-

uertis. ego, ut heri ad te scripsi, si et Silius is fuerit, quæ  
 tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasi pp̄  
 uelim aggrediare. Is, opinor, ita partes fecit i ripa ne  
 scio quotenorū iugerū, ut certa pretia constitueret, quæ  
 mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, q̄cqd egeris.  
 Vehementer me sollicitat Atticæ ualetudo nostræ, ut ue  
 rear etiam, nequa culpa sit, sed & pædagogū probitas,  
 & medici assiduitas, & tota domus in omni genere di  
 ligens, me rursus id suspicari uetat. Cur igitur? Plura  
 enim nō possum, ego hic uel sine Siarā (Tironi enim me  
 lius est) facillime possem esse, ut in malis. Sed, cum scri  
 bas uidendum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelli  
 gā te certum illius profectiois diem non habere, puta  
 ui esse commodius me istuc uenire, qđ idem uideo tibi  
 placere. Cras igitur in Siccæ Suburbano, inde quem ad  
 modū suades, puto me in Ficulensi fore. Quibus de re  
 bus ad me scripsisti, quoniā ipse uenio, corā uidebinus.  
 Tuā qdem, et in agendis nostris rebus, et in cōsilijs in  
 eundis, mihiq; dādis, in ipsis literis, quas mittis bene  
 uolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Tu tu  
 men, siquid cum Silio, uel ipso die, quo ad Siarā uentū  
 rus ero, certiore me uelim facias, & maxime cuius lo  
 ci detractionē fieri uelut. Quod enī scribis extremo, ui  
 de, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re (ut scis) est ā  
 nobis cogitatū. Hircij epistolā tibi nisi, et recentē, et be  
 neuole scriptā, ante, quā proxime discessi, nunq̄ mihi  
 uenit in mētē, quo plus insumptū in monimētū esset,  
 quā nescio quid, quod lege conceditur, tantundē populo  
 dandū esse, qđ me magno pere moueret, nisi nescio quo  
 modo ἀλόως. fortasse nollem illud ullo nomine

nisi Fani appellari, quod si uolumus, uereor, ne assequi non possimus, nisi mutato loco. hoc quale sit, quaeso considera. Nam & si nuntius urgeor, meq; ipse propemodum collegi, tamen indigeo tui consilij. Itaq; te uehementer etiam, atq; etiã rogo, magis quam à me uis, aut patris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare. Fanium fieri uolo, neq; hoc mihi erui potest. sepulchri similitudinem effugere. Non enim tam propter poenam legis studeo, quam, ut maxime assequar ἀποθνήσκω, quod poteram, si in ipsa uilla facerem. Sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorũ reformido. In agro ubicunq; fecero, mihi uideor assequi posse, ut posteritas habeat religionẽ. Hæ meæ tibi ineptiæ (fatebor enim) ferendæ sunt. non habeo, ne me quidem ipsum, qui cum tam audacter communicẽ, quantæ sine ibi res, si locus, si institutum placet. lege quaeso legem, mihiq; eam mitte. Siquid in mentem ueniet, quomodo eam effugere possimus, utemur. Ad Brutum siquid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quod in Cumanis esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixi. Cogitanti enim mihi nihil tam uidetur potuisse face-  
re rustice, & si tibi placebit, sic agere de Fano, ut cœpimus, uelim cohortere, & ex acuas Cluatium, nam, etiam si alio loco placẽbit, illius nobis opera, consilioq; utendum puto. Tu ad uillam fortasse cras. A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilario, alteram eodem die à tabellario, accepiq; ab Aegypto literas eodem die, Pyliam, & Atticam planè belle se habere. Tuæ literæ mihi redditæ sunt tertio decimo die. Quod mihi Bruti literas gratum, ad me quoq; misit.

eam ipsam ad te epistolam misi, et ad eam exemplum  
 mearum literarū. De Fano, si nihil mihi hortorum in-  
 uenis, siquē tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quāti  
 certe facis. ualde probo rationem tuam. De Tusculano,  
 quāuis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen nisi  
 magnæ curæ tibi esset, ut ego consequerer id, quod ma-  
 gno pere uellem, nunquam ea res tibi tam belle in men-  
 tem uenire potuisset, sed nescio quo pacto celebritatem  
 requiro. Itaq; hortos mihi conficias necesse est. maxima  
 est in Scapulæ celebritas, propinquitas. præterea ubi  
 sis, ne totum diem in uillam. Quare ante, quā discedis,  
 Othonē, si Romæ est, conuenias peruelim. Si nihil erit,  
 etsi tu meam stultitiam consuesti ferre, eo tamen pro-  
 grediar, ut stomachere. Drusus enim certe uendere  
 uult, si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero,  
 qua in re, ne labar, quæso provide. providendi autem  
 una ratio est, siquid de Scapulanis possimus, & uelim  
 me certiore facias, quā diu in Suburbano sis futurus.  
 Apud Terentiam gratia opus est nobis, tuāq; authori-  
 tate, sed facies, ut uidebitur. Scio enim, siquid mea iter sit,  
 tibi maiori curæ solere esse, quā mihi. Hircius ad me  
 scripsit Sextum Pompeium Corduba exisse, & fugisse  
 in Hispaniam citeriorem, Cn. fugisse nescio quō, neque  
 enim curo. Nihil præterea noui. Literas Narbonæ de-  
 dit XIII Calendarum Maij. Tu mihi de Caniniij  
 naufragio quasi dubia remisisti. Scribas igitur, siquid  
 erit certius. Quod me à mœstitia uocas, multum pro-  
 ficies, si locum Fano dederis. Multa mihi eius orobiar-  
 uir in mentem ueniunt, sed loco ualde opus est. Quā  
 re etiam Othonem uide. non dubito, quin occupatissi-

nus fueris, qui ad me nihil *literarum*. sed homo ne-  
 quam, qui tuum commodum non expectarit, cum ob  
 eam unam causam missus esset, nunc quidem, nisi quid  
 te tenuit, suspicor esse in *Suburbano*. At ego hic scriben-  
 do dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro. A si-  
 nius *Pollio* ad me scripsit de impuro nostro cognato,  
 quod *Balbus minor* nuper satis planè, *Dolobella* ob-  
 scure, hic apertissime. Ferrè grauius, si nouæ ægrimo-  
 niæ locus esset. Sed tamen, quid impurius? O hominem  
 cauendum, quanquam mihi quidem, sed tenendus do-  
 lor est. Tu quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid,  
 si uacabis, quod putas oportere prouideri iâ animi mei  
 firmitatem, grauiusq; quosdam scribis de me loqui, q̄  
 aut te scribere, aut *Brutum*. si qui me fractum animo,  
 & debilitatum putant, scient quid *literarum*, & cu-  
 ius generis conficiam. Credo (si modo homines sint) exi-  
 sament me, siue ita leuatus sim, ut animum uacuum ad  
 res difficiles scribendas afferam, reprehendendum nõ  
 esse, siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ  
 maxime liberalissima, doctoq; homine dignissima, lau-  
 dari me etiam oportere. Sed cum ego faciã omnia, quæ  
 facere possim ad me adiunãdum. Tu effice id, quod ui-  
 deo te non minus, quàm me laborare. Hoc mihi debe-  
 re uideor, neq; lenari posse nisi soluero, aut uidero me  
 posse soluere, id est locum, qualem uolo, inuenero. Hære-  
 des *Scapulae*, si istos hortos, ut scribis, tibi *Othonem* di-  
 xisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant, nihil est sc̄i  
 licet emptori loci, sin uenibunt, quid fieri possit, uidebi-  
 mus. nam ille locus publicanus, qui est *Trebonij*, etiam  
*Cusini*, erat ad me allatus, sed sc̄is aream esse. nullo pa-

Eto probo. Plodiae sanè placent, sed non puto esse uenales. De Drusi hortis quamuis ab his abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inueneris. A edificatio me non mouet, nihil enim aliud ædificabo, nisi id, quod, etiam si illos non habuero *ὑποσας* mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis hominis acuti magis, quam eruditi. Tabellarius cum ad me sine literis tuis uenisset, existimaui tibi eam atusam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad qua rescripsi hac epistola, Expectarem tamen aliquid de literis Asinij Pollionis, sed nimum ex me ocium expecto, quanquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, nec ne habeas scribere, nisi eris ualde ociosus. De tabellarijs facerem, quod suades, si essent ullæ necessariæ literæ, ut erant olim, cum tamen breuioribus diebus quotidie respondebant temporari tabellarij, & erat aliquid Silius. Drusus alia quædam nunc nisi Otho extitisset, quid scriberemus, non erat. Ipsum dilatum est, tamen alleuor, cum loquor tecum absens, multo etiam magis, cum tuas literas lego. Sed quoniam & abes (sic enim arbitror) & scribendi necessitas nulla est, conquiescent literæ, nisi quid noui extiterit. Qualis futura sit Cæsaris uituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hircius ad me misit, in quo colligit uitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis, itaq; nisi librum ad Muscam, ut tuis librarijs daret. Volo enim eum diuulgari, quod quo facilius fiat, imperabis tuis *συμβουλατιμότη.* Sæpe conor, nihil reperio, & quidem nihil habeo, & *ἀριστοτέλης πρὸς ἀλεξάνδρον,* sed quid simile? Illi & quæ ipsis honesta essent, scribebant, & grata

Alexandro, & quid tu eiusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem uenit. Quod scribis te uereri, ne et gratia, & auctoritas nostra hoc meo mœrore minuatur. Ego quid homines, aut reprehendant, aut postulent, ne scio. Ne doleam? qui potest? ne iaceam? Quis unquam minus, dum tua me domus leuabit? Quis à me exclusus, quis uenit, qui offenderetur? Ad Asturam sum à te profectus. Legere isti læti, quæ me reprehendunt, tam multa non possunt, quàm ego scripsi, quàm bene, nihil ad rem, sed genus scribendi id fiat, quod nemo abiecto animo facere posset XXX dies in hortis sui. Quis aut cōgressum meū, aut facilitatem sermonis desiderauit? Nō ubi sum ea lego, ea scribo, ut ij, qui mecum sunt, difficilius ociū ferant, quàm ego laborem. Siquis requirit à te, cur Romæ non sim, quia discessus est, cur non sim in his meis prædiolis, quæ sunt huius temporis, quia frequentiam illam non facile ferrē. ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias habebat, quot annis hoc tempus consumere solebat. Cum Romā uenero, nec uultu, nec oratione reprehendar. hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebanus, in perpetuum amisi. Constantia, & firmitas nec animi, nec orationis requiratur. De hortis Scæpulæ hoc uidetur effici posse aliud tua gratia, aliud nostra, aut præconi subijciantur. id nisi fit, excludemur, sin ad tabulam uenimus, uincemus facultates Othonis nostra cupiditate. Nam quæ ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modo res certa sit, tuq; euitare, quod facis. quæ uolumus, cōsequemur. Quod quæris quā diu hic. paucos dies, sed certū nō habeo. simulac cōstituerō, ad te scribā, et tu ad me quā diu

in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te hæc misi,  
 de Pyliæ, & Atticæ mihi quoque eadem, quæ scribis, &  
 scribuntur, & nuntiantur. Nihil erat, quod scribere,  
 scire tamen uolebam, ubi esses, si abes, aut futurus es, quã  
 do redditurus esses. facias igitur uelim me certiozem. Et  
 quod tu scire uolebas, lego. quando ex hoc loco, postri-  
 die Iduum. Lanuuij constitui manere, inde postridie in  
 Tusculano, aut Romæ, utrum sim facturus, eo ipso die  
 scies, scis quàm sit φιλαίτιος συμφορά. minime ui-  
 to quidẽ, sed tamen auide sum affectus de Fano, quod  
 nisi, nõ dico effectum erit, sed fieri uidero, audebo hoc  
 dicere, & tu, ut soles, accipies, incurfabit in te dolor me-  
 us, non iure ille quidẽ, sed tamen feres hoc ipsum, quod  
 scribo, ut omnia mea fers. Attulisti omnes tuas consola-  
 tiones, unam hanc in rem uelim conferas. si quæris quid  
 optem, primum Scapulae, deinde Clodiae, postea si Sili-  
 us uolet, Drusus aget iniuste Cusini, & Trebonij. puto  
 Terentium esse dominum, Rebillium fuisse certo scio,  
 Sin autem tibi Tusculanum placet, ut significasti qui-  
 busdam literis, tibi assentiar. hoc quidem utique perfici-  
 es, si me leuari uis, quem iam etiam grauius accusas, quã  
 patitur tua consuetudo. sed facis summo amore, & ui-  
 ctus fortasse uitio meo, sed tamen, si me leuari uis, hæc  
 est summa leuatio. Vel, si uerum scire uis, unam Hir-  
 cij epistolam si legeris, quæ mihi quasi πρόπλασμα  
 uidetur eius uituperationis, quam Cæsar scripsit de Ca-  
 tone, facies, quid tibi iusum sit (si tibi erit commodum) me  
 facito certiozem. Redeo ad Fanum. nisi hac æstate ab-  
 solutum erit, quam rem uides integram restare, scelere  
 me liberatum non putabo. nullum à te desideravi diũ  
 literarum.



literarum. Videbam enim, quæ scribis, & tamen sus-  
 picabar, vel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scri-  
 beres. Ad VI Iduum uero & abesse te putabam, &  
 plane uidebam nihil te habere. Ego tamen ad te ferè  
 quotidie mittam. Malo enim frustra, quàm te non ha-  
 bere, cui des, siquid forte sit, quod putes me scire oportere.  
 Itaq; accepi VI Iduum literas tuas inanes. Quid  
 enim habebas, quod scriberes? Mihi tamen illud, quicquid  
 erat, non molestum fuit, nihil aliud scire me noui, nisi  
 te nihil habere, scripsi tamen nescio quid de Clodia.  
 Vbi ergo ea est, aut quando uentura? Placet mihi res sic,  
 ut secundum Othonem nihil magis, sed neq; hanc uen-  
 dituram puto. delectatur enim, & copiosa est, & illud  
 alterum, quàm sit difficile, te nõ fugit, sed obsecro eni-  
 tamur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus. Ego  
 me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tuscula-  
 num, aut domum, inde fortasse Arpinum. cum certum  
 sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem mone-  
 re te, ut id ipsum, quod facis, faceres. Putabam enim cõ-  
 modius te idem istud domi agere posse, interpellatio-  
 ne sublata. Ego postridie Iduum, ut scripsi ad te ante,  
 Lanuij manere consitui, inde aut Romæ, aut in Thu-  
 sculano. scies autem utrunq;. Quod scies recte illam  
 rem fore leuamento, benefacis, cum id esset (mihi crede)  
 perinde, ut existimare tu non posses. Res indicat quan-  
 topere id cupiam, cum tibi audeam confiteri, quàm id  
 non ita ualde probare arbitrer, sed ferendus tibi in hoc  
 meus error, ferendus? immo uero etiam adiuuandus.  
 De Othone diffido, fortasse, quia cupio, sed tamen ma-  
 ior etiam res est, quàm facultates nostræ, præsertim ad

uersario, & cupido, & locuplete, & hærede. Proxi-  
 mum est, ut uelim Clodiæ, si ista minus confici possunt,  
 effice quiduis. Ego me maiore religione, quàm quis-  
 quam fuit ullius uoti obstructum puto. Videbis etiam  
 Trebonianos, & si absunt domini. Sed, ut ad te heri  
 scripsi, consyderabis etiã de Thusculano, ne æstus efflu-  
 at, quod certe non est committendum. Et Hircium ali-  
 quid ad te *συμπρωτος* de me scripsisse facile patior.  
 Fecit enim humane, & eius epistolam ad me non misis-  
 se multo facilius, tu enim etiam humanius. Illius librũ,  
 quem ad me misit de Catone, propterea uolo diuulgari  
 ab tuis, ut ex istorum uituperatione sit illius maior lau-  
 datio. Quod per Mustelam agis, habes hominem ual-  
 de idoneum, mei q; sanè studiosum. Iam inde à Pontia-  
 no. Perfice igitur aliqd. Quid autem aliud? nisi ut adi-  
 tus sit emptori, quod per quæuis hæredem potest effici.  
 Sed Mustelam id perfecturum, si rogaris, puto. mihi ue-  
 ro locum, quem opto ad id, quod uolumus, dederis. &  
 præterea illa siliij, &  
 Drusi non satis *ὀνομαστοτικὰ* mihi uidentur. Quid  
 enim sedere totos dies in uilla ista? igitur malim pri-  
 mum Othonis, deinde Clodiæ. si nihil fiet, aut Druso lu-  
 dus est suggerendus, aut utendum Thusculano. Quod  
 domi te inclusisti, ratione fecisti. sed quæso confice, &  
 te uacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, postri-  
 die Iduum Ianuarij, deinde postridie in Thusculano.  
 Contudi enim animum, & fortasse uici, si modo permã-  
 sero. Scies igitur fortasse cras, summum pendie. sed qd  
 est quæso? Philotimus nec Cartini Pompeiũ teneri, qua-  
 de re literarum ad Clodium Patavinum missarum  
exemplum

exemplum mihi Oppius, et Balbus miserant, sed id factum arbitrari, bellumq; narrat reliquum satis magnum, solet omnino esse Fulviaster. sed tamen, si quid habes, mitte. Volo etiam scire de Gabiniano naufragio, quid sit. ego hic duo magna *συντάγματα* absolui. Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas (quod fore ita uideo) tamen id ipsum scribas uelim, te nihil habuisse, quod scriberes, dummodo ne his uerbis. De Attica optime *ἀνδρία* tua me mouet. Et si scribis nihil esse. In Tusculano eo commodius ero, quod et crebrius tuas literas accipiam, et te ipsum nonnunquam uidebo. Nam cætera quidē *ἀνικτότερα* erant Asturae, nec hæc, quæ me refricant, hic me magis agunt, et si tamen ubicunq; sum, illa sunt mecum. De Cæsare uicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis, eum

Quirini malo, quam salutis. Tu uero peruulgæ Hircium, id enim ipsum putaram, quod scribis, ut cum ingenium amici nostri probaretur *ὑπόβριος* uituperandi Catonis irrideretur. uincam (opinor) animum, et Lanuuii pergam in Tusculanum, aut enim mihi in perpetuum Fundo illo cærendum est (nam dolor idem manebit tantummodo ocius) aut nescio, quid intersit, utrum illuc nunc ueniam, an ad decem annos. Neq; enim ista maior admonitio, quam quibus assidue conficior et dies, et noctes. Quid ergo inquires? Nihil literæ in hac quidē re. uereor, ne etiã contra, nam essem fortasse durior. Isto enim aïo nihil agreste, nihil inhumanum est. Tu igitur, ut scripsisti, nec id incommodo tuo, uel (binæ enim tantum potuerunt lite-

*ra*)ocurrat etiam, si necesse erit, ergo id quidem, ut  
 poteris. De Mustella, ut scribis, et si magnum opus est,  
 eo magis de labor ad Clodiã, quanquam in utroq; Fa-  
 brianum nomen explorandum est, de quo nihil no-  
 cuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus. Et quidem,  
 ut res est, emere nos uelle, nec posse sine isto nomine,  
 nec audere incerta. Sed quando Clodia Romæ futu-  
 ra est, & quanti rem aestimas, eo prorsus expecto,  
 non quin illud malim, sed & magna res est, & dif-  
 ficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hære-  
 de, & si de cupiditate nemini concedam, cæteris rebus  
 infirmiores sumus. Sed hæc coram. Hircij librum (ut  
 facis) diuulga. De Philotimo idem & ego arbitra-  
 bar. Domum tuam pluris uideo futuram uicino Cæsa-  
 re. Tabellarium meum hodie expectamus. nos de Py-  
 lia, & Attica certiores faciet. Domi te libenter esse fa-  
 cile credo, sed uelim scire, quid tibi restet, aut iam ne  
 confeceris. Ego te in Tusculano expecto, eoq; magis,  
 quod Tironi statim te uenturum scripsisti, & addidi-  
 sti, te putare opus esse. sentiebam omnino quantum mi-  
 hi præsens prodesse, sed multo magis post discessum tu-  
 um sentio, quam ob rem, ut ante ad te scripsi, aut ego  
 ad te totus, aut tu ad me, quod licebit. Heri non multo  
 postquam tu a me discessisti, puto quidam Urbani, ut  
 uidebantur, ad me mandata, & literas attulerunt, à  
 C. Mario Cn. Corfinio multis uerbis agere mecum,  
 per cognationem, quæ mihi secum esset, per eum Ma-  
 rium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi  
 Aui sui, ut se defenderem, atusamq; suam mihi per-  
 scripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoni-  
 am Cæsaris

am Cæsaris propinqui eius omnis potestas esset, uiri optimi, & hominis liberalissimi, me tamen ei fautorum. O tempora fore, cum dubitet Curtius consulatum petere. sed hæc hæctenus. De Tirone mihi curæ est, sed iã sciam, quid agat. Heri enim misi, qui uideret, cui etiã ad te literas dedi. Epistolam ad Cæsarem tibi misi. Horum, quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas. Ut me leuaret tuus aduentus, sic discessus afflixit. Quare, cum poteris, id est cum Sestij auctioni operam dederis, reuises nos, uel una dies mihi erit utilis. quid dicam gratius? Ipse Romam uenirem, ut unã essemus, si satis consilium quadam de re haberem. Tironem habeo citius, quã uerebar. uenit etiam Nicias, & Valerium hodie audiebam esse uenturum, quãuis multi sint, magis tamen ero solus, quã si unus esses. sed expecto te à Peduceo utiq;. tu autem significas aliquid etiam ante, utrum id quidẽ, ut poteris. De Virgilio, ut scribis, hoc tamen uelim scire, quando auctio. Epistolam ad Cæsarem mitti, uideo tibi placere. Quid quaeris? Mihi quoq; idem maxime placuit, & eo magis, quod nihil est in ea nisi optimum, & optimi ciuis, sed ita optimi, ut temporaria, quibus parere omnes πολιτικοὶ præcipiunt. sed scito ita nobis esse uisum, ut isti ante legerent. Tu igitur id curabis, sed nisi planè ijs intelliges placere, mittenda non est. Id autem utrum illi sentiant, an uero simulẽt, tu intelliges. sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit τοῦτο δὲ πῶσον. De Cerelia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit, debere non esse dignitatis meæ perscriptionem tibi placere, hoc metuere, alterum in metu non ponere. Sed & hæc, & multa alia coram. Sustinenda

tamen (si tibi uidebitur) solutio est nominis Cereliani,  
 dum & de Metione, & de Faberio sci anus. L. Tullius  
 Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est, ab  
 eius sororis uiro literas accepi. Montanum Plancus debe  
 re, quod prae; pro Flaminio sit HS XX. De ea re nescio  
 quid à Montano rogatum, sanè uelim, siue Plancus est  
 rogandus siue qua re potes illum iuuare, iuues. perti  
 net ad nostrum officium, si forte res tibi notior est, quam  
 mihi, aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me  
 uelim, ut quid rei sit, et quid rogandum, sciam. De epi  
 stola ad Caesarem quid egeris, exspecto. De Silio non  
 ita sanè laboro, tu aut Scapulanos, aut Clodianos effi  
 cias, necesse est, sed nescio quid uideris dubitare de Clo  
 dia, utrum quando ueneant, an sint ne uenales. Sed quod  
 est, quod audio Spintherem fecisse diuortium? De lin  
 gua latina securi es animi, dices, qui talia conscribis  
 ἀπὸ ῥαφαῶν sunt, minore labore fiunt uerba tamen  
 affero, quibus abundo. Ego, etsi nihil habeo, quod ad te  
 scribam, scribo tamen, quia tecum loqui uideor. Hic no  
 biscum sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas literas ex  
 pectabamus matutinas, erunt fortasse alterae post meri  
 dianae, nisi te Epiroticae literae impediunt, quas ego non  
 interpello, nisi ad te epistolas ad Martianum, & ad  
 Montanum, eas in eundem fasciculum uelim addas,  
 nisi forte iam dedisti. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
XIII.

T. P. A T T I C O.

D Ciceronem ita scripsisti, ut neq; seue-  
rius, neq; temperatius scribi potuerit,  
a nec magis, quàm quemadmodum ego  
maxime uellem. Prudentissime etiam  
ad Tullios. Quare aut ista proficient,  
aut aliud agamus. De pecunia uero, uideo à te omnem  
diligentiam adhiberi, uel potius iam adhibitam esse.  
efficis enim. à te hortos habeo. Nec uero ullum genus  
possessionis est, quod malim, maxime scilicet ob eã cau-  
sam, quæ suscepta est, cuius festinationem mihi tollis,  
quoniam de æstate polliceris, uel potius recipis. Deinde  
etiam *υαταβίωσις*, moestitiamq; minuendam.  
nihil mihi reperiri potest aptius, cuius rei cupiditas im-  
pellit me interdum, ut te hortari uelim, sed me ipse re-  
uoco. Non enim dubito, quin quod me ualde uelle pu-  
tes, in eo tu me ipsum cupiditate uincas. Ita que istuc  
iam pro facto habeo. Expecto quid istis placeat de epi-  
stola ad Cæsarem. Nicias te (ut debet) amat, uehemen-  
terq; tua sui memoria delectatur. Ego uero Peduce-  
um nostrum uehementer diligo, nam & quanti pa-  
trem feci, totum in hunc ipsum persequor, æque amo,  
atque illum amaui. te uero plurimum, qui hoc ab utro-  
que nostrum fieri uelis. Si hortos inspexeris, & si de  
epistola certiozem me feceris, dederis mihi quod ad

te scribam, sin minus, scribam tamen aliquid. Nunquam deerit. gratior mihi celeritas tua, quam ipsa res, quid enim indignius? Sed iam ad ista obdurumus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas literas hodie expectabam, nihil equidem, ut ex his noui. Quid enim? Veruntamen Oppio, & Balbo epistolas deferri iubebis, & tamen Pisonem si tibi de auro. Faberius, si uenerit, uidebis, ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. accipies ab Eroto. Ariarathes. Ariobarzani filius Romam uenit, uult opinor regnum aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. omnino eum Sestius noster parochijs publicis occupauit, quod quidem facile partior. Veruntamen quod mihi summo beneficio meo cum fratribus illius necessitudo est. inuito eum per literas, ut apud me diuersetur. Ad eam rem cum mittere Alexandrum, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei, cum poteris, etsi impediēt fortasse Faberius. sed tamen, cum licebit. Dionysius noster grauius queritur, et tamen iure, à discipulis abesse tandiu. multis uerbis scripsit ad me. credo item ad te. mihi quidem uidetur etiam diutius absfuturus, ac nollem. Valde enim hominem desydero. A te literas expectabam non dum scilicet, nam has mane rescribebam. Ego uero ista nomina sic probō, ut nihil aliud me moueat, nisi quod tu uideris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refert. Quid si ipse negocium meum gererem? nihil gererem, nisi consilio tuo, sed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quam quod dubites de nominibus istis. Etenim Cælium non



lium non probas, plura non uis, utrumque laudo.  
 His igitur utendum, ex pers aliquando factus esset in  
 his quidem tabulis. A me igitur omnia, quod dies lon-  
 giores, teneamus modo, quod uolumus. Puto fore istam  
 etiam à præcone diem, certe ab hæredibus. De Crispo,  
 & Mustela uidebis, & uelim scire, quæ sit pars duo-  
 rum. de Bruti aduentu eram factus certior, attulerat  
 enim ab eo Aegypti libertus literas. Misi ad te episto-  
 lam, quia commode scripta erat. Habeo munus à te la-  
 boratum decem legatorum, & quidem puto, nam Sili-  
 us natus anno, postquam fuit Cõsul Mumius, sed quo-  
 niam sæpius de nominibus quæris quid placeat, ego  
 tibi quoque sæpius respondebo placere. Siquid poteris  
 cum Pifone, conficies. Animus enim uidetur in officio futu-  
 rus. Uelim autem possis, si minus utiq; simul simus,  
 cum Brutus in Tusculanum ueniet, magni intererest  
 mea, unà nos esse. Scies autem, qui dies is futurus sit, si  
 puero negotium dederis, ut quærat Spurium Mumi-  
 um, putaram in decem legatis fuisse, sed uidelicet <sup>u-</sup>  
<sup>λογορ</sup> fratri fuisse. Fuit enim ad Corinthum. misi  
 tibi Torquatium. Colloquere tu quidem cum Silio, ut  
 scribis, & tu uerge. Illam diem negabat esse mense  
 Maio. istam non negabat. Sed tu, ut omnia, istuc quoq;  
 ages diligenter. de Crispo, & multis scilicet cum quid  
 egeris, quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiscum  
 polliceris, satis est, præsertim cum hic tibi dies in ma-  
 gno nostro negotio consumatur. De aquæductu pro-  
 be fecisti. columnarium uide, ne debeamus, quanquam  
 mihi uideor audisse iam illic commutatam esse legem.  
 Pifoni quid est, quod honestius respondere possimus,

quàm solitudinem Catonis? nec cum hæredibus solum  
 Heremianis, sed etiam, ut scis (tu enim mecum egisti)  
 de puero Lucullo, quàm pecuniã tutor (nam hoc quoque  
 ad rem pertinet) in Achaia sumpserat. Sed agit li-  
 beraliter, quoniam negat se quicquam facturum con-  
 tra nostram uoluntatem. corã m igitur, ut scribis, con-  
 stituenus, quemadmodum rem explicemus. Quod reli-  
 quos cõheredes conuenisti, fecisti planè bene. Quod epi-  
 stolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exem-  
 plum, sed tamen saluum est, et ait Tiro te habere oport-  
 ere, & si, ut recordor, unã cum illius obiurgatoria ti-  
 bi meam quoque, quàm ad eum rescripseram, misi. Iu-  
 diciali molestia ut caream, uidebis. Tuditanum istum  
 proauum Hortensij planè non noram, & filium, qui  
 tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Munn-  
 um fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Sæpe enim  
 hic Spurius, qui nuper est, epistolas mihi pronuntia-  
 bat uersiculis facetis, ad familiares missas à Corintho,  
 sed non dubito, quin fratri fuerit legatus non in decem-  
 atque hoc etiam accepi non solitos maiores nostros le-  
 gere in decem, qui essent Imperatorum necessarij, ut  
 nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negli-  
 gentes potius M. Lucillum, & L. Murenam, & cæ-  
 teros ad L. Lucillum nũsimus. Illud q; ἀλοζώτατον,  
 illum fratri in primis eius legatus fuisse. Operam tu-  
 am multam, qui & hæc cures, & mea expedias, &  
 sis in tuis multo minus diligens, quàm in meis. Sestius  
 apud me fuit, & Theopompus pridie uenisse à Casar-  
 re narrabat literas. hoc scribere, sibi certum esse Romæ  
 manere, causamq; eam ascribere, quæ erat in epistola

nostra, ne se absente leges negligenter, sicut esset ne-  
 glecta sumptuaria. Est ἀλογον, idq; eram suspicatus.  
 sed istas mos gerendus est, nisi placet hanc ipsam sen-  
 tentiam nos persequi, et Lentulum cum Metella fecisse  
 diuortium. Hæc omnia tu melius. Rescribes igitur, quic-  
 quid uoles, dummodo nequid. iam enim non reperio,  
 quid te rescripturum putem, nisi forte de Mustela, aut  
 si Silium uideris. Brutus heri uenit in Tusculanum  
 post horã decimam. hodie igitur me uidebit, ac uellem,  
 cum tu adesses, nisi equidem ei nuntiari, te quo ad po-  
 tuisses, expectasse eius aduentum, uenturumq; , si au-  
 didisses, meq; , ut facio continuo te, certiozem esse factu-  
 rum, nihil erat, quod ad te scriberem, modo enim di-  
 scesseras, & paulo post triplices remiseras. Velim cu-  
 res eas titulum oluestorum deferendum, & alicui  
 des negocium, qui quærat Qu. Faberij fundus nun-  
 quis in Pompeiano, Nolano uenalis sit. Epitomẽ Bruti  
 Cæliatorum uelim mihi mittas, & à Philoxeno  
 παναυτίου περί προνοίας. Te Idibus uidebo cum tuis.  
 commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit, pau-  
 lo post Cultius hic salutandi causa, sed mansit inuita-  
 tus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie mane Do-  
 lobella. multus sermo ad multum diem. nihil possum di-  
 cere ἐκτινέσειον, nihil φιλοσοφώτερον. Ven-  
 tum est tamen ad quæ multa ἄρατα ἀδιήγητα. sed  
 unum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret non mo-  
 do Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scri-  
 bere, sed hætenus. ἀκαίρως ad me uenit, cum  
 haberem Dolobellam, Torquatus, humanissimẽque  
 Dolobella, quibus uerbis secum egissem, exposuit,

*commodum enim egeram diligentissime, quæ dili-*  
*gentia grata est uisa Torquato, à te expecto, siquid de*  
*Bruto, quanquam Nicias confectum putabat, sed diuor-*  
*tium non probari, quo etiam magis laboro idem, quod*  
*tu. Siquid est enim offensionis, hæc res mederi potest. Mi-*  
*hi Arpinum eundum est, nam & opus est constituta no-*  
*bis illa prædiola, & uereor, ne exeundi potestas non*  
*sit. cum Cæsar uenerit, de cuius aduentu eam opinio-*  
*nem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas*  
*ex literis Messalæ. cum illuc uenero, intellexeroq; quid*  
*negocij sit, cum ad quos dies rediturus sim, scribam ad*  
*te. Minime miror te, & grauius ferre de Marcello, &*  
*plura uereri periculi genera. Quis enim hoc timeret,*  
*quod neque acciderat antea, nec uidebatur natura fer-*  
*re, ut accidere posset? Omnia igitur metuenda, sed illud*  
*παρὰ τὴν ἰσοπῖαν, tu præsertim me reliquum con-*  
*sularem. Quid tibi Seruius, quid uidetur? quanquam*  
*hoc nullam ad partem ualet scilicet, mihi præsertim,*  
*qui non minus bene actum cum illis putem. Quid*  
*enim sumus? aut quid esse possumus? domi ne? an foris?*  
*Quod nisi hoc mihi uenisset in mentem ista scribere,*  
*nescio quæ, quò uerterem me, non haberem. Ad Dolo-*  
*bellam, ut scribis, ita puto faciendum νοιότερα quæ-*  
*dam, & πολιτικώτερα. faciendum certe aliquid*  
*est. Valde enim desyderat Brutus. siquid egerit, cura-*  
*bis, ut sciam, cui quidem quam primum agendum pu-*  
*to præsertim, si statuit. Sermunculum enim omnem aut*  
*restrinxerit, aut sedarit. Sunt enim, qui loquantur eti-*  
*am mecum, sed hæc ipse optime, præsertim si etiam te-*  
*cum loquetur. Mihi enim est in animo proficisci XI*

Calendarum. Hic enim nihil habeo, quid agam, ne hercule illic quidem, nec usquam, sed tamen illinc hodie Spintherem exspecto. Misit enim Brutus ad me per literas, purgat Caesarem de interitu Marcelli, in quem ne, si insidijs quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspitio. Nunc uero, cum de Magio constet, non ne furor eius omnem causam sustinet? plane quid sit, non intelligo. Explanabis igitur, quãquam nihil habeo, quod dubitem, nisi ipsi Magio, quã fuerit causa amentia, pro quo quidem etiam sponsor factus, et nimirum id fuit. soluendo enim non erat. credo enim petisse a Marcello aliquid, & illum, ut erat, constantius respondisse, <sup>ὅτι πῶς ὄντος</sup> credebam esse facile totum. Est aliud poste a quam sum a te diuinctior, sed fuit faciendum, ut & constituerem mercedulas praediorum, & ne magnum onus obseruantia Bruto nostro imponere. Posthac enim poterimus comodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore, cum ille me quotidie uide re uellet, & ego ad illum ire non possem, priuabatur omni delectatione Tusculani. Tu igitur, si Seruilia uenerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit quando obuiam, quicquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, conuenias. Vides quã maturum sit, sed tamen, quod commodo tuo fiat. Valde me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra. eadem tamen sanauerunt. Quod enim te ipse consolabare eisdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendam aegritudinem. Ligarianam praecclare uedidisti. posthac quicquid scripsero, tibi praconiũ deferã. Quod ad me de Varone scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id ge-

vix solitum scribere, ut Varronem nusquam possem  
 intexere. Postea autem quam hæc cœpi φιλολογώτερα,  
 iam Varro mihi denuntiauerat magnam sanè, et gra-  
 uem προς φώνησιν. Biennium præterijt, cum ille  
 καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum pro-  
 cesserit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi  
 misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, si modo po-  
 tuissem. Nam hoc etiã Hesiodus ascribit αἴνε δ'ὕνηαι,  
 nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν sane mihi proba-  
 tam Bruto, ut tibi placuit, despondimus, idq; eum non  
 nolle mihi scripsisti. Ergo illam ἀναδημαυὴν in  
 qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philo-  
 logi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transfera-  
 mus. etenim sunt ἀντιόχεια, quæ iste ualde pro-  
 bat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus, ita tamen, si  
 tu hoc probas, deq; eo mihi rescribas uelim. De bruti-  
 niana auctione accepi à Vestorio literas. ait sine ulla  
 controuersia rem ad me esse collatam, Romæ uidelicet,  
 aut in Tusculano me fore putarunt, ad VIII Cale-  
 darum. Quintil. Dices igitur uel amico tuo, uel Otho-  
 ni coheredi meo, uel Labeoni nostro, paulum proferat  
 auctione, me circiter Non. in Tusculano fore cum Piso-  
 ne. Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogi-  
 temus. dies adest. Commotus tuis literis, quæ ad me de  
 Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus  
 nobilissimis abstuli, transtuliq; ad nostrum sodalem,  
 et ex duobus libris contuli in quatuor. grãdiores sunt  
 omnino, quàm erant, sed erant multa detracta. Tu au-  
 tem mihi peruelim scribas, quid intellexeris illum uel  
 le. Illud utiq; scire cupio, quæ intellexeris ab eo {110-

ἢ ἄρα, nisi forte Brutum idem edere restabat, sed  
 tamen scire peruelim. Libri quidem ita exierunt (nisi  
 forte me communis φιλαυτία decipit) ut in tali ge-  
 nere, ne apud Græcos quidem simile quicquam. Tu il-  
 lam iacturam feres æquo animo, quod illa, quæ ha-  
 bes de Academicis, frustra descripta sunt, multo tamen  
 hæc erunt splendidiora, breuiora, meliora. Nunc autē  
 ἀπορίῳ, quod me uertam. Volo Dolobellæ ualde desy-  
 deranti placere, nec reperio quid, et simul αἰδέομαι  
 τρωῶς. neq; si aliud quid potero μέμτιν effuge-  
 re. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum.  
 Sed quid hæc leuia curamus? Attica mea obsecro te qd  
 agit? quæ me ualde angit. Sed crebro regusto tuas lite-  
 ras. in his acquiesco. tamen expecto nouas. Brima liber-  
 tus cohæres noster scripsit ad me uelle, si mihi placet, co-  
 hæredes, sed Sabinum Album ad me uenire, id ego pla-  
 ne nolo. hæreditas tanti non est, & tamen obire auctio-  
 nis diem facile poterunt (est enim III Iduū) si me in  
 Tusculano postridie Nonarū mane cōuenerint. qd si  
 Latius uolent proferre diem, poterunt, uel biduū, uel tri-  
 duum, uel, ut uidebitur. nihil enim interest. Quare, ni-  
 si iam profecti sunt, retinebis homines. De Bruto si quid  
 erit, de Cæsare si quid scies præterea, scribes. Illud etiā,  
 atq; etiam consyderes uelim, placeat ne tibi mitti ad  
 Varronem, quod scripsimus, & si etiam ad te aliquid  
 pertinet. nam scito te ei Dialogo adiunctum esse. tertiuū  
 opinor. Igitur consyderemus, etsi nomina iā facta sunt,  
 uel induci, uel mutari possunt. Quid agit obsecro te At-  
 tica nostra? nā triduo abs te nullas acceperā. nec mirū,  
 nemo enim uenerat, nec fortasse cūsa fuerat. itaq; ipse

qd scriberē non habebam, quo autem die has V alerio  
 dabam, expectabam aliquem meorum, qui, si uenisset,  
 & a te quid attulisset, uidebā non defuturum, quid  
 scriberem. Nos cum flumina, & solitudinem sequere-  
 mur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem è Vil-  
 la adhuc egressi non sumus, ita magnos, & assiduos  
 imbres habebamus. Illam Academicen σύνταξιν to-  
 tam ad Varronem traduximus, quæ modo fuit Ca-  
 tuli, Luculli. Hortensij Deinde, quia παρὰ τὸ πρῆπον  
 non uidebatur, quod erat hominibus nota, nō illa qui-  
 dem ἀπαιδευσία sed in his rebus ἀτρεψία. simus  
 lac ueni ad Villā, eosdem illos sermones ad Catonem,  
 Brutumq; transtuli. Ecce tuæ literæ de Varrone. nem-  
 ni uisa est aptior ἀντιοχείαι ratio, sed tamen uelim  
 scribas ad me primum, placeat ne tibi aliquid ad illū.  
 deinde, si placebit, hoc ne potissimum. Quid seruilis-  
 iam ne uenit? Brutus etiā quid agit, et quando? de Cæ-  
 sare quid auditur? Ego ad Nonas, quæ admodum dixi.  
 tu cum Pisone siquid poteris. de Sexto expectabā Ro-  
 ma aliquid, non imperassem igitur aliquid tuis. nunc  
 eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, &  
 quid a Cæsare. sed quid ista, quæ minus curo? Atticæ  
 nostra quid agat, scire cupio, & si tuæ literæ (sed iam  
 nimis ueteres sunt) recte sperare iubent, tamen expe-  
 cto recens aliquid. Vides propinquitus quid habet. nos  
 uero cōficiamus hortos. colloqui uidebamur, in Thysca-  
 lano cum essem, tanta erat crebritas literarum, sed id  
 quidem iam erit. Ego interea admonitu tuo perfecis  
 ne argutulos libros ad Varronem, sed tamen expecto  
 quid ad ea, quæ scripsi ad te. primum quid intellexe-  
 ris eum desyderare



xeris eum desyderare à me, cum ipse homo πολυπρα  
 φώτατος nunquam me laceffisset, deinde quam ζη-  
 λοτυπέιν multo Hortensium minus, aut eos, qui de  
 rep. loquuntur. planè hæc mihi explices uelim. In pri-  
 mis maneas ne in sententia, ut mittam ad eum, quæ scri-  
 psi, an nihil necesse putes, sed hæc coràm. Commodum  
 discesserat Hilarus librarius IIII Calēdarum, cui  
 dederam literas ad te, cum uenit tabellarius cum tuis li-  
 teris pridie datis, in quibus illud mihi gratissimum fuit,  
 quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodq; tu  
 ἀκινδύνα esse scribis. Liguriam, ut uideo, præcla-  
 re authoritas tua commendauit. Scripsit enim ad me  
 Balbus, ac Oppius mirificè se probare, ob eamq; cau-  
 sam ad Cæsarem meam se orationem misisse. Hoc  
 igitur idē tu mihi antea scripseras. In Varrone ista cau-  
 sam non moueret, ne uiderer φιλόδοξος, sic enim  
 constituēbam, neminem includere in dialogos eorum,  
 qui uiuerent, sed quia scribis, et desyderari à Var-  
 rone, et magni illum aestimare, eos confeci, et absolui,  
 nescio quàm bene, sed ita accurate, ut nihil posset su-  
 pra. Academicam omnem quæstionem libris quatuor  
 in eis, quæ erant contra ἀκαταληΐαν præclare  
 collecta ab Antiocho Varroni dedi, ad ea ipse respon-  
 deo. Tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam, et Var-  
 ronem fecissem inter se disputatē, ut à te proximis li-  
 teris admoncor, meum κωφὸν πρόσωπον esset, hoc  
 in antiquis personis suauiter fit, ut et Heraclides in  
 multis, et nos sex de rep. libris fecimus. Sunt etiam de  
 Oratore nostri tres, mihi uehementer probati, in eis  
 quoq; eæ personæ sunt, ut mihi tacendum fuerit, Cras-  
 dd

sus enim loquitur. Antonius Catulus senex. C. Iulius  
 frater Catuli. Cotta, Sulpitius. puero me hic sermo indu-  
 citur, ut nullæ esse possent partes meæ. Quæ autem his  
 temporibus scripsi, aristotelicum morem habent, in  
 quo sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipsum sit  
 principatus. Ita confeci quinque libros περι τέλων, ut  
 Epicurea L. Torquato, Stoiciat M. Antonio περι πα-  
 τριναῦ M. Pisoni daremus. ἀνολότυτον id so-  
 re putaram, quod omnes illi decesserant. Hæc Acade-  
 miat, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contulerat,  
 sanè in personas non cadebant. Erant enim λογισ-  
 τερæ, quàm inutilia de ijs omnia, & iniuria uideren-  
 tur. itaq; ut legi tuas de Varrone tanquam ἐρμῶν  
 arripui. aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ ge-  
 nus, quo ille maxime mihi delectari uidetur, easq; par-  
 ters, ut non sim consecutus, ut superior mea causa uideat-  
 tur. Sunt enim uehementer ἀντιόχεια, quæ dilige-  
 ter à me expressa acumen habent Antiochi. nitore ora-  
 tionis nostrum, si modo is est aliquis in nobis. sed tu dā-  
 dos ne putes hos libros Varroni, etiam, atq; etiam uide-  
 bis. Mihi quædam occurrunt, sed ea coram. à Cæsa-  
 re literas accepi consolatorias datas pridie Calen. Maij  
 Hispali, de urbe augenda. Quid sit promulgatum, nō  
 intellexi. id sanè scire uelim. Torquato nostra officia  
 grata esse facile patior, eaq; augere non desinam. De  
 uxore Tiberonis, & priuigna, neq; possum iam abde-  
 re (est enim res peruulgata) neq; Tiberonem uolo de-  
 fendere. Mirifice est enim φιλάετος. Theatrum  
 quidem sanè bellum habuisti. Ego, & si hoc loco facill-  
 me sustentor, tamen te uidere cupio, itaq; ut consatui,  
 adero. Fratrem

adero. Fratrem credo à te esse conuentum, scire igitur  
 studeo, quid egeris. De fama nihil sanè laboro, etsi scri-  
 pseram ad te tunc stulte. nihil enim melius curandum  
 est, atq; hoc, in omni uita sua quenq; à recta conscien-  
 tia transuersum unguem non oportet discedere. Viden  
 quàm philosophos haud tu nos frustra existimas? Hæc  
 in manibus habere, δεδεῖχθαι te nollem, quod ni-  
 hil erat. Redeo enim rursus eodem. Quicquam ne me  
 putas curare in toto, nisi ut ei ne desim? Id agnoscere li-  
 cet, ut iudicia uidear tenere μὴ γὰρ αὐτοῖς. uellē  
 tam domestica ferre possem, quàm ista contemnerē. Pu-  
 tas autem me uoluisse aliquid, quod perfectum nō sit?  
 Non licet scilicet sententiam suam, sed tamen, quæ tum  
 acta sunt, non possum non probare, & tamen non cu-  
 rare pulchre possum, sicuti facio. sed nimium multa de  
 nugis. Ad Hircium dederam epistolā sane' grandem,  
 quam scripseram proxime in Tusculano. huic quā  
 tu misisti, rescribam aliās. nunc aliās malo. Quid pos-  
 sum de Torquato, nisi aliqd à Dolobella? qđ simulac,  
 continuo scieris. Expectabam hodie, aut ad summum  
 cras ab eo tabellarios, qui simulac uenerint, mittentur  
 ad te. A Quinto expecto. proficiscens enim ē Tuscu-  
 lano VIII Calendarū, ut scis, nisi ad eū tabellari-  
 os. Nunc ad rem ut redeam, Inhibere illud tuum, quod  
 ualde mihi arriserat, uehemēter displicet. Est enī uer-  
 bū totum nauticū, quāquam id qdem sciebam, sed arbi-  
 trabar sustineri remos, cū inhiberi essent Remiges ius-  
 si. id nō esse eiusmodi didici heri, cum ad uillā nostrā  
 nauis appelleretur. Non enī sustinent, sed alio mō remi-  
 gāt, id ab ἐποχῆς remotissimū ē, quare facies, ut ita sit

in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. nec est melius quicquam, quam ut Lucullus sustineat currum, equosq; ut bonus saepe agitator, semperq; Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigae similem facit ἐποχὴν ἐρμώδους. Inhibitio autem remigum motum habet, et uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. Vides quanto hoc diligentius curem, quam aut de Rumone, aut Pollione. De Pansa etiā, siquid certius. credo enim palā factum esse. De Critonio, siquid esset, certe, ne de Metello, & de Balbino. Dic mihi, placet ne tibi primū edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is, qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγοισιν ἐρμώδους. Quid illud? relictum ne existimas quicquam Bruto? cui, te authore προσφωνῶ. Scripsit enim Balbus ad me, se à te quantum de finibus librū descripsisse, in quo non sane multa mutauit, sed tamen quaedam addidi. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris, ne et ἀδωρότατα habeat Balbus, & ἕωλα Brutus. Sed haec hactenus, ne uidear περιμικρὰ σπεύδειν. Et si nunc quidē maxima mihi sunt haec. Quid est enim aliud? Varroni quidē, quae scripsi te authore, ita propero mittere, ut iam Romam miserim describenda. ea si uoles, statim habebis. Scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis, si tu uelles, describendi potestas. ea uero continebis, quoad ipse te uideam. quod diligentissime facere soles, cum à me tibi dictum sit. Quomodo autem fugit me tibi dicere? mirifice Cerelia studio uidelicet philosophiae flagrans, describit à tuis. istos ipsos de finibus habet.

Ego autem

Ego autem tibi cōfirmo (possum falli, ut humanus) eam non habere. nunquam enim ab oculis meis abficerūt, Tantum porro aberat, ut binos scriberent, uix singulos confecerunt. tuorum tamen eo nullum delictum arbitror. Itē quæ te uolo existimare, à me enim prætermisum est, ut dicerem eos exire non dum uelle. Huius quādiu de nugis. De re enim nihil habeo, quod loquar. De Dolobella tibi assentior, cū hæredes, ut scribis, in Thufculano. De Cæsaris aduentu scripsit ad me Balbus nō ante Calendas Sextil. De Attica optime, quod lenius, ac lenius, & quod fert ἀνόλως. Quod autem de illa nostra cogitatioe scribis, in qua nihil tibi credo ea, quæ noui, ualde probo hominem, domum, facultates. quod caput est, ipsum nō noui, sed audio laudabiliora. De Scrofa etiam proxime accedit, siquid hoc ad rem ἀνὲρ σῆπος est etiā, quā pater. Coram igitur, et proposito quidem animo ad probandum. Accedit enim quod patrem (ut scire te puto) plus etiā, quā non modo tu, sed quā ipse scit, amo, idque & merito, & iandiu. De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quædam, sed ea coram. Te autem ἀσμένεστα intexui, faciāque id crebrius. Proximis enim tuis literis primum te id non nolle cognoui. De Marcello scripserat ad me Cassius antea τὰ κατὰ μέρος. Seruius rem acerbam. Ad prima redeo. Scripta nostra nusquā malo esse, quā apud te, sed ea timui foras dari. cum utriusque nostrum uidebitur. Ego & librarios tuos culpa libero, neque te accuso, & tamen aliud quiddam ad te scripseram. Cereham quædam habere, quæ nisi à te non potuerit.

Balbo quidem intelligebam satisfaciendum fuisse, tantum nolebã, ut aut ob solutum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simulac te uidero (si tibi uidebitur) mittam. Quid autem dubitarim, cum uidero te, scies, Ad Tribunos quod appelles, ualde probo. te de prædio Auicæ exerceri, moleste fero. De Bruto nostro perodiosum, sed uita fert. Mulieres autẽ uix satis humane, quæ inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium scribam nihil fuit, quod appellares, nam tibi mandassem, si fuisset. Nihil enim est apud eum positum nomine uoti, sed est quiddam apud illum meum. Id ego in hanc rem statui conferre. Itaq; tibi recte dixi, ubi esset, & tibi ille recte negauit. hoc quoq; ipsum continuo adoriamur. locum hominibus non sanè probo, quod est desertior, sed habet *ἀλοζία*. Verum hoc quoq; ut censueris, quippe qui omnia. Ego, ut constitui, adero, atq; utinam tu quoq; eodem die, sin (quid enim multa) utiq; postridie. etenim coheredes aquis sine te opprimè malitia est. alteris iam literis nihil ad me de Atticæ, sed id quidem mihi in optima spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem. at tu & illi, & Pyliæ plurimam. nec me tamen irasci iudicatis. Epistolã Cæsaris misi, si minus legisses. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo uespertinis. Brutus malle me accerseret, nam & æquius erat, cum illi iter instaret & subitum, & longum. & mehercule nunc, cum ita simus affecti, ut nõ possimus planè simul uiuere. Intelligis enim profecto quo maxime posita sit *σιβήωσις*. Facile patiebar nos potius Romæ unã esse, quàm in Tusculano. Libri ad Varronem non morabantur,

morabantur, sunt enim defecti, ut uidisti, tantum men-  
 da librariorum tolluntur. De quibus libris scis me du-  
 bitasse, sed tu uideris. Item quos Bruto mittimus, in ma-  
 nibus habent librarij. mea mandata (ut scribis) expli-  
 ca, quanquã ista retentione omnes, ut ait ei Trebatius,  
 quid tu istos putas? Nosti domum, quam confice *δωκῶς*  
 Incredible est, quã ego ista non curẽ, omni tibi asse-  
 ueratione affirmo, quod mihi credas uel m, mihi maio-  
 ri offensione esse, quã delectationi posse sũculas me-  
 as. Magis enim doleo, me non habere cui tradam, q̃ ha-  
 bere, qui utar. Atq; illud Trebatius se tibi dixisse nar-  
 rabat. Tu autem ueritus es fortasse, ne ego inuitus audi-  
 rem. fuit id quidem humanitatis, sed mihi crede, iam  
 ista non curo. Quare da te in sermonem, et persecat. et  
 confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo sceua lo-  
 qui putes. Ne existimes, qui non debita consecrari sole-  
 ant, quod debeat remissuros. De die tantum uideto,  
 Et id ipsum bono modo. Quid est hoc, quod Hermoge-  
 nes mihi Clodius Andromedem sibi dixisse, se Cicero-  
 nem uidisse Corcyrae. Ego enim audita tibi putaram.  
 nil igitur, ne ei quidem literarum? an non uidit? Fa-  
 cies ergo, ut sciam. Quid tibi ego de Varrone rescri-  
 bam? Quatuor *διὰ τῆς παρ* sunt in tua potestate.  
 quid egeris, id probabo, nec tamen *αὐτῶν οὐ μὲν τῶν αὐτῶν*.  
 Quid enim? sed ipsi quã res illa probaretur, ma-  
 gis uerebatur, sed quoniam tu suscipis in alteram aurem  
 de retentione, rescripsi ad tuas accurate literas scriptas.  
 Conficies igitur, Et quidem sine ulla dubitatione, aut  
 retractione. hoc fieri Et oportet, Et opus est. De  
 Andromene, ut scribis, ita putaram, scripsisses enim

mihi quæ didicisses. tu tamen ita mihi de Bruto scribis,  
 ut de te nihil. quando autem illum putas? Nam ego Ro-  
 mam pridie Iduum. ita uolui Bruto scribere, sed quoni-  
 am tu te legisse scribis, fuit fortasse ἀσπεύσας me  
 ex tuis literis intellexisse, nolle eum me, quasi prosequē-  
 di sui causa Romam nunc uenire. sed quoniam iam ad-  
 est meus aduentus, fac quæso, nequid eum Idus im-  
 pediant, quo minus suo commodo in Tusculano sit.  
 Nec enim ad tabulam eum desyderaturus eram. In ta-  
 li enim negotio cultu unus non satis es. sed ad testamen-  
 tum uolebam, quod iam malo alio die, ne ob eam cau-  
 sam Romam uenisse uidear. Scripsi igitur ad Brutum id  
 illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. Velim er-  
 go totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ul-  
 la Bruti commodum impediamus. Sed quid est tandē,  
 quod perhorrescas? Quia tuo periculo iubeā libros da-  
 ri Varroni. etiam nunc si dubitas, fac, ut sciamus. Nihil  
 enim est illis elegantius. uolo Varronem, præsertim  
 cum ille desyderet, sed est, ut scis *ἀγρός ἀνὴρ τὰ χυμὰ  
 καὶ ἀνὰ κτίον ἀντιώτρο.* ita mihi sæpe occurrat. uultus  
 eius est querentis fortasse uel hoc, meas partes in his  
 libris copiosius defensas esse, quàm suas, quod meheret-  
 le intelliges non esse, si quando in Eperrum ueneris, nã  
 nunc Alexionis epistolis cedimus, sed tamen ego nõ de-  
 spero probatumiri Varroni, et id, quoniam impensam  
 fecimus in Macrocolla, facile patior teneri, sed etiã, atq;  
 etiam dico, tuo periculo fiet. Quare, si addubitas, ad  
 Brutum transeamus. est enim is quoque Antiochius.  
 O Academiam uolaticam, et sui similem, modo huc,  
 modo illuc, sed quæso epistola mea ad Varronem ual-  
 de ne tibi



de ne tibi placuit? Male mihi sit, si unquam quicquam tam enitar. ergo ego, ne Tironi quidem dictavi, qui totas *περιοχὰς* persequi solet, sed Spinthero syllabatim. De Virgilij parte ualde probo, sic ages igitur. equidem id erat primum, et maximum Clodiæ. Quod si neutrum, metuo, ne turbem, et irruam in Drusum. intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. Quid uis enim potius, quam ut non hac æstate absoluat. ego, ut tempus est, nostrum locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam a sturæ. Sed quia qui mecum sunt, credo, quod moestitiam meam non ferunt, domum properant. Et si poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscor hinc, ne relictus uidear. Quod autem Lanuuius? coner equidem in Tusculanum, sed faciam te statim certiore. Tu literas conficies. Equidem incredibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus, nihil est enim somni. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem, tibi enim placebat, quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares, ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere, sed id quidem, ut tibi uidebitur, mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuuius, nisi forte Romam, sed cras scies. Epistolam ad Cæsarem. nobis uero semper rectissime placuit, ut isti ante legerent. aliter enim fuisset, et in hos officiosi, et in nosmet ipsos, si illum offensuri fuimus, penè periculosi. Isti autem ingenue, mihiq; gratum, quod quod sentirent, non reticuerunt. illud uero uel optime, quod ita multa mutari uolunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit, quanquam de parthico bello quod spectare debui, nisi

quod illum uelle arbitrabar? Quod enim aliud argu-  
mentū epistolæ nostræ, nisi Collatia fuit? An, si ea, quæ  
optima putaræ, suadere uoluissæ, oratio mihi defuisset?  
Totis his igitur literis nihil opus est. Vbi enim  
ἐπιτοῦμα magnum nullum fieri possit ἀπὸ τοῦμα,  
uel non magnum molestum futurum sit, quid opus est  
παράκεινδονδεν? præsertim cum illud occurrat, il-  
lum cum antea nihil scripserim existimaturum me, ni-  
si toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. Atq; etiã  
uereor, ne putet me hoc quasi Catonis μείλιγμα esse  
uoluissæ. Quid quæris? Valde me pœnitebat, nec enim  
in hac quidem re quicquam magis, ut uellem, accidere  
potuit, quàm quod σπουδὴ nostra non est proba-  
ta. Incidissæm etiam in illos. in eis in cognatum tuum.  
Sed redeo ad hortos. Planè illuc te ire nisi tuo magno  
commodo nolo. Nihil enim urget. quicquid erit, oper.ū  
Faberio ponamus. De die tamen auctiõnis, siquid scies,  
eum, qui è Cumanouenerat, quod & planè ualere  
Atticam nuntiabat, & literas se habere aiebat, statim  
ad te misi. Hortos quoniam hodie eras inspecturus, qd  
uisum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem, cum ue-  
nerit. De epistola ad Cæsarem (iurato mihi crede) non  
possum. Nec me turpitude deterret, etsi maxime debe-  
at. quàm enim turpis est assentatio, cum uiuere ipsam  
turpe sit nobis? sed, ut cœpi, non me hoc turpe deterret,  
ac uellem quidem (essæm enim, qui esse debebam) sed  
in mentem nihil uenit. Nam quæ sunt ad Alexandrum  
hominum eloquentium, & doctorum suasiones, uides  
quibus in rebus uersentur. Adolefcentem incensum cu-  
piditate uerissimæ gloriæ, cupientem sibi aliquid con-

filij dari, quod ad laudem sempiternam ualeret, cohor-  
 tamur. Ad decus non deest oratio. Ego quid possum? ta-  
 men nescio quid è quercu exculpseram, quod uideretur  
 simile simulacri. In eo quod nonnulla erant paulo me-  
 liora, quàm ea, quæ fiunt, & facta sunt, reprehendun-  
 tur, quod me minime poenitet. Si enim peruenissent istæ  
 literæ (mihi crede) nos poeniteret. Quid tu? Non uides  
 ipsum illum Aristotelis discipulū summo ingenio, sum-  
 ma modestia, posteaquam Rex appellatus sit, superbū,  
 crudelem, immoderatum fuisse? Quid tu hūc de pom-  
 pa Quirini contubernalem his nostris moderatis epi-  
 stolis lætaturum putas? Ille uero potius non scripta de-  
 syderat, quàm scripta non probet. Postremo, ut uolet.  
 Abijt illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam  
 πρόβλημα ἀρχιμύθειον. multo mehercule magis  
 nunc opto casum illum, quem tum timebam, uel quem  
 libebit, nisi quid te aliud impedit, & mihi optato ue-  
 neris. Nicias à Dolobella in magno opere arcessitus. Le-  
 gi enim literas, etsi inuito me, tamen eodem me authore  
 profectus est. Hoc manu mea. Cū quasi alias res quæ-  
 rerem de philologis è Nicia, incidimus in Talenam, il-  
 le de ingenio nihil nimis modestum & frugi, sed hoc  
 mihi non placuit. Se scire aiebat ab eo nuper peti-  
 tum Cornificiam. Quinti filiam uetulam sanè, &  
 multarum nuptiarum non esse probatam mulieri-  
 bus, quod ita reperirent rem non maiorem DCCC.  
 Hoc putauit te scire oportere. De hortis ex tuis literis  
 cognoui, & Chrysippe in uilla. cuius insulsitatem be-  
 nenoram. uideo nihil, aut paucam, aut ad balnearia,  
 tamen laudat maiora de minoribus, ait hyberna effici

posse. Tecta igitur ambulatiuincula addenda est, quæ  
 ut tantam faciamus, quantam in Thusculano fecimus.  
 propè dimidio minoris cõstabit isto loco. Ad id autem,  
 quod uolumus ἀφ' ἰδρυμα. nihil aptius uidetur, quæ  
 lucus, quem ego noram, sed celebritatem nullam tum  
 habebat, nunc audio maximam. Nihil est, quod ego ma-  
 lim. In hoc τὸν τύπον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον.  
 Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat,  
 noli quaerere quanti. Othonem uincas uolo, nec tamen  
 insaniturum illum puto. nosse enim mihi hominem ui-  
 deor. Ita male autem audio ipsum esse tractatum, ut mi-  
 hi ille emptor nõ esse uideatur. Quid enim pateretur?  
 Sed quid argumentor? Si Faberium explicas, emanus  
 uel magno. sin minus, ne paruo quidem possumus. Clo-  
 diam igitur, à qua ipsa ob eam causam desyderare ui-  
 deor, quod et multo minoris sunt, et Dolobellæ nomen-  
 nam expeditum uidetur, ut etiam re præsentatione con-  
 cludã. De hortis satis. cras aut te, aut causam, quæ qui-  
 dem futuram Faberianam, sed si poteris. Ciceronis epi-  
 stolam tibi remisit. O te ferreum, qui illius periculis nõ  
 moueris. me quoq; accusat. Eam epistolam tibi misit, &  
 illam alteram de rebus gestis eodem exemplo puto. In  
 Cumanum hodie misit tabellarium, ei dedi tuas ad Ve-  
 storium, quas Farnaci dederas. Commodum ad te mi-  
 seram Demeam, cum Heros ad me uenit, sed in eius epi-  
 stola nihil erat noui. nisi auetionem biduum. ab ea igitur  
 tuer, ut scribis, & uelim confecto negotio Faberiano,  
 quem quidem negat Heros hodie. cras mane putat, à  
 te colendus est. Ista autem κολάζειν non longe ab-  
 sunt à scelere. ut spero perendie. Si cunde potes, erues.

Qui decem legati Mumio fuerunt Polybius non nomi-  
 nat. Ego memini Albinum Consulare, & Sp. Mum-  
 um uideor audisse ex Hortensio Tuditano, sed in Li-  
 bonis Annal. XIII annis post Praetor est factus  
 Tuditanus, quam Consul Mumius non sanè quadra-  
 tulo aliquem olympia, aut ubi uisum πολιτικὸν σύλ-  
 λογον more Dicæarchi familiaris tui. V Calenda-  
 rum, mane accepi à Demea literas pridie datas, ex qui-  
 bus aut hodie, aut cras te expectare deberē. Sed, ut opi-  
 nor, idem quoq; ego, qui expecto tuum aduentum, mora-  
 bor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum ne-  
 gocium, etiam si est futurum, ut non habeat aliqd mo-  
 ra. cum poteris igitur quoniam, etiam dum abes. Dicæ-  
 archi quos scribis libros, sanè uelim mihi mittas, ad-  
 das etiam καταβάσιως. De epistola ad Cæsarem  
 κελτικὰ, atq; id ipsum, quod isti aiunt illum scribe-  
 re, se nisi constitutis rebus non iturum in Parthos. idem  
 ego semper suadebā in illa epistola, me utrum libe-  
 ret, facere posset authore. Hoc enim ille expectat ui-  
 delicet, neq; est factururus quicquam, nisi de meo consilio.  
 Obsecro abijciamus ista, & semiliberi saltem simus, qđ  
 assequemur & tacendo, et latendo. Sed aggredere O-  
 thonem, ut scribis. Confice mi Attice istam rem. Nihil  
 enim aliud reperio, ubi & in Foro non sim, & tecum  
 esse possim. Quanti autem hoc mihi uenit in mentem.  
 C. Albanus proximus est uicinus. Is CC iugera de  
 M. Pilio emit, ut mea memoria est. HS CXII omnia  
 scilicet nunc minoris, sed accedit cupiditas, in qua præ-  
 ter Othonem non puto nos ullum aduersarium habi-  
 turos, sed cum ipsum tu poteris monere. facilius etiam

si Canum haberes. O gulam insulsam. pudet me patris. Rescribes, siquid uoles. Alteram à te epistolam cui hodie accepiſſem, uolui te mea uinà contentum. Tu uero age, quod ſcribis de Faberio. In eo enim totum eſt poſitum id, quod cogitamus, quæ cogitatio ſi non incidiffet (mibi crede iſtuc, ut cætera) non laborarem. Quà ob rem (ut facis) iſtuc enim addi nihil poteſt) urge, inſta, perſice. Dicæarchi περι τυχῆς utroſq; uelim mittas, & καταβάσεως πολιτικῶν non inuenio in epistola eius, quam ad Ariſtoxenim miſit. tres eos libros maxime nunc uellem, apti eſſent ad id, quod cogito. Torquatus Romæ eſt, iuſſi, ut tibi daretur. Catulum, et Lucullum, ut opinor, à te a. His libris noua præmia ſunt addita, quibus eorum uterq; laudatur. Eas literas uolo habeas, & ſunt quædam alia. & quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexi. credo, quia διὰ σήμερον ſcripſeram. De C. Tuditano enim quærebã, quem ex Hortenſio audieram fuiſſe in decem. eum uideo in Libonis Prætozem L. Popilio P. Rupilio Coſſ. annis XIII ante, quàm Prætor factus eſt. Legatus eſſe potuiſſet, niſi admodum ſerò Quæſtor eſt factus, quod non arbitror. Video enim Curules magiſtratus eum legitimis annis perſicæ cœpiſſe. Poſthumum autem, cuius ſtatuum in Iſthmo meminiſſe dicis, ſciebam fuiſſe. is autem eſt, qui cum Lucullo fuit, quem tu mihi addidiſti. Sane ad illum σύλλογον perſonam idoneam. Videbis igitur, ſi poteris, cæteros, ut poſſimus τῶν σαι καὶ τοῖς προσώποις negligentiam miram. Semel ne putas mihi dixiſſe Balbium, & Faberium profeſſionem relatam? quin etiã eorum iuſſu miſerim, qui

profiteretur. ita enim oportere dicebant. Professus est  
 Philotimus libertus. Nosta credo librarium, sed scribis  
 & quidem confectum. Ad Faberium, ut tibi placet, li-  
 teras misi. cum Balbo autem puto te aliquid fecisse. HS  
 in Capitolio. in Virgilio mihi nulla est *δύωρτα*.  
 nec enim eius causa sanè debeo. Etsi emero, quid erit,  
 quod postulet? Sed uidebis, ne is, cum sit in Africa, ut  
 Coelius. De nomine tu uidebis cum Cuspio, sed, si Plan-  
 cus destinat, tum haberes difficultatem. Te ad me ueni-  
 re uterq; nostrum cupit, sed si ista res nullo modo relin-  
 quenda est. Othonem, quod speras posse uinci, sanè be-  
 ne narras. De aestimatione, ut scribis, cum agere coepe-  
 rimus, & si nihil scripsit, nisi de modo agri. Cū Pisonē  
 siquid poterit. Dicæarchi librum accipies *ναταβάριος*  
 ex pecto. negocium dederis. Reperies ex eo libro, in quo  
 sunt Senatus consulta Cn. Cornelio, & L. Cos. de Tu-  
 ditano autem, quod putas *ἀλλογέιν* est, tum illum, qui fuit  
 it ad Corinthum. Non enim temere dixit Hortensius  
 ad Quæstorē. Tr. Mil. idq; potius fuisse credo. Sed tu  
 de Antiocho scire poteris. Vide etiā quo anno Q. An-  
 Tr. Mil. fuerit, siue utrum eadē in Prætura, aut in Cō-  
 tubernio fuerit, modo fuerit in eo bello. De Varrone lo-  
 quebamur. Lupus in fabula uenit enim ad me, & qui-  
 dem id temporis, ut retinendus esset, sed ego ita egi, ut nō  
 scinderem penulam. memini enim tui, & multi erant,  
 nosq; imparati. Quid refert? Paulo post C. Capito cū  
 T. Carrinate. Horum ego uix attigi penulam, tamen re-  
 manserunt, cecidit belle. Sed casu sermo à Capitone de  
 urbe augenda à ponte Miluio ad Tyberim, pauci se-  
 cundum montes Vaticanos. Campum Martium tum

ædificari. Illum autem Campū Vaticanum fieri quasi  
 Martium Campum. Quid ais inquam? At ego ad ta-  
 bulam, ut si recte possem Scapularios hortos. caue facias  
 inquit, nam ista lex perferetur. Vult enim Cæsar au-  
 dire me. Facile passus sum, fieri autem moleste fero.  
 Sed tu quid ais? quanquam quid quæro? Nosti diligen-  
 tiam Capitonis in rebus nouis perquirendis, non con-  
 cedit Camilio. Facies igitur me certiorē de Idibus. Ista  
 enim me res adducebat, eō adiunxeram cæteras, quas  
 conse qui tamen biduo, aut triduo post, facile potero. Te  
 tamen in tua re confici minime uolo. quin etiam Diony-  
 sio ignosco. De Hircio quod scribis, feci, ut ei liberum  
 esset, quod ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri  
 Idibus Maij eius opera mihi nihil opus esse. Asturam  
 ueni VIII Calendarum Iulij. uitandi enim caloris  
 causa Lanuuij tres horas acquieueram. Tu uelim, si  
 graue non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc ue-  
 niendum sit. Id potes per Egnatium Maximum. Illud  
 in primis cum Publio me penē absente conficies, de quo,  
 quæ fama sit, scribes. Id populus curat scilicet. non mer-  
 cedem, arbitror, etenim hæc decantata erat fabula, sed  
 complere paginam uolui. Quid plura? Ipse enim ad-  
 sum, nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.  
 O rem indignam. Gentilis tuus urbē auget, quam hoc  
 biennio primum uidit, et ei parum magna uisa est,  
 quæ etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur ex-  
 pecto literas tuas. Varroni scribis, te simulac uenerit,  
 ei daturū. Dati igitur iam sunt, nec tibi integrum est.  
 Hui si scias quanto periculo tuo. Fortasse literæ meæ  
 te retardarunt, si eas non dum legeras, cum has proxi-  
 mas scripsisti.



mas scripsisti. Scire igitur aueo quomodo res se habeat. De Bruti amore, uestrâq; ambulatione, & si mihi nihil noui affers, sed idem, quod sæpe, tamen hoc audio libentius, quo sæpius, eoq; mihi iucundius est, quod tu eo letaris, certiusq; eo est, quod à te dicitur. has alteras hodie literas. De Xenonis nomine, et de Epiroticis XL nihil potest fieri nec commodius, nec aptius, quàm ut scribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. noui nihil sanè, nisi Hircium, cum Quinto acerri me pro me litigasse, omnibus eum locis facere, maximeq; in conuiujs, cum multa de me diceret, cum rediret ad patrem. Nihil autem habeo tam ἀξιοπίστος dici, quàm alienissimos nos esse à Cæsare. fidem nobis habendam non esse, me uero etiam cauendum φοβερὸν ἦν, nisi uiderem scire Regem, me animi nihil habere. Ciceronem uero meum uexari, sed id quidem arbitrato tuo. Laudationem Porciæ gaudeo me ante dedisse Leptæ tabellario, quàm tuas acceperim literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis, si modo mittetur, isto modo mittendâ Domitio, et Bruto. De Gladiatoribus, de cæteris, quæ scribis ἀνευφορίαι, facias me quotidie certiores uelim, si tibi uidetur, appelles Album, & Offilium. De auctione proscribenda, equidem locutus sum cum Balbo. Placebat Publio conscripta habere Offilium omnia. Habet et Balbus, sed Balbo placebat propinquum diem, et Romæ, si Cæsar moraretur, posse in diem tertium differre. Sed is quidem adesse uidetur. Totum igitur consydera. placet enim Vestorio. Vale. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo, & opera exarauui nescio quid ad te, & ante

Lucem dedi. deinde cum somno repetito simul cum sole  
 ex perectus essem, datur mihi epistola à sororis tue fi-  
 lio, quã ipsam tibi misi, cuius est principium, non sine  
 maxima contumelia, sed fortasse  $\epsilon\upsilon\iota\pi\epsilon\sigma\theta\epsilon\upsilon\epsilon\upsilon$ . Est  
 autem sic. ego enim non probo quicquid non belle in te  
 dici potest. posse uult in me multa dici non belle, sed ea  
 se negat approbare, hoc quicquam potest esse impuri-  
 us? Iam cætera leges (nisi enim ad te) iudicabis q; Brit-  
 ti nostri quotidianis, assiduis q; laudibus, nequas ab  
 eo de nobis haberi permulti mihi renuntiauerunt, com-  
 motum istum aliquando scripsisti aliquid ad me. cre-  
 do, & ad te, idq; ut sciam, facies, nam ad patrem de me  
 quid scripserit, nescio. de matre quam pie, uoluerã in-  
 quam, ut quam plurimum tecum essem. conduci mihi do-  
 mum, & id ad te scripserã, neglexisti. Ita minus mul-  
 tum unã erimus, nam ego istam domum uidere non pos-  
 sum. qua de causa scis. hanc autem causam pater odium  
 matris esse dicebat. Nunc me iuua mi Attice consilio  $\pi\acute{\alpha}$   
 $\tau\epsilon\rho\nu\ \phi\alpha\nu\epsilon\rho\acute{\omega}\varsigma\ \eta\ \sigma\kappa\omicron\lambda\iota\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\alpha}\ \pi\acute{\alpha}\tau\epsilon\alpha\varsigma$  id est utrum aperte  
 hominem asperner, ac respuã  $\eta\ \sigma\kappa\omicron\lambda\iota\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\alpha}\ \pi\acute{\alpha}\tau\epsilon\alpha\varsigma$ , ut  
 enim Pindaro, sic  $\delta\iota\ \chi\alpha\mu\omicron\iota\nu\acute{o}\varsigma\ \acute{\alpha}\ \tau\rho\epsilon\upsilon\kappa\iota\varsigma\ \delta\ \pi\acute{\alpha}\nu$ . o-  
 mnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse tem-  
 poribus. Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi  
 persuasum puto. Equidem uereor maxime, ne in Thu-  
 sculano opprimar. In turba hæc essent facilia. Vtrũ  
 igitur Asturæ, quo' Cæsar subito? Iuua me quaeso consi-  
 lio. utar eo, quod tu decreueris. O incredibilem uanita-  
 tem, ad patrem domo sibi carendum propter matrem  
 plenam pietatis. Hic autem iam languescit, & ait tibi  
 illum iure iratum, sed utar tuo consilio.  $\sigma\kappa\omicron\lambda\iota\acute{\alpha}$  enim  
 tibi uideo

tibi uideo placere. Romam, ut censes, ueniam, sed inui-  
tus. ualde enim in scribendo hæreo. Brutum inquis?  
eadem scilicet, sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret.  
Nec enim inde uenit, unde mallet, neq; diu fuit, neq;  
ullam literam ad me, sed tamen scire auco, qualis ei to-  
tius itineris summa fuerit. libros mihi, de quibus ad te  
ante scripsi, uelim mittas, & maxime *φύσιν*. Ita  
ne nuntiat Brutus illum ad bonos uiros *δυναμίαια*,  
sed ubi eos? nisi forte se suspendit. Hic autem, ut fultum  
est. ubi igitur *φιλοτέκνιμα* illud tuum, quod ui-  
di in parthenoncala, & Brutum. Sed quid faciat? illud  
optime, sed ne is quidem, qui omnium flagitiorum au-  
thor. bene de nostro. At ego uerebar, ne etiam Brutus  
eum diligeret. Ita enim significarat his literis, quas  
ad meas. At uellem aliquid degustasse de fabulis, sed  
coram, ut scribis. Et si quid mihi author es, aduolo ne,  
an maneo? Equidem & in libris hæreo, & illum hic  
excipere nolo, ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa  
Acrimonia mirum, quam inimicus ibat, ut ego ob-  
iurgarem, sed ego ipse *Itaq; post fac.*  
tu tamen uide quid de aduentu meo censeas, & *τὰ*  
*ἄλλα*. cras, si perspicui potuerint, mane statim, ut sci-  
am. Ego uero Quinto epistolam ad sororem misi, cum  
ille quereretur filio cum matre bellum, & se ob eam  
causam domo cessurum filio diceret. Dixi illum commo-  
das ad matrem literas, ad te nullas. ille alterum mira-  
batur. de te autem suam culpam, quod sæpe grauius  
ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. Quod  
autem relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis  
*εὐολιὰς ἀπάτας* significanti me non fore, tum  
cc ij

enim mentio Canai. Omnino, si id consilium placeret, esset necesse, sed, ut scribis, ratio est habenda grauitatis, & utriusq; nostrum idem consilium esse debet, et si in mea grauiores iniuriæ, et certe notiores. Si uero etiã Brutus aliquid afferret, nulla dubitatio est, sed hæc coram. Magna enim res, et multæ cautionis. Cras igitur, nisi quid à me comeat. Venit ille ad me *ναὶ μάλα κατηφής*. Et ego *οὐ δέ τι σὺννός*? Rogas inquit, quod iter instet, est iter ad bellum, idq; tum periculosum, tum etiam turpe. Quæ uis igitur inquam? æs alie num, & tamen, ne uaticum quidem. Hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia. Nam tacui, & ille, sed me maxime angit auunculus. Quidnã inquam? Quod mihi inquit iratus est. Cur pateris inquam? Malo eniã ita dicere, quã cur committis. Non patiar inquit. *καὶ* sam enim tollam, at ego rectissime quidem. Sed, si graue non est, uelim scire, quid sit *αὐτοῦ*. Quia, dum dubitabam, quam ducerem, non satisfaciebam matri. Ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est. Faciam, quod uolūt. Feliciter uelim inquam, teq; laudo. sed quando? Nihil ad me inquit de tempore, quoniam rem probat. Ego inquam sentio prius, quam proficiscaris. ita patri quoque morem gesseris. Faciam inquit, ut censes. Hic dialogus sic conclusus est. sed heus tu. diem meum scis esse III Nonarum Ianuarij. Aderis igitur. Scripseram iam. ecce tibi. orat Lepidus, ut ueniam. opinor aut gures nihil habere ad templum afflandum. Fatur *μὴ ἀσκόπος*. Videbimus te igitur. Ego uero utar prorogatione diei, tuq; humanissime fecisti, qui me certiozem feceris, atq; ita, ut eo tempore acciperem literas, quo non expectarem.

expectarem. Tuq; ut ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quaedam agenda Romæ, sed consequemur bi duo. Post suaves tuas literas, etsi acerba pompa, ueruntamen scire omnia non acerbum est, uel de tota. Populum uero præclarum, quod propter malum uicium, ne uictoria quidem plauditur. Brutus apud me fuit, cui quidē ualde placebat, me aliquid ad Cæsarem. Admueram, sed pompa uidet, tu tamen ausus es Varroni dare. Expecto quid iudicet. quando autem perleget? De Attica probo. est quiddam etiam animum leuari tum spectatione, tum etiam religione opinionis, & fama. Cottam mihi uelim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Cæsarem. Brutus mihi Titi Ligarij uerbis nūctauit, quod appelletur L. Cursidius in oratione Ligariana erratum esse meum, sed ut aiunt μνημονικὸν ἀμαρτημα. sciebam Cursidium pernecessarium Ligarij, sed eum uideo ante esse mortuum. Da igitur quæso negocium Pharnaci, Antæo, Saluo, ut id nomen ex omnibus libris tollatur. Fuit apud me Lamia post discessum tuum, epistolamq; ad me attulit nussam sibi à Cæsare, quæ, quanquam ante data erat, q̄ ille Dioclarne, tamen planè declarabat illum ante ludos romanos esse uenturum, in qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, ne ue committeret, ut frustra ipse properasset. Prorsus ex his literis non uidebatur esse dubium, quin ante eam diem uenturus esset. Itemq; Balbo, cum eam epistolam legisset, uideri Lamia dicebat. dies feriarum mihi additos uideo, sed quàm multos, fac, si me amas, sciam. De Babio poteris, & de altero uicino Egnatio. Quod me hortaris, ut eos dies con-

sumam in philosophia explicanda. currentem tu quidem, sed cum Dolobella uiuendum esse istis diebus uides. Quod, nisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire. Lamma quidem à Balbo ( ut uidebatur ) audiuerat, multos nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum diuidi. magnum pondus argenti, auctionem, præter prandia, primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me uelim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentio rem, nec officiosiore m facile delegissem Vestorio, ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis uidetur. Tu quid dicis? Vnum enim pungit, ne negligentiores esse uideamur. Expectabo igitur tuas literas. Pollex quidem, ut dixerat, ad Idus Sextil. ita mihi Lanuuij pridie Idus præstò fuit, sed planè Pollex, non index, cognosces igitur ex ipso. Balbum conueni. Lepta enim de sua ui in Curionem laborans, me ad eum perduxerat. meo autem Lanuuij, quod Lepido tradidit, ex eo hoc primum. paulo ante acceperam eas literas, in quibus magnopere confirmat ante ludos romanos. Legi epistolam. multa de meo Catone, quem sæpiissime legendo se dicit copiosiore factum. Bruti Catone lecto se sibi uisum disertum. ex eo cognoui Cretionem, testibus præsentibus sexaginta diebus. metuebam, ne ille arcesendus esset. Non committendum est, ut meo iniussu cerнат. Idem igitur Pollex etiam de hortis Cluuijanis egit cum Balbo liberalius. se enim statim ad Cæsarem scripturum. Cluuium autem Attico Hordeonio legare, &

Terentiae HS LIII utilia, & sepulchro, multisq;  
 rebus nihil à nobis, sub accusa quaeso Vestorium.  
 Quid minus probandum, quàm Plocium unguenta-  
 rium. per suos pueros, omnia tanto ante Balbo. illum  
 mi Attice ne per meos quidem deos mihi doleo, dilexi  
 hominem. Quintum delegabo, siquid aeri meo alieno  
 superabit, & emptionibus, ex quibus mihi etiam aēs  
 alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil scio.  
 Vestorium nil est, quod accuses. Iam enim ob signata  
 hac epistola, noctu tabellarius noster uenit, & ab eo  
 literas diligenter scriptas attulit, & exemplum testa-  
 menti. Posteaquam abs te Agamemnon, ut uenire (nam  
 id quoque fecissem, nisi Torquatus esset) sed, ut scribe-  
 rem, fecit. omisi ea, quae in manibus habebam, abieci,  
 quod iusseras edolauit. Tu uelim è Pollice cognoscas ra-  
 tiones nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis il-  
 lum, qualiscunque est, hoc primo anno egere. post mo-  
 derabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, ut  
 ille cernat. plane Puteolos non fuit eundem, cum ob-  
 ea, quae ad te scripsi, tum quod Caesar adest. Dolobella  
 scribit, se ad me postridie Iduum. O magistrum mole-  
 stum. Lepidus ad me heri uespere literas misit Antio,  
 nam ibi erat, habet enim domum, quam nos uendidi-  
 mus. Rogat magnopere, ut sim Calendis in Senatu,  
 me & sibi, & Caesari uehementer gratum esse factu-  
 rum. puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortas-  
 se aliqd Oppius. Balbus est aeger. Sed tamen malim ue-  
 nire frustra, q̄ desiderari, si opus esset moleste ferre po-  
 stea. utaq; hodie Antij, cras ante meridiem domi. Tu ue-  
 lim sis (nisi te impediisti) apud nos pridie Calendaris

cum Pylia. Te spero cum Publio confecisse, eque Calen-  
 dis in Thuscularum recurram. Me enim absente o-  
 nia cum illis transigi malo. Quinti Fratris epistolam  
 ad te misi non satis humane illam quidem respondentem  
 meis literis, sed tamen, quod tibi satis sit, ut eque exi-  
 stimo, tu videbis. Heri nescio quid in strepitu uideor  
 exaudisse, cum diceres te in Thuscularum uenturum,  
 quod utinam iterum, utinam tuo tamen commodo. Le-  
 pta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram. Mortuus  
 enim Babulius. Caesar opinor ex uincia, & si nihil ad-  
 huc, sed Lepa ex Triente. Veretur autem, ne non liceat  
 tenere hereditatem ἀλόγως omnino, sed ueretur ta-  
 men. His igitur, si acierit, accurram. sin minus ante, &  
 necesse erit, tu Policem, cum poteris. Laudationem Por-  
 cia tibi misi correctam, ac eo properaui, ut, si forte aut  
 Domitio filio, aut Bruto mitteretur. Id, si tibi erit com-  
 modum, magno opere cures uelim, et uelim Marci Var-  
 ronis, & Ollij mittas laudationem, Ollij utiq; nam il-  
 lam legi. Volo tamen regustare. Quaedam enim uix  
 mihi credo legisse. Atticæ primum salutem, quam equi-  
 dem Rure esse arbitror. Multam igitur salutem & Py-  
 liae. De Tigellio si quid noui, qui quidē, ut mihi Gallus  
 Fabius scripsit, μὲ μὴ ἄναρ ἔπει mihi quādam  
 iniquissimam, me Ephameæ defuisse, cū eius causam re-  
 cepissem, quam quidem receperā contra pueros. Octa-  
 uius Cn. F. non libenter, sed Ephameæ causa uolebam.  
 erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te  
 mihi pollicitus, si quid opus esset. Quod ego perinde tue-  
 bar, ac si usus essem. Is ad me uenit, dixitq; iudicē ope-  
 ram dares, ibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio no-  
 stro lege



stro lege pompeia in cōsiliū iri necesse erat. Scis enim dies illorum iudiciorum præstitutos fuisse. Respondi nō ignorare eum, quid ego deberem scire, quem uellet alium diē, si sumpisset, me ei non defuturum. Ita tum ille discessit iratus, puto me tibi narraſſe. Non laboraui ſcilicet, nec hominis alieni iniuſtiſſimam iracundiam mihi curandā putauī. Gallo autem narraui, cum proxime Romæ fui, quid audiſſem, neq; nominaui Balbū minorem. Habuit ſuum negotium Gallus, ut ſcribit. ait illum me animi conſcientia, quod Ephameam deſtituiſſem ſuſpicari. Quare tibi haecenus mōdo de illo noſtro, ſiquid poteris, exquiras. De me nequid labores. eſt bellum aliquem odiſſe libenter, & quem admodū non omnibus ſeruire. et ſi mehercule, ut intelligis, magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. Admonitus quibusdā tuis literis, ut ad Cæſarem uberores literas mitterem, inſtitueram, cum mihi Balbus nuper in Lanuuiο dixiſſet, ſe, & Oppium ſcripſiſſe ad Cæſarem, me legiſſe libros contra Catonem, & uehementer probaſſe. Conſcripſi de his iſtis libris epiſtolam Cæſari, quæ deferetur ad Dolobellam, ſed eius exemplum niſi ad Oppium, & Balbum, ſcripſiſq; ad eos, ut tum deferri ad Dolobellam iuberent meas literas, ſi iſti exemplum probaſſent, ita mihi reſcripſerunt, nihil unquam ſe legiſſe melius. Epiſtolamq; meam iuſſerunt dari Dolobellæ. Veſtorius ad me ſcripſit, ut iuberem. Mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parte Heterείο cuidam fundum brinnianum, ut ipſe ei Puteolis recte mancipio dare poſſet. Eum ſeruum, ſi tibi uidebitur, ad me mittere. Oppior enim ad te etiam ſcripſiſſe Veſtorium de aduentu

Cæsaris idem, quod à te mihi scriptum est ab Oppio,  
 & Balbo. Miror te nihil, dum cum Tigellio, uel ut hoc  
 ipsum, quantum acceperit, prorsus aueo scire, nec tamen  
 floccifacio. Quæris quid cogitem de obuiam itione.  
 Quid censes, nisi Alsium? & quidem ad Murenam  
 de hospitio scripseram, sed opinor cum Matio profe-  
 ctum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam superio-  
 re uersiculo Heros mihi dixit, sibi Murenam liberalis-  
 sime respondiisse. Eo igitur utamur, nam Silius culatras  
 non habet. Dida autem (opinor) hospitibus totam uil-  
 lam concessit. Ad Cæsarem quam misi epistolam, eius  
 exemplum fugit me tum tibi mittere, nec id fuit, quod  
 suspicaris, ut me puderet tui, ne ridicule Micillus. Nec  
 mehercule scripsi aliter, ac si πρὸς ἴσον ἕμοιον,  
 quæ scriberem. Bene enim existimo de illis libris, ut ti-  
 bi coràm. Itaque scripsi ἀκολούτως. & tamen  
 sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius. De At-  
 ticiat nunc demum mihi est exploratum, itaque ei de in-  
 tegro gratulare. Tigellium totum mihi, et quidem quã-  
 primum. nam pendeo animi, narrabo tibi. Quintus  
 Crassus, sed ad me, an ad te nescio, mihi scripsit Romæ  
 VIII Calendarum, sed nisi, qui inuitaret. Et si hercle  
 Romam iam ueniendum est, ne ille ante aduolet. O  
 hospitem mihi tam grauem ἀμεταμέλιτον. Fuit  
 enim periucunde. Sed cum secundis Saturnalibus ad  
 Philippum uesperu uenisset, uilla ita completa militi-  
 bus, ut uix Triclinium, ubi coenaturus ipse Cæsar es-  
 set, uacaret, quippe hominum CCCC. sane sum com-  
 motus, quid futurũ esset postridie, ac mihi Barba Cas-  
 sius subuenit. custodes dedit. Castra in agro. Villa de-

fensa est. Ille tertijs Saturnalibus apud Philippum ad  
 VIII Calendarum. nec quenquam admisit. rationes  
 opinor cum Balbo. inde ambulauit in litore. post hæc  
 in balneum. tum audiuit. De Mamurra non mutauit.  
 unctus est, accubuit ἐμετικὴν agebat. Itaque &  
 edit, & bibit ἀδελῶς, & iucunde, opipare sanè,  
 & apparate. Nec id solum, sed bene cocto, & condito  
 sermone bono. Et si quæris libenter præterea tribus  
 Triclinijs accepti δὲ περὶ αὐτὸν valde copiose. li-  
 bertis minus lautis, seruisq; nihil defuit, nam lautiores  
 eleganter accepti. Quid multa? Homines uisi sumus, ho-  
 spes tamen, nouis qui diceres. amabo te, eodem ad me cū  
 reuertere. semel satis est σπεύδειν ἢ δὲν in sermone.  
 φιλόλογα multa. Quid quæris? Delectatus est, & li-  
 benter fuit. Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum  
 ad Baias. habes hospitium, siue ἐπισταθμείαν odio-  
 sam mihi duxi, non molestant. Ego paulisper hic, de-  
 inde in Tusculanum. Dolobellæ uillam cum præte-  
 rirer, omnis armatorū copia, dextra sinistra ad equū,  
 nec usquam alibi. hoc ex Nicia. Vale.

LIB.  
M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
XIIII.

T. P. A T T I C O .

Euerti ad illum, de quo tecum mane-  
nihil perditius, explicari rem non pos-  
se. etenim, si ille tali ingenio exitum nō  
reperiebat, quis nunc reperiet? Quid  
queris? Perijisse omnia aiebat. quod  
haud scio an ita sit, uerum ille gaudens affirmat, minus  
diebus XX tumultum gallicum. in sermonem se post  
Idus Martij, præterquam Lepidi uenisse nemini. ad  
summam non posse istæc sic abire. O prudentem Op-  
pium, qui nihilo minus illum desyderat, sed loquitur  
nihil, quod quenquam bonum offēdat. Sed hæc hæte-  
nus. Tu quæso quicquid noui (multa autem expecto)  
scribere ne pigresce. in his de Sestio satis ne certum, ma-  
xime autem de Bruto nostro, de quo quidem ille, ad  
quem diuerti, Cæsare solitum dicere, magni refert, hic  
quid uelit, sed quicquid uolet, ualde uolet. idq; eū ani-  
maduertisse, cum pro Deiotaro Niceæ dixerit, ualde ue-  
hementer eum uisum & libere dicere, atque etiam (ut  
enim quicq; succurrit, libet scribere) proxime, cum Se-  
stij rogatu apud eum fuisset, expectaremq; sedens quō  
aduocarer, dixisse eum, ego dubitem qn summo in odio  
sim, cum M. Cicero sedeat? nec suo commodo me conueni-  
re possit? At qui, si quisquam est facilis, hic est, tamen nō  
dubito, quin me male oderit. Hæc & eiusmodi multa.

Sed ad propositum. quicquid erit non modo magnum,  
sed etiam paruum scribes. equidem nihil intermittam.  
Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vas a te accepi epistolas heri, ex priore The  
d atrum, Publiumq; cognovi, bona signa con-  
sentientis multitudinis. plausus uero Lucio  
Cassio datus, etiam facetus mihi quidem uisus est. alte-  
ra epistola de Madaro scripta, apud quem nullum  
σαλάνωμα, ut putas. processit enim, sed minus diu-  
tius, sermone enim sum retentus. Quod autē ad te scri-  
pseram, obsecro, fortasse id eiusmodi est. Aiebat Cæsa-  
rem secum, quo tempore Sestij rogatu ueni ad eum, cū  
expectarem sedens, dixisse. Ego nunc tam sim stultus,  
ut hunc ipsum facilem hominem putem, mihi esse ami-  
cum, cum tandiu sedens meum commodum expectet?  
Habes igitur σαλάνωμα inimicissimum ocij, id  
est Bruti. In Thusculanum hodie, Lanuuij cras, inde  
Asturæ cogitabam. Pylæ paratum est hospitium, sed  
uellem Atticam. Verum tibi ignosco, quarum utriq;  
salutem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ranquillæ quidem tuæ literæ, quod utinam  
t diutius, nam maius posse negabat. Ecce autē  
structores nostri ad frumentum profecti, cū  
inanes rediissent, rumorem afferunt magnum Romæ,  
domum ad Antonium frumentum omne portari. κα-  
vιδν certe, scripsisses enim. Torumbus Balbi nullus

adhuc, & mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur architectus, ad ob signã dum tu adhibitus non sine causa uideris. uolunt enim nos ita putare. Nescio cur non animo quoq; sentiant, sed quid hæc ad nos. odorare tamen Antonij Διαδοχου. quem quidem ego epularũ magis arbitror rationem habere, quã quicquam mali cogitare. Tu, si quid pragmaticon habes, scribes. sin minus populi ἰτισημασίαν, & minorum dicta per scribito. Pylie, & Atticæ salutem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vne quid putas me Lamuij? At ego te istic  
 n quotidie aliquid noui suspicor. tument negotia. Nam cum Matius, quid censes, cætero eodem doleo, quod nunquam in nulla ciuitate accidit, nõ una cum libertate remp. recuperatam. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur. ac uereor gallica etiã bella. ipse Sestius quod enadat. Sed omnia licet concurrant, Idus Martiæ consolantur. Nostri autem ἵππες quod per se ipsos confici potuit, gloriosissime, & magnificentissime confecerunt. Reliquæ res opes, et copias desyderant, quas nullas habemus. Hæc ego ad te, ut si quid noui (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me, & si noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitteri literulas, si quidem non committam. Vale.

## T. P. A T T I C O.

s Pero tibi iam esse, ut uolumus, quoniam quidam  
 dem quã leuiter commotus esses, sed tamen uelim scire, quid agas.

signa bella, quod Caluena moleste fert, se suspectum  
 esse Bruto. Illa signa non bona, si cum signis legiones  
 ueniunt è Gallia. Quid tu illas putas, quæ fuerunt in  
 Hispania? non ne idem postulaturas? Quid eas, quas  
 Annius transportauit? Caninium uolui, sed *μη μο-*  
*υκὸν ἀ μάρτημα*, ab aleatore *φυρ μὸς πολὺς*. Nã  
 ista quidem Cæsaris libertorum coniuratio, facile op-  
 primeretur, si recta saperet Antonius. meam stultam ue  
 recundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne  
 deserere uiderer hunc rerum tumorem, cui certe si pos-  
 sem mederi, odisse non deberem. sed uides magistratus,  
 siquidem magistratus illi sunt, uides tamen Tyranni Sa-  
 tellites in Imperijs. uides eiusdem exercitus. uides in la-  
 tere ueteranos, quæ sunt *ἀρῶπιση* omnia. Eos au-  
 tem, qui orbis terræ custodes non modo septi, uerum eti-  
 am magni esse debebant, tantummodo laudari, atque  
 amari, sed parietibus contineri. Atq; illi quoquo modo  
 beati. Ciuitas misera. Sed uelim scire, quid aduentus  
 Octauij. num qui concursus ad eum, num quæ *ῥεωτε-*  
*ρισμῶ* suspitio. non puto quidem. Sed tamen quicqd  
 est, scire cupio. Hæc scripsi ad te proficiscens Astura  
 III Iduum. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Pridie Iduum Fundis accepi tuas literas coe-  
 nans. primum igitur melius esse. deinde me-  
 liora te nuntiare. odiosa illa eni fuerant, legiones ueni-  
 re, nã de Octauio scis. quæ expecto, qd de Mario? quæ  
 qdem ego sublatum rebar à Cæsare. Antonij colloquiũ  
 cũ Heroibus nostris pro re nata nõ incõmodũ. sed tamẽ

adhuc me nihil delectat præter Idus Martij. nã quor-  
 niam Fundis sum cum Ligure nostro structore Sestil-  
 lij Fundum à Verberone Curtilio possideri, quod cū  
 dico, de toto genere dico. Quid enim miserius, quàm ea  
 nos tueri, propter quæ illum oderamus? Etiam nec Cō-  
 sules, & Tribunos P. in biennium, quos ille uoluit? nul-  
 lo modo reperio, quemadmodum possim πολιτὸν  
 εἶναι. Nihil enim σόλοικον ἢ τυραννοκτόνους in cœ-  
 lo esse, Tyranni facta defendi, sed uides eos, uides reli-  
 quos magistratus, si isti magistratus. Vides langorē bo-  
 norum. exultant lætitia in municipijs. dici enim non  
 potest quantopere gaudeant. ut ad me cōcurrant. ut au-  
 dire cupiant uerba mea de re, nec ulla interea decre-  
 ta. Sic enim πεπολιτῶμεθα, ut uictos metueremus.  
 Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plura, &  
 πολιτικώτερα postea, & tu quid agas, quidq; agatur.  
 Postridie Iduū Paulum in Caieta uidi. Is mihi de Ma-  
 tio, & de rep. alia quædam sane pessima. à te scilicet  
 nihil. Nemo enim meorum aliqua, sed Brutum nostrū  
 audio uisum sub Lanuuiio, ubi tandem est futurus. nã  
 tum reliqua, tum de hoc scire aueo omnia ego e' For-  
 miano exiens XVII Calendarum, ut inde altero die  
 in Puteolanum scripsi hæc. A Cicerone mihi literæ sa-  
 ne' πεπυκνωμένα, & bene longæ. Cætera autē  
 uel fingi possunt πεκνωτάς literarum significat do-  
 ctiores. Nunc magnopere à te peto, de quo sum nuper  
 tecum locutus, ut uideas, nequid ei desit. Id tum ad offi-  
 cium nostrum pertinet, tum ad existimationem, et di-  
 gnitatem, quod idem intellexi tibi uideri omnino. Si er-  
 go est, uolo mense Quintili in Græciam. sunt omnia  
 faciliora, sed



faciliora, sed, cum sint ea tempora, ut certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat, quaeso da operam, ut illum quam honestissime copiosissime tueamur. Hæc, & cætera, quæ ad nos pertinebunt, ut soles, cogitabis, ad meq; aut quod ad rem pertineat, aut, si nihil erit, quod in buxam uenerit, scribes. Tu me iam rebare, cum scribebas, in actis esse nostris & ego accepi VII Calendarum in diuersoriolo Simuessano tuas literas. de Matio probo, & si doleo L. Crassi nepotem optime, tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Nam quod Cluniam scribis moderate, & amice scriptas literas attulisse, mihi dedit Paulus ad se a fratre missas, quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. se id certis authoribus comperisse. hoc nec mihi placebat, & multo illi minus. Reginae fuga mihi molesta est, sed Clodia quid egerit, scribas ad me uelim. De Bizantijs curabis, ut cætera, & Pelopem ad te arcesse. Ego, ut postulas, Baiana negocia, chorumq; illud, de quo scire uis, cum perspexero, tum scribam, nequid ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sestius agat uehementer expecto. Ea scilicet tu declarabis, qui cætera. Nauseolam tibi tum causam ocij dedisse facile patiebar, uidebare enim mihi legenti tuas literas requiesse paulisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito. ubi sit, quid cogitet, quem quidem ego spero iam tuto, uel solū tota urbe uagari posse. Veruntamen de rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiuiges accepi uno tempore a Vestorij liberto. ad ea autem, quæ requiris breui respondebo. Primum uehementer me Cluniana delectant. Sed quod quaeris quid arcesserim Chrysippum.

tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt.  
 Ita q; non solû inquilini, sed mures mi grauerunt. Hæc  
 ceteri calamitatem uocant. Ego ne incommodum qui-  
 dem. O Socrates. O socratici uiri, nunquam uobis gra-  
 tiam referam. Dii immortales, quàm mihi ista pro ni-  
 hilo, sed tamen ea ratio ædificandi imitur, consiliario  
 quidē, et authore V estorio, ut hoc damnû quæstuosum  
 sit. Hic turba magna est, erit q;, ut audio, maior. Duo q-  
 dem quasi designati Consules. O dii boni. uiuit tyran-  
 nis? tyrānus occidit? eius interfecti morte lætanur, cū  
 facta defendimus? Ita q; q̄ se uere nos M. Curtius accu-  
 sat, ut pudeat uiuere. neq; iniuria, nã mori milies præ-  
 stitit, q̄ hæc pati, quæ mihi uidentur habitura etiam ue-  
 tu statem. & Balbus hic est, multumq; metum, ad quē  
 à Vetere literæ datæ pridie Calēdarū Ianuarij, cum  
 à se Catilius circumsederetur, & iam teneretur uenisse,  
 cum maximus copijs Pacorum Parthum. ita sibi esse eu-  
 ereptū multis suis amissis, in qua re accusat Volatiliū.  
 ita mihi uidetur bellum illud instare, sed Dolabella, et  
 Nicias uiderint. idem Balbus meliora de Gallia XXI  
 die literas habebat, Germanos, illasq; nationes re au-  
 dita de Cæsare, legatos misisse ad Aureliū, qui est præ-  
 positus ab Hircio, se, quod imperatum esset, esse factu-  
 ros. Quid quæris? Omnia plena pacis, aliter ac mihi  
 Caluena dixerat. Ita'ne uero hoc meus, et tuus Brutus  
 egit, ut Lamuij esset? ut Trebonius itineribus denijs  
 proficisceretur in Prouinciã? ut omnia facta, scripta, di-  
 cta, promissa, cogitata Cæsaris plus ualere, q̄ si ipse  
 uiueret? Meministi ne clamare illo ipso primo Capitoli-  
 no die? Senatum in Capitoliū à prætoribus uocari? Dii  
 immortales

immortales, quæ tū opera effici potuerunt, lætantibus omnibus bonis, etiam sat bonis fractis latronibus. Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? Iam pridē perieramus. Memnisti ne te clamare causam perijisse, si funere elatus esset? at ille etiam in foro combustus, laudatusq; miserabiliter, seruiq; et egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Quæ deinde ut audeat dicere, tu ne contra Cæsaris nutum? Hæc, et alia ferre non possum. Itaq; nū pro nīs cogito, tua tamen ὑπὲρ μίος nausea iam planē abiit. mihi quidē ex tuis literis tum lætanti ita uidebatur. Redeo ad Theobassos, Suenos, Francōnes. hos tu existimas confidere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus putarūt uirtutis, quàm experti sunt? pacis isti scilicet amatores, & non latrocinij authores. At ego cum tibi de Curtilio, Sestilianoq; fundo scripsi. De Censorino, de Massala, de Planco, de Posthumio, de genere toto, melius fuit perijisse illo interfecto, quod nunq̄ accidisset, quàm hæc uidere. Octauius Neapolim uenit XIIII Calendarū. Ibi eum Balbus mane postridie, eodemq; die mecum in Cumano. illum hereditatem aditurum. Sed, ut scribis, ἡ ἰσοθυμία magnam cum Antonio Buthrotia. mihi tua res est, ut debet, eritq; curæ. Quid quæris? Iam ne ad Cenacluuiam aduentare uidetur? Sed primo anno LXXX detersimus, quæ pater ad me grauiā de filio? matri, quod maxime nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus, ardentis in eum literas ad me misit. Ille autem quid agit, si scis, neq; dum Roma es profectus, scribas ad me uelim, & hercule siquid aliud. uehementer delector tuis literis.

Vale.

ff ü

## T. P. A T T I C O.

V diuertius dedi ad te epistolam longiorē,  
 nunc ad ea, quæ proxime uelim, mehercule  
 Asturæ Brutus. ἀπολασίαν istorum scri-  
 bis, an censebas aliter? Equidē etiam maiora expecto.  
 quin equidem concionem lego de tanto uiro, de clarissi-  
 mo ciue ferre non queo. et si ista iam ad risum. sed me-  
 mento. sic alitur consuetudo perditarum concionum, ut  
 nostri illi non Heroes, sed Dii futuri quidem in gloria  
 sempiterna sint, sed non sine periculo quidem. Verum  
 illis magna consolatio conscientia maximi, & clarissi-  
 mi facti, nobis quæ? qui interfecto Rege liberi non su-  
 mus? sed hæc fortuna uiderit, quoniã ratio non guber-  
 nat. De Cicerone, quæ scribis, iucūda mihi sunt, uelim  
 sint prospera. Quod uero tibi est curæ, ut ei suppedite-  
 tur ad usum, & cultum copiose, per mihi gratum est.  
 idq; ut facias te etiam rogo. De Buthrotis, & tu recte co-  
 gitas, & ego non dimitto istam curam, sed suscipiam o-  
 mnem istam actionem, quam uideo quotidie faciliore.  
 De Cluuiano, quoniam in re mea me ipsum diligentia  
 uincis, res ad centena perducitur, nam rem non fecit de-  
 teriorem, haud scio an iam fructuosiore. Hic mecum  
 Balbus, Hircius, Pansa. modo uenit Octavius. & qui-  
 dem in proximam uillam Philippi mihi totus deditus.  
 Lentulus Spinther hodie apud me, cras mane ua-  
 dit. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Mi Attice uereor, ne nobis Idus Martiæ nihil  
 de derint præter lætitiã, & odij pœnam, et  
 doloris. Quæ mihi istinc afferruntur? Quæ  
 hic uideo? *πρόξενος καλῆς μὲν, ἀτελῆς δὲ*, scis quàm  
 diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam  
 iudicem. Multa illis Cæsar, neq; me inuito. et si latinitas  
 erat non ferenda, ueruntamen autem ecce Antonius ac-  
 cepta grandi pecunia, fixit legem à Dictatore comitijs  
 latam qua Siculi ciues romani, cuius rei uiuo illo mētio  
 nulla. Quid de Deiotari nostri causa, num similis? Di-  
 gnus ille quidem omni regno, sed non per Fuluiam.  
 Sexcenta similia. Verum illuc refero tam clarã, tamq; *testatam*  
 rem, tamq; iustam. Buthrotiam nõ tenebimus  
 aliqua ex parte? et eo quidem magis, quo ista plura no-  
 biscum, hic perhonorifice, & amice Octauius, quem  
 quidem sui Cæsarem salutabant. Philippus non. itaq;  
 ne nos quidem, quem nego posse bonum ciuem, ita mul-  
 ti circumstant, cui quidem nostri mortem minitantur.  
 Negat hæc fieri posse. Quid censes, cum Romam puer  
 uenerit, ubi nostri liberatores tuti esse non possunt?  
 Semper quidem erunt clari, conscientia uero facti sui  
 etiam beati. Sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Itaq; exi-  
 re aueo. ubi nec Pelopidarũ inquit, haud amo uel hos  
 designatos, qui etiam declamare me coegerunt, ut ne  
 apud aquas quidem acquiescere liceret, sed hoc meæ  
 nimæ facilitatis. Nam id erat quondam quasi necesse.  
 nunc quoquo modo se res habet, non est item, quàm du-  
 dum. nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen non

ut delecter his literis, sed, ut eliciam tuas. Tu, si quid erit de cæteris, de Bruto utiq; quicquid erit. Hæc conscripsi X Calendarũ accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum. Septimo deniq; die literæ mihi redditæ sunt, quæ erant à te XIII Calendarũ datæ, quibus quæris, atq; etiã me ipsum nescire arbitraris, utrum magis tumultis, prospectuq;, an ambulatione delecter. Est mehercule, ut dicas, utriusq; loci tanta amoenitas, ut dubitem utra anteponenda sit

Quamuis enim tu magna, et mihi iucunda scripseris de D. Bruti ad suas legiones, in quo spem maximam uideo, tamẽ, si est bellum civile futurum, quod certe erit, si Sestius in armis permanebit, quem permansurum esse certò scio, quid nobis faciẽdũ est, ignoro. neq; enim iam licebit, quod Cæsaris bello iam licuit, neque huc, neq; illuc. quencunq; enim hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris putauit (lætitiã autem apertissime tulimus omnes) hunc in hostiũ numero habebit. quæ res ad cædem maximã spectat. Restat, ut in castra Sestiũ, aut forte Bruti nos cõferamus res odiosa, & aliena nostris ætatibus, & incerto exitu belli. et nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,  
 τέκνον ἐμὸν ἢ σοὶ δίδοται πολὺ μῆλα ἔργα,  
 ἀλλὰ σὺν ἰμῖρόντα μετέρχου ἔργα λόγῳ.  
 Sed hæc fors uiderit ea, quæ talibus in rebus plus, q̄ ratio potest. Nos autẽ id uideamus, quod in nobis esse debet, ut quicquid aciderit, fortiter, et sapienter feramus,  
 & accidisse

accidisse hominibus meminerimus. nosq; cum mul-  
 tum literæ, tum non minimum Idus quoq; Martiæ con-  
 solentur. suscipe nunc meam deliberationem, qua soli-  
 citor, ita multa ueniunt in mentem in utraq; partem.  
 Proficiscor, ut constitueram legatus in Græciam, credis?  
 impendentis periculi non nihil uitare uideo, sed casu-  
 rus in aliquam uituperationem, quod reip. defuerim  
 tam graui tempore. Sin autem mansero, equidem uideo  
 in discrimine, sed accidere posse suspicor, ut prodesse  
 possim reip. Iam illa consilia priuata sunt, quod sentio  
 ualde esse utile ad confirmationem Ciceronis, me illuc  
 uenire, nec alia causa profectiois mihi ulla fuit, cum  
 consilium cepi legari ab Cæsare. Tota igitur hac de re,  
 ut soles, siquid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo  
 nunc ad epistolam tuam. Scribis enim esse rumores, me  
 ad lacum, quod habeo uenditurum, minusculam uero  
 uillam utique Quinto traditurum, uel impenso pre-  
 tio quod introducatur, ut tibi Qu. Filius dixerit, dota-  
 ta Acquila. Ego uero de uēditione nihil cogito, nisi qd,  
 quod magis me delectet, inuenero. Quintus autem de  
 emendo nihil curat hoc tempore. Satis enim torquetur  
 debitione dotis, in qua mirificas Egnatio gratias agit.  
 Aducenda autem uxore sic abhorret, ut quicquam li-  
 bero lectulo neget esse incundius. Sed hæc quoq; hæcte-  
 nus. Redeo enim ad miseram, seu nullã potius remp.  
 M. Antonius ad me scripsit. de restitutione sestri Clo-  
 dij, quam honorifice quod ad me attinet, ex ipsius lite-  
 ris cognosces (nisi enim tibi exemplum) quam dissolu-  
 te, quam turpiter, quamq; perniciose, ut nonnunquam  
 Cæsar desiderandus esse uideatur, facile existimabis.

Quæ enim Cæsar nunquam neq; fecit, neq; fecisset, et nunc ex falsis eius commentarijs proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me præbui. etenim ille, quoniã semel induxit animum, sibi licere quod uellet, & fecisset nihilo minus me inuito. Itaq; mearum quoq; literarum misi tibi exemplum. Vale.

M. ANTONIVS COS. M. T. Ciceroni. S.

Occupationibus est factum meis, et subita tua profectio, ne tecum coram de hac re agerem. quam ob causam uereor, ne absentia mea leuior sit apud te, quod, si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Cæsare petij, ut Sestum Clodium restitueret. impetraui. Erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius, si tu concessisses, quo magis laboro, ut & tua uoluntate id per me facere liceat. quod si duriozem te eius miseræ, & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te. quanquam uideor debere tueri commentarium Cæsaris. Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare uis, facilem te profecto præbebis, & uoles P. Clodium in spe optima puerum repositum existimare, non te insectatum esse, cum potueris amicos paternos. Patere obsecro te pro rep. uideri gessisse similitatem cum patre eius. non contempseris hanc familiã. Honestius enim, & libentius deponimus inimicitias rei p. nomine susceptas, quàm contumaciæ. me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, et tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. quanq̃ tuam fortunam Cicero ab omni periculo



periculo abesse certum habeo, tamen arbitror malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quàm sollicitam. Postremo, meo iure te hoc beneficium rogo. nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum, ut intelligas quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas. Vale.

M. T. Cicero. M. Antonio Cos. S.

Q uod mecum per literas agis unam ob causam mallem coram egisses. Non enim solum ex oratione, sed etiam ex uultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Nam, cum te semper amavi, primum tuo studio, post etiâ beneficio prouocatus, tum his temporibus resp. te mihi ita commendauit, ut cariorem habeam neminem. Literæ uero tuæ tum amantissime, tum honorificentissime scriptæ, sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium uiderer, sed accipere à te ita petente, ut inimicum meum, necessarium tuum, me inuito seruare nolles, cum id nullo negotio facere posses. Ego uero tibi istuc mi Antoni remitto, atque ita, ut me à te, cum his uerbis scripseris, liberalissime, atque honorificentissime tractatum existimem. Idque cum totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem, tum do etiam humanitati, & naturæ meæ. Nihil enim unquam non modo acerbum in me fuit, sed ne paulo quidem tristius, aut seuerius, quàm necessitas reip. postulauit. Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit unquam, semperque ita statui non esse insectandos inimicorum amicos, præ-

fertim humiliores, nec his praesidijs nosmetipsos esse spoliandos. Nā de puero Clodio tuas partes esse arbitror, ut eius animū tenerū, quē admodū scribis, his opinionibus imbuas, ut nequas inimicitias residere in familijs nostris arbitretur. Contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet. Nostras contentiones resp. diiudicauit. Si uiueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Quare, quoniam hoc à me scis petis, ut quæ tua potestas est, neges te me inuito usurum. Puero quoq; hoc à me dabis, si tibi uidebitur, ut animū eius conciliatum reddas. non quo aut ætas nostra ab illius ætate quicquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea ullam contentionem extimescat, sed, ut nosmetipsi inter nos conuinctiores simus, quā ad huc sumus. Interpellantibus enim his inimicijs, animus tuus mihi magis patuit, quā domus, sed hæc hæc hactenus. Illud extremum. Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc uelim tibi penitus persuadeas. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Terandum eadē ista mihi. Coronatus *Quinti*  
 i tus noster Parilibus. Parilibus solus ne? et si  
 addis Lamiā, quod demoror equidem. Sed  
 scire cupio, qui fuerūt alij, quāq; satis scio, nisi impro-  
 bum neminem. Explanabis igitur hoc diligentius. Ego  
 autem casu cum dedissem ad te literas VI Calenda-  
 rū satis multis uerbis, tribus ferè horis post accepi tuas,  
 et magni quidem ponderis. Itaq; iocata tua plena facetia-  
 rum. De hæresi uestoriana, et de Pherionum more P<sup>u</sup>.

teolano risisse me satis, nihil est necesse me rescribere.  
 πολιτικώτερα illa uideamus. Ita Brutos, Cassiosq; de-  
 fendis, quasi eos ego reprehendam, quos satis laudare  
 non possum. Rerum ego uitia collegi, non hominum.  
 Sublato enim tyranno tyrannida manere uideo. Nam  
 quæ ille facturus nõ fuit, ea fiunt, ut de Clodio, de quo  
 mihi exploratum est, illum non modo non facturum,  
 sed etiam ne passurum quidem fuisse. Sequetur Rufo  
 Vestorianus uictor nunquam scriptus. Cæterum quis  
 non? cui seruire ipsi non potuimus, eius libellis pare-  
 mus. Nam liberalibus quis potuit in Senatu non ueni-  
 re? Fac id potuisse aliquo modo fieri, num etiam cum  
 uenissimus, libere potuimus sententiam dicere? non ne  
 omni ratione ueterani, qui armati aderant, cum præ-  
 sidij nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? Illam  
 sessionem capitolinam mihi non placuisse tu testis es,  
 Quid ergo? Culpa ista Brutorum? Minime illorũ qui-  
 dem, sed aliorũ Brutorum, qui se cautos, ac sapienters  
 putant, quibus satis fuit lætari, nonnullis etiam gratu-  
 lari, nullis permanere. sed præterita omittamus, istos  
 omni cura, præsidioq; tueamur. & quemadmodum  
 tu petis, contenti Idibus Martijs simus. Quæ quidẽ no-  
 stris amicus diuinis uiris aditum ad cælum dederunt,  
 libertatem populo R. non dederunt. Recordare tua.  
 non ne meministi clamare te, omnia perijisse, si ille fu-  
 nere elatus esset? Sapienter id quidem. Itaque ex eo,  
 quæ manarint, uides. Quæ scribis Calendis Iunij An-  
 tonium de Prouincijs relaturum, ut & ipse Gallias hæ-  
 beat, & utrisque dies prorogetur, licebit ne decerni li-  
 bere? si licuerit, libertatẽ esse recuperatam lætabor. Si

non licuerit, quid mihi attulerit ista domini mutatio  
 præter lætitiā? quam oculis cepi iusto interitu tyranni?  
 Rapinas scribis ad opis fieri, quas nos quoque tum ui  
 debamus. nec nos liberati ab egregijs uiris, nec liberi  
 sumus, ita laus illorū est, culpa nostra. Et hortaris me,  
 ut historias scribam. ut colligam tanta eorum scelera, a  
 quibus etiam nunc obsidemur. Potero ne eos ipsos non  
 laudare, qui te ob signatorem adhibuerunt? Nec me her  
 cule Randusculus mouet. Sed homines beneuolos, qua  
 les cunque sunt, graue est in se qui contumelia. sed de o  
 mnibus meis consilijs, ut scribis, existimo exploratus  
 nos ad Calendas Iunij statuere posse, ad quas adero,  
 & omni ope, atque opera enitar, adiuvante me scilicet  
 auctoritate tua, & gratia, & summa æquitate cause,  
 ut de Buthrotijs S. C. quale scribis, fiat. Quod me cogi  
 tare iubes, cogitabo equidem. etsi tibi dederam superio  
 re epistola cogitandum. Tu autem quasi iam recupera  
 ta rep. uicinis tuis Massiliensibus sua reddis. Hæc armus?  
 Quæ quàm firma habeamus, ignoro. restitui fortasse  
 possunt, auctoritate non possunt. Epistola breuis, quæ  
 postea ad te scripta est, sanè mihi fuit iucunda. De Bru  
 ti ad Antonium, & de eiusdem ad te literis, posse uide  
 tur esse meliora, quàm adhuc fuerint, sed nobis, ubi si  
 mus, & quò iam nos conferamus, prouidendum est.  
 O mirificum Dolobellam meum. iam enim dico meū,  
 antea (crede mihi) subdubitabam, magnam <sup>ἀραβίων</sup>  
<sup>πνοίη</sup> res habet. de saxo in crucem. Columnam tol  
 lere, locum illum sternendum locare. Quid quæris?  
 Heroica? sustulisse mihi uidetur simulationem de syde  
 rij, adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata uideba

tur, ne periculosa nostris tyrānoctonis esset. Nūc prorsus assentior tuis literis, speroq; meliora, quanquā istos ferre non possum, qui dū se pacem uelle simulant, acta nefaria defendunt, sed non possunt omnia simul. Incipit res melius ire, quā putaram, nec uero discedam, nisi cum tu id me honeste putabis facere posse. Bruto certe meo nullo loco deero. idq; etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem, propter eius singularem, incredibilemq; uirtutem. Pyliaē nostrae uillam totam, quaeq; in uilla sunt trado. In Pompeianum ipse proficiscens Ca lendis Maij, quam primum uelim Bruto persuadeas, ut Asturæ sit. Vale.

## T. P. ATTICO.

Vinto Nonarum conscendens ab hortis cluuianis in Phaselum episcopum has dedi literas, cum Pyliaē nostrae uillam ad Lucrinū, Villicosq; procuratores tradidissem. Ipse autem eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam, per paucis diebus in Pompeianum, post in Puteolana, & Cumana regna re nauigare. O loca cætera quā ualde expetenda, interpellantium autem multitudine penè fugienda. Sed ad rem ut ueniam. O Dolobellæ nostri magnam ἀπισίαν, quanta est ἀραδίωρησις? Equidem laudare eum, et hortari non desisto. Recte tu omnibus epistolis significas, quid de re, quid de uiro sentias. Mihi quidem uidetur Brutus noster iam uel coronam auream per forum ferre posse. Quis enim audeat uiolare? proposita cruce, uel saxo? praesertim tantis plausibus, tanta approbatione infirmorum? Nunc mi Attice

me fac ut expedias. cupio cum Bruto nostro (affatim  
 satisfacere) excurrere in Cræciam. Magni interest Ci-  
 ceronis uel mea potius, uel mehercule utriusq; me inter-  
 uenire discenti. Nā epistola Leonidæ, quam ad me mi-  
 sisti, qđ habet quæso, in quo magno pere lætemur? Nun-  
 quam ille mihi satis laudari uidebitur, cum ita lauda-  
 bitur. Quoquomodo nunc est, non est fidentis hoc te-  
 stimonium, sed potius timentis. Herodi autem manda-  
 ram, ut mihi κτεα μέρων scriberet, à quo adhuc  
 nulla litera est. Vereor, ne nihil habuerit, qđ mihi, cum  
 cognossem, iucundum putaret fore. Quod ad Xenonē  
 scripsisti, ualde mihi gratum est. Nihil enim deesse Ci-  
 ceroni tum ad officium, tum ad existimationem meam  
 pertinet. Flammam Flaminiū audio Romæ esse. Ad  
 eum scripsi, me tibi mandasse per literas, ut de Mōtani  
 negotio cum eo loquerere. Et uelim cures epistolā, quā  
 ad eum misi reddendam, et ipse (qđ commodo tuo fiat)  
 cum eo colloquere. Puto siquid in homine pudoris est,  
 præstaturum eum. nec sero quodāmodo dependatur.  
 De Atticā per gratum mihi fecisti, quod curasti ante scā-  
 rem ei recte esse, quā non belle fuisse. In Pompeianū  
 ueni v̄ Calēdarū Maij, cū pridie (ut antea ad te scri-  
 psi) Pyliam in Cumano collocauissem. Ibi mihi cœnan-  
 ti literæ tuæ sunt redditæ, quas dederas Demetrio li-  
 berto pridie Calendarū, in quibus multa sapiēter, sed  
 tamen talia (quemadmodum tu te scribebas) ut omne  
 consilium in fortuna positum uideretur. Itaq; his de re-  
 bus ex tempore, et corā. De Buthrotio negotio utinā  
 quidem Antonium conueniam. multum profecto profi-  
 ciam, sed non arbitrantur eum à Capua declinaturū.

Quo' quidem metuo ne magno reip. malo uenerit, quã  
 idem L. Casari uidebatur, quem quidem Neapoli af-  
 fectum grauiiter uideram. Quam ob rē ista nobis ad-  
 pridie Calendarū Iunij tractanda, et perficiēda sunt,  
 sed hactenus Quintus filius ad patrē acerbissimas liti-  
 ras misit, quæ sunt ei redditæ, cum uenissimus in Pom-  
 peianum, quarum tamen erat caput. Acquiliã nouer-  
 cam non esse laturum, sed hoc tolerabile fortasse. Illud  
 uero se ab Casare habuisse omnia, nihil à patre, reli-  
 qua sperare ab Antonio. O perditum hominem, sed  
 meliorem. Ad Brutum nostrum, & Cassium, & ad  
 Dolobellam epistolas scripsi, quarum exempla tibi mi-  
 si, non ut deliberarē reddendæ ne essent (planè enim  
 iudico esse reddēdas) sed quod non dubito, quin tu idē  
 existimaturus sis. Ciceroni meo mi Atticæ suppeditabis  
 quantum uidebitur. meq; tibi hoc onus imponere patie-  
 re. quæ adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Librum  
 enim illum ἀνένδοτον non dum, ut uolui, perpo-  
 liui. Ista uero, quæ tu connecti uis, aliud quoddam sepa-  
 ratum uolumen expectant. Ego autem (credas mihi ue-  
 lim) minore periculo existimo cōtra illas ne farias par-  
 ters uiuo tyranno dici potuisse, quàm mortuo. Ille enī  
 nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter. nunc  
 quacunq; nos commouimus, ad Casaris nō modo acta,  
 uerum etiam cogitata uocamur. De Montano, quoniam  
 Flamma uenit uidebis. puto rem meliore loco esse de-  
 bere. Vale.

Tsi contentus eram mi Dolobella tua gloria,  
 e satisq; ex ea magnam lætitiã, uoluptãtemq;  
 capiebã, tamen non possum non confiteri cum-  
 mulari me maximo gaudio, quod uulgo hominum opi-  
 nio socium me ascribat tuis laudibus. neminem conue-  
 ni conuenio autem quotidie plurimos. Sunt enim per-  
 multi optimi uiri, qui ualetudinis causa in hæc loca ue-  
 niant, præterea ex municipijs frequentes necessarij mei  
 qui omnes, cum te summis laudibus ad coelum extule-  
 runt, mihi continuo maximas gratias agunt. Negant  
 enim se dubitare, quin tu meis præceptis, et consilijs ob-  
 temperans, præstantissimum te ciuem, & singularem  
 Cos. præbeas. Quibus ego, quanquam uerissime pos-  
 sim respondere te, quæ facias tuo iudicio, et tua sponte fa-  
 cere, nec cuiusquam egere consilio, tamen neq; planè as-  
 sentior, ne minnuam tuam laudem, si omnis à meis  
 consilijs profecta uideatur, neq; ualde nego. Sum enim  
 auuidior, etiam quàm satis est gloriae, et tamen non alie-  
 num est dignitate tua, quod ipsi Agamënoni Regi Re-  
 gum fuit honestum, aliquem in consilijs capiendis Ne-  
 storem habere, mihi uero gloriosum te Iuuenem Cos.  
 florere laudibus, quasi alumnium disciplinæ meæ L.  
 quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neapolim uenis-  
 sem, quanquam erat oppressus totiùs corporis dolori-  
 bus, tamẽ ante, quàm me plane salutauerit. O mi Cia-  
 ro inquit, gratulor tibi cum tantum uales apud Dolo-  
 bellam, quantum si ego apud Sororis filium ualerem,  
 iam salui esse possemus. Dolobellæ uero tuo, & gratias  
 lor, & gratias



lor, & gratias ago, quem quidem post te Consulem, solum possum uere Consulem dicere. Deinde multa de factis, ac de re gestis, tum nihil magnificentius, nihil praeclarior actum unquam, nihil reip. salutarior testatus est. atq; hæc una uox omnium est. A te autem peto, ut me hæc, quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ, sinas cernere, meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare. quanquã mi Dolobella (hæc enim iocatus sum) libentius omnes meas, si modo sint aliquæ meæ laudes, ad te transtulerim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis. nã, cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti, tum ijs tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore mihi fuerit ardetius. Nihil est enim (mihi crede) uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amaui, ut scis M. Brutum propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atq; constantiam, tantum Idibus Martij tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatim etiam uidebatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc deniq; amare uidear, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te horter, ut dignitati, & gloriæ seruias? Proponam tibi claros uiros, quod facere solent, qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quàm te ipsum. te imitere oportet, te cum ipse certes, ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio nõ est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seu

ritas animadversionis, non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuæ, sed contigit magnitudine tum animi, tum etiam ingenij, atq; consilij. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius. ita pedetentim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium consensu daret. Liberaisti igitur & urbem periculo, et ciuitatem metu. Neq; solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te positam esse remp. tibiq; non modo tuendos, sed etiam ornandos illos uiros, à quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediè, ut spero. Tu quoniam remp. nosq; conseruas, fac, ut diligentissime te ipsum mi Dolobella custodias. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ac pius me iam agitas, quod rem gestam Dolobellæ nimis in cælum uidear efferre. Ego autem, quanquam sanè probo factum, tamè ut tantopere laudare, adductus sum tuis, & unis, & alteris literis. sed totum se à te abalienauit Dolobella, ea de causa, qua me quoq; sibi inimicissimum reddidit. O hominem impudentem. Calendis Ianuarij debuit, adhuc non soluit, præsertim cum se maximo ære alieno Faberij manus liberarit, & opem ab eo petierit. Licet enim iocari, ne me ualde conturbatum putes. Atque ad eum VIII Iduum literas dederam bene mane. Eodè autem die tuas literas uespere acceperam in Pompeiano,

pei ano, sanè celeriter tertio abs te die. Sed, ut ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolobellam literas dedi, quæ, si nihil profecerint, puto fore, ut me presentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De Petulciano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego errorem ad ista expedienda factum mihi uidebar reliquisse, cuius nõ sine magna culpa uacillarunt, sed cum ipso uidero. De Montano, ut sæpe ad te scripsi, erit tota res curæ. Seruius proficiens, quod desperanter tecum locutus est, minime miror, neq; ei quicquam in desperatione concedo. Brutus noster singularis uir, si in Senatũ non est Calendis Iunij uenturus, quid factururus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse melius. Ego ex his, quæ parari uideo, non multum Idibus Martijs profectum iudico. Itaque de Græcia quotidie magis, & magis cogito. nec enim Bruto meo exilium, ut scribis, ipse meditati uideo quid prodesse possim. Leonidem eæ literæ non satis delectarunt. De Herode tibi assentior. Saufeium legisse uellem. Ego ex Pompeiano accepi binas à te literas, alteras sexto die, alteras quarto. Ad superiores igitur prius. Quam mihi iucundum opportune tibi Barnachum literas reddidisse. Tu uero cum Cassio, ut cætera, quã commode. opportune autem, quod id ipsum, quod me mones quatriduo ante ad eum scripserã, exẽplumq; mearum literarum ad te miserã, sed cum Dolobellæ Aritia, sic enim tu ad me scripseras, magna de desperatione affectus essem, eæ tibi & Bruti, & tuæ literæ, ille exilium meditari. Nos autem alium portum propiorem huic ætati uidebamus, in quem malle

equidē peruehi, florente Bruto nostro, constitutaq; rep.  
 Sed nunc quidem, ut scribis, non utrum uis. Assentires  
 enim mihi nostram aetatem, praesertim à castris ciui-  
 libus abhorrere. M. Antonius ad me tantum de Clodio  
 rescripsit, meam lenitatem, & clementiam, & sibi esse  
 gratam, & mihi uoluptati magnae fore. Sed Pansa su-  
 rere uidetur de Clodio, itemq; de Deiotaro, et loquitur  
 se uere, si uelis credere. Illud tamen non uelle, ut mihi  
 quidem uidetur, quod factum Dolobellae uehementer  
 improbat. De Coronatis cum sororis tuae filius à Pa-  
 tre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse hono-  
 ris Caesaris causa, posuisse luctus gratia. Postremo se li-  
 benter uituperationem subire, quod amaret etiam mor-  
 tuum Caesarem. Ad Dolobellam, quemadmodum tibi  
 dicis placere, scripsi diligenter. Ego etiā ad Sicam. tibi  
 hoc oneris non impono nolo te illum iratum habere.  
 Seruij orationem cognosco, in qua plus timoris uideo, q̄  
 consilij. Sed quoniam perterriti omnes sumus, assentior  
 Seruio. Publius tecū triatus est. Huc enim Cerelia mis-  
 sa ab istis ad me est legata, cui facile psuasi, mihi id, qđ  
 rogaret, ne licere quidem non modo libere. Antonium  
 si uidero, accurate agam de Bruto. Venio ad recentiores  
 literas, quanquā de Seruio iam rescripsi me facere ma-  
 gnā πρᾶξι Dolobellae. mihi mehercule ita ui-  
 detur, non potuisse maior tali re, taliq; tempore. sed ta-  
 men quicquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis. Tibi uero  
 assentior maiorem πρᾶξι eius fore, si mihi, qđ de-  
 buit, dissoluerit. Brutus uel im sit Asturae. Quod autē  
 laudas me, quod nihil ante de profectioe constituam,  
 quā in ista quō euasura sint, uidero, nullo sententiā, neq;  
 quicquam

quicquam tamen ante, q̄ te uidero. Atticam meam gra-  
tias mihi agere de matre gaudeo, cui quidem ego totam  
uillam, Cellamq; tradidi, eamq; cogitabam V Iduū  
uidere. Tu Atticæ salutem dices, nos Pyliam diligen-  
ter tuebimur. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Pompeiano nauī aduectus sum in Luculli  
ē nostri hospitium VI Iduū hora ferè tertia.  
egressus autē ē nauī, accepi tuas literas, quas  
tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, No-  
nis Maij datas. A Lucullo postridie eadem ferè ho-  
ra, qua ueni VII Iduū Lanuuiō datas. Audi igitur  
ad omnes. Primum quæ de re mea gesta, & in solutio-  
ne, & in albiāno negotio, grata. De tuo autem Buthro-  
to, cum in Pompeiano essem, Missenum uenit Antonius.  
inde ante discessit, q̄ illū uenisse audissem, à quo in Sam-  
nium. uide quid speres. Romæ igitur de Buthroto L.  
Antonij horribilis contentio. Dolobellæ præclara iam,  
uel sibi habeat nummos, modo numeret idibus. Tertullæ  
nollem abortum. Tam enim Casij sunt iam, q̄ Bruti  
ferendi. De Regina uelim, atque etiam de Cæsare illo.  
per solui primæ epistolæ. uenio ad secundā. De Quin-  
tis, ac Buthrotijs, cum uenero, ut scribis, Quod Cicero  
ni suppeditas, gratū. Quod errare me putas, qui rē p-  
putem pendere ē Bruto, sic se res habet, aut nulla erit,  
aut ab isto, istis ue seruabitur. Quod me hortaris, ut  
scriptam concionem mittam. Accipe à me mi Attice  
καθολικὸν εἰωρημα earum rerum, in quibus exerci-  
tati sumus, satis nemo unq̄ neq; poeta, neq; orator fuit,

qui quenq̄ meliorem, q̄ se arbitraretur. Hoc etiā malis  
 contigit. Quid tu Bruto putas & ingenioso, et erudito?  
 de quo etiam experti sumus. nuper in edicto scripserā  
 rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum, quin etiā cū  
 ipsius precibus penē adductus, scripsssem ad eum de  
 optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi  
 scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari,  
 Quare sine quæso quenq; sibi scribere. Suā cuiq; spon-  
 sam, mihi meam, suum cuiq; amorem, mihi meum non  
 scite. Hoc enim Attilius poeta durissimus, atq; utinam  
 isti liceat concionari, cui si esse in urbe tutō licebit, uici-  
 nus. Duce[m] enim noui belli ciuili[s], aut nemo sequetur,  
 aut ij sequentur, qui facile uincantur. Venio ad tertiam.  
 gratas fuisse meas literas Bruto, et Cassio gaudeo. Itaq;  
 ijs rescripsi. Quod Hircium per me meliorem fieri uo-  
 lunt, do equidem operam, & ille optime loquitur, sed  
 uiuit, habitatq; cū Balbo, qui item bene loquitur. quid  
 credas, uideris. Dolobellā ualde placere tibi uideo, mi-  
 hi quidem egregie. Cum Pansa uixi in Pompeiano. is  
 planē mihi probabat se assentire, et cupere pacem. cau-  
 sam armorū quæri planē uideo. edictum Bruti, et Cas-  
 sij probo. Quæris, ut suscipiā cogitationem, quidnam  
 istis agendū putem? Consilia temporū sunt, quæ in ho-  
 ras commutari uides. Dolobellæ & prima illa actio, et  
 hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultū  
 uidetur, prorsus ibat res. Nunc autem uidemur habitu-  
 ri Duce[m], quod unū municipia, boniq; desyderāt. Epi-  
 curi mentionem facis, & audes dicere μή πολιτὸν θαυ-  
 non te Bruti nostri uulticulus ab ista oratiōe deterret?  
 Quintus Frater, ut scribis, est dextera. per eum igitur,  
 ut uolemus,

ut uolemus, facile auferemus. Expecto, si, ut putas, L. Antonius produxit Octavianū, qualis concio fuerit. hæc scripsi. Statim enim Casij tabellarius, eram continuo Pylam salutaturus. Deinde ad epulas Vestorij nauicula. Atticæ plurimam salutem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Um pauloante dedissem ad te e' Casij tabellario literas v Iduum uenit noster tabellarius, & quidem portenti similes in tuis literis. Sed cito coneci Lanuuij te fuisse. Eros autem festinauit, ut ad me literæ Dolobellæ perferrentur, non de re mea (nō dum enim meas acceperat) sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miseram, sanè luculente. A me autem cum Casij tabellarium dimissem, statim Balbus uenit. O Dii boni quam facile perspiceres timere ocium, & nosti uirum, quàm tectus, sed tamen Antonij cōsilia narrabat, illum circuire ueteranos, ut acta Caesaris sancirent, idq; se facturos iurarent. utrum omnes haberent, eaq; Duumuii omnibus mensibus inspicerent. Questus est etiā de sua inuidia, eaq; eius omnis oratio fuit, ut amare uideretur Antonium. Quid queris? nihil synceri. Mihi autē nō est dubiū, qn res spectet ad castra. acta enim illa res est animo uirili, cōsilio puerili. Quis enim hoc nō uidit regni hæredē relictū? Quid autē absurdius. hoc metuere, alterū in metu non ponere? qnetiā hoc ipso tēpore multa ὑποδόλαια. pontem neapolitanū à matre Tyrannoctoni possideri. legēdus mihi sæpius est Cato maior ad te missus. Amariore enim me senectus facit. stomachor omnia, sed mihi qdē

βιβιωτας. Viderint Iuvenes. tu mea curabis, ut curas.  
 hæc scripsi, seu dictavi, apposita secunda mensa apud  
 Vestoriū. Postridie apud Hircium cogitabam equidem  
 παντελιόν, sic hominē traducere ad Optimates paro  
 . nemo istorum, qui ocium non  
 timeat. quare talaria induamus, quiduis enim potius,  
 quàm castra. Atticæ salutem plurimam uelim dicas,  
 Expecto Octauij concionem, & siquid aliud. maxime  
 autem ecquid Dolobella tinniat. an in meo nomine ta-  
 bulas nouas fecerit. Vale.

## T. P. ATTICO.

Ertior à Pylia factus, mitti ad te Idibus tabel  
 e larios, statim hoc, nescio quid exarauī. Pri-  
 mum igitur scire te uolui, me hinc Arpinum  
 XVI Calendarum Iun. Eò igitur mittes, siquid erit  
 posthac, quanq̃ ipse iam, iamq̃; adero. Cupio enim an-  
 te, quàm Romam uenio, odorari diligentius, qd futurū  
 sit, quanq̃ uereor, ne nihil coniectura aberrē. Minime  
 enim obscurum est, quid isti moliantur. Meus uero di-  
 scipulus, qui hodie apud me coenat, ualde amat illum,  
 quē Brutus noster sauciavit, et, si quæris (p̃spexi enim  
 planè) timet ocium. ὑπόθεσις autem hanc habent,  
 eamq̃; præ se ferūt, clarissimū interfectum, totā rē p̃-  
 illius interitu perturbatam. irrita fore, quæ ille egiisset,  
 simulac desistemus timere. clementiam illi malo fuisse,  
 qua si usus nō fuisset, nihil ei tale accidere potuisset. Mi  
 hi autem uenit in mentem, si Pompeius cum exercitu fir-  
 mo ueniat, quod est ἄλλοιον, certe fore bellum. hæc  
 me species, contagioq̃; perturbat, ne gemam, qd̃ tibi tum  
 licuit, nobis



licuit, nobis nunc licebit. nam aperte lætati sumus. Deinde habent in ore nos ingratos. nullo licebit modo, quod tibi licuit, & multis φαυνοπροσωπιτιον, ergo & ιτιον in castra. milles mori melius huic præsertim ætati. Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quam antea. Magnum enim mendum continent. et si illi Iuvenes ἀλλὰ οἷς ἐν ἐσθλοῖς τὸν διαποθῆνται λόγον. sed, si tu melius quippiam speras, quod & plura audis, & interes consilijs, scribas ad me uelim, simulque cogites, quod agendum nobis sit super legatione uotiuâ, quod in his locis moneor à multis, ne in Senatu Calendis absim. Dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparati, et quidem in istos, qui mihi uidentur ubi uis tutius, quam in Senatu fore. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLARUM  
AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
XV.

T. P. A T T I C O.

Factum male de Alexione, incredibile est, quanta me molestia affecerit. Nec mehercule ex ea parte maxime, quod plerique mecum. Ad quem igitur medicum te conferes? Quid mihi iam medico, aut si opus est, tanta inopia est? Amorem erga me, humanitatem, suauitatemque desidero. Etiam illud quod est, quod non pertimescendum sit? cum hominem temperantem, summum medicum, tantus improviso morbus oppresserit?

Sed ad hæc omnia una consolatio est, q̄ ea cōditione nō  
 ti sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare  
 debeamus. De Antonio iam antea tibi scripsi, non esse  
 eū à me conuentum, uenit enim Missenum, cū ego essem  
 in Pompeiano, ante profectus est, q̄ ego eum uenisse  
 cognoui. sed casu, cum legerē tuas literas, Hircius erat  
 apud me in Puteolano, ei legi, & egi primum, quod at-  
 tinet. nihil mihi concedebat. Deinde ad summam, arbi-  
 trum me statuebat non modo huius rei, sed totius con-  
 sulatus sui. cū Antonio autem sic agemus, ut perspiciat,  
 in eo negotio si nobis satisfecerit, totum me futurum suū.  
 Dolobellam spero domi esse. Redeamus ad nostros, de  
 quibus tu bonam spem te significas habere, propter edi-  
 ctorum humanitatem. Ego autem perspexi, cum à me  
 XVII Calendarum de Puteolano Neapolim Pansæ  
 conueniendi causa proficisceretur Hircius, omnem eius  
 sensum. Sed (uix enim & ad pacem sum cohortatus) nō  
 poterat scilicet negare, se uelle pacem, sed non minus se  
 nostrorum arma timere, q̄ Antonij, & tamen utrosq̄  
 non sine causa præsidium habere, se autē utraq̄ arma  
 timere. Quid quæris? s̄ diu uis. De Quinto Fratre  
 tibi assentior. patri qdē gratissimæ, et bellæ tuæ literæ  
 fuerunt. Cerealiæ uero facile satisfeci, nec ualde labora-  
 re mihi uisa est, & si illa, ego certe non laborarē. Istam  
 uero, quā tibi molestam scribis esse, auditam à te esse o-  
 mnino demiror. Nam q̄ eam collaudauit apud amicos,  
 audientibus tribus filijs eius, & tua filia  
 Quid hoc est? Quid est autem, cur ego personatus am-  
 bulem? Parum ne fœda persona est ipsius senectutis?  
 Quod Brutus rogat, ut ante Calendas ad me quoq̄ scri-

psit, et fortasse faciam, sed planè q̄duelit, nescio. Quid enim illi afferre consilij possim, cum ipse egeat consilio? Et cum ille suae immortalitati melius, q̄ nostro ocio consuluerit? De Regina rumor extinguetur. De Flauia obsecro te, siquid potes. hercle dederam ad te literas exiēs è Putrolano, diuerter am̄q; in Cumanum, ibi bene ualētem uidi Pyliam. quinetiam paulo clām ijs eam uidi. Venerat enim in funus, cui funeri ego quoq; operam dedi. Cn Lucillus familiaris noster matrē efferebat. Mansi igitur eo die in Sinuessano, atque inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam ex arauit. Erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut certe ex te quærerē. nisi forte hoc ad te putas pertinere. Brutus misit ad me orationem suam habitam in concione capitolina, petiuitq; à me, ut eam ne ambitiose corrigere, ante, q̄ ederet. Est autē oratio scripta elegantissime sententijs, & uerbis, ut nihil possit ultra. Ego tamen, si illā causam habuissem, scripsissem ardētius ὁ παθὴρ ἰβ. Vides quae sit persona dicentis. Itaq; iā corrigere eā nō potui. Quo enim in genere Brutus noster esse uult, & q̄ iudicium habet de optimo genere dicendi, ita consecutus est ea oratione, ut elegantius nihil esse possit. sed ego solus alius sum spe, hoc recte, siue non recte. tu tamen uelim orationem legas, nisi forte iam legisti, certioremq; me facias, quid iudices ipse, quanquam uereor, ne cognomine tuo lapsus ὁ παθὴρ ἰβ sis in iudicando. sed si recordebere ὁ παθὴρ ἰβ fulmina, tum intelliges posse, & Attico tota grauiissime dici, sed haec corā. Nec sine epistola, nec cum inani epistola uolui ad te Metrodorū uenire. Vale.

## T. P. A T T I C O .

Ecimognto Cal. e' Sueffano proficiscēs, cū de-  
 d *dissem ad te literas, diuertijsemq; à Cumis in*  
*Vestiano, accepi à tabellario tuas literas, in qz-*  
*bus nimis multa de Buthroto. Non enim tibi ea res ma-*  
*iori curæ aut est, aut erit, q̄ mihi. Sic enim decet te mea*  
*curare, tua me. Quam ob rem id quidem sic susceptum*  
*est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. L. Antonium*  
*concionatū esse cognoui tuis literis, ut alijs sordide, sed*  
*id quale fuerit, nescio. Nihil enim scripsisti de Menede-*  
*mo, probéq; certe ea dictitat, quæ scribis. consiliū meū*  
*à te probari, quod ea non scribam, quæ tu à me postu-*  
*laris, facile patior. Multoq; magis id probabis, si oratio*  
*nem meam, de qua hoc die ad te scripsi, legeris. Quæ*  
*de legionibus scribis. uera sunt, sed non satis hoc uide-*  
*ris tibi persuasisse, quid de Buthrotis nostris per Sena-*  
*tum speres confici posse, quod puto. tantum enim odium*  
*uideo, nō uidemur esse uicturi, sed, si etiam nos hoc fal-*  
*lat, de Buthroto te non faller. De Octauij concione idem*  
*sentio, quod tu, ludorumq; eius apparatus, & Matus,*  
*& Posthumus mihi procuratores non placent. Safer-*  
*na collega dignus, sed isti omnes, quemadmodum sen-*  
*tis, non minus ocium timent, quàm nos arma. Balbum*  
*leuari inuidia per nos uelim, sed ne ipse quidem id fie-*  
*ri posse confidit, itaq; alia cogitat. Quod prima dispu-*  
*tatio thusculana te confirmat, sanè gaudeo. Neq; enim*  
*ullū est per fugium aut melius, aut paratius. Flauia q̄*  
*bene loquitur, non moleste fero. Tyndaritanorū accusa, de*  
*qua cā laborat, quæ sit, ignoro. hos tamē*

mouere ista uidentur. In primis erogatio pecuniæ. De Alexione doleo, sed quoniam inciderat in tam grauem morbum, bene actum cum illo arbitror, quos tamen secundos hæredes scire uellem, et diem testamenti. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ndecimo Calendarum accepi duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondi, una erat VI Calendarum, altera XII data. Ad superiorẽ igitur. prius accurre in Tusculanum, ut scribis, quò me VI Calendarum uenturum arbitrabar. quod scribis parendum uictoribus, non mihi quidem, cui sunt multa potiora. Nã illa, quæ recordaris Lentulo, et Marcello Consulibus acta in æde Apollinis, nec causa eadẽ est, nec simile tempus. præsertim cum Marcellum scribas, aliosq; discedere, erit igitur nobis cura moderandum, et constituendum, tutò ut Romæ esse possimus. Noui conuentus. habitatores sanè me mouent, in magnis enim uersamur angustijs. Sed, si ista paru pendimus, certe et maiora contemnimus. Caluæ testamentum cognoui hominis turpis, ac sordidi. Tabula Demonici, quod tibi curæ est, gratum. De malo scripsi iã pridem ad Dolobellam accuratissime, a quo modo literæ mihi redditæ sunt, eius enim causa, et cupio, et debeo. Venio ad propiorem. Cognoui de Alexione, quæ desiderabam. Hircius est tuus. Antonio quoniã est, uolo perius esse. De Quinto Fratrem, quod scribis ad me ad Quintum de patre, coram agemus. Brutum omni re, qua possum, cupio iuuare, cuius de oratiuncula idem te, quod me sentire uideo, sed parum intelligo quid me uelis scribe

re, quasi à Bruto habita oratione, cum ille ediderit, qui  
 tandem conuenit, an sicut in tyrannum iure optimo cæ  
 sum multa dicentur, multa scribentur à nobis? sed alio  
 modo, & tempore. De Sella Cæsaris, bene Tribuni. præ  
 claros etiam XIII ordines. Brutum apud me fuis-  
 se gaudeo, modo & libenter fuerit, & sat diu. X Ca  
 lendarū Iunij fere ea, quæ à Fusio, uenit tabellarius,  
 nescio quid ab eo literularum uti me sibi restituerem.  
 sanè insulse, ut solet, nisi forte quæ non ames omnia ui-  
 dentur insulse fieri. Scripsi ita, ut te probaturum exi-  
 stitem. Mihi duas à te epistolas reddidit. unam XI,  
 alteram X Calendarū ad recentiore prius, & le-  
 uiozem. laudo, si uero etiā Calsulenus ἀνω ποταμῶν  
 Antonij consilia narras turbulenta, atq; utinam potius  
 per populum agat, quàm per Senatū, quod quidem  
 ita credo, sed mihi totum eius consiliū ad bellum spe-  
 ctare uidetur. Siquidem D. Bruto Prouincia eripitur  
 quoquo modo, ego de illius neruis existimo. non uidetur  
 fieri posse sine bello. sed non cupio, quoniam caret Bu-  
 throtis, rides ab cordolio non mea potius assiduitate, di-  
 ligentia, gratia perfici. Quod scribis te nescire, qd no-  
 stris faciundum sit, iam pridem me illa ἀπορία soli-  
 citat. Ita q; stulta iam Iduum Martiarum est consolati-  
 tio. Animis enim usi sumus uirilibus, consilijs (mihi cre-  
 de) puerilibus. Excisa enim est arbor, non euulsa, itaq;  
 quàm fruticetur uides. Redeamus igitur quoniam sæpe  
 usurpas ad Thusculanas disputationes. Saufium pe-  
 te. celenus, ego nunquam indicabo. Quod te à Bruto re-  
 quiri scribis, ut certior fieret, quo die in Thusculanum  
 essem futurus. ut ad te ante scripsi VI Calendarū, et

quoddem ibi te quã primum peruidere uelim. Puto enim nobis Lanuuiũ eundum. eadem non sine multo sermone, sed μελίσσει. Redeo ad superiorẽ, ex qua prætereo illa prima de Buthrotis, quæ mihi sunt inclusa medullis. sit modo (ut scribis) locus agendi. De oratione Bruti prorsus contendis, mecumq; iterum tam multis uerbis agis. Ego ne ut eam causam, quam is scripsit, ego scribã non rogatus ab eo? nulla παρεχέρισσις fieri potest cõtumeliosior. At inquis ἡρακλείδιον aliquđ. Non recuso id quidẽ, sed & componendũ argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Licet enim de me, ut libet, existimes, uelim quidem quamoptime, si hæc ita manent, ut uidentur (feres quđ dicam) me Idus Martiæ non delectant. Ille enim nunquam reuertisset. nos timor confirmare eius acta non coegisset, aut ut in Saufeleam, reliquasq; Tusculanas disputationes, ad quas tu etiam Vestorium hortaris, ita gratiosi eramus apud illum, quem Diũ mortuum perdant. Tu ut nostræ ætati, quoniam interfecto domino liberi non sumus, nõ fuerit dominus ille fugiendus. Rubeo (mihi crede) sed iam scripsẽrã, delere nolui. De Menedemo uellem uerum fuisse. De Regina uelim uerum sit, cætera corãm, & maxime nostris quid faciendum sit, quid etiam nobis. Si Antonius militibus obsessurus est Senatũ. Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, ueritus sum, ne solueret, itaq; nisi dedita opera. Erat enĩ rescribẽdum tuis, q̃ uellẽ Bruto studiũ tuũ nauare potuisse. Ego igitur ad eũ literas ad Dolabellã Tironẽ misi cum mandatis, et literis. eum ad te uocabis, & si quid habebis, quod placeat, scribes. Eæ autem de transuerso-

L. Cæsar, ut ueniam ad se rogat in nemus, aut scribam, quò se uenire uelim. Bruto enim placere se à me conueniri. O rem odiosam, & inexplicabilem. puto me ergo iturum, & inde Romam, nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te, nihil dum enim à Balbo, tuas igitur expecto, nec actorum solum, sed etiam futurorum. A Bruto tabellarius redijt. attulit et ab eo, & Cassio litteras. consilium meum magnopere exquirunt. Brutus quidem utrum de duobus. O rem miseram. plane non habeo quid scribam. Itaq; silentio puto me usurum, nisi quid aliud tibi uidetur, sin tibi quid uenit in mentem, scribe quæso. Cassius uero uehementer orat, ac petit, ut Hircium quamoptimum faciã, sanum putas ἀνθρώπος. Epistolam tibi misi, ut tu de Prouincia Bruti, et Cassij perscita. scribit & Balbus, & Hircius quidem se acturum. Etenim iam in Tusculano est, mihiq; ut absim, uehementer author est, ille quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit. ego autem etiam, ut nullum periculum sit, tantum abest, ut Antonij suspicionē fugere non curem, ne uidear eius secundis rebus delectari, ut mihi causa esset, cur Romam uenire nolim, ne illum uideam. Varro autem noster ad me epistolã misit, sibi à nescio quo missam (nomen enim deerat) in qua scriptum erat. Veteranos eos, qui reijciantur (nam partem esse dimissam) improbissime loqui, ut magno periculo Romæ sint futuri, qui ab eorum partibus dissentire uideantur. Quis porro noster itus, reditus, nullus, inaccessus inter istos? Quod si, ut scribit L. Antonius, eum uidelicet et in D. Brutum. Reliquos in nostros. ego quid faciam aut quo me fato geram? Mihi uero delibera-  
tum est, ut nunc



tum est, ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe, in qua non modo florui cum summa fama, uerum etiam serui cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia exire, de quo tecum deliberabo, quam istuc nō uenire. Cū ad me Brutus noster scripsisset, et Cassius, ut Hircium, quem adhuc bonum fuisse sciebant, neq; eū confidebāt fore, mea auctoritate meliorem facerē (Antonio est enim fortasse iratior, causæ uero amississimus) tamen ad eum scripsi, eiq; Bruti, & Cassij dignitatem commendauī. Ille quid mihi rescripsisset, scire te uolui, si forte idē tu, quod ego, existimares, istos etiam nunc uereri, ne forte ipsi nostri plus animi habeant, quā habent.

HIRCIVS Ciceroni suo. S. Rure iam redierā, quæris an ego, cum omnes caleant, ignauiter aliqd faciā. Etiā ex urbe sum profectus, ut (illius enim statū odi) abessem. Has tibi literas exiens in Tusculanum scripsi. Noli autem me tam strenuum putare, ut ad Nonas recurrā. Nihil enim iam uideo opus esse nostra cura, quoniam præsidia sunt in tot annos prouisa. Brutus, & Cassius utinam quamfacile à te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineāt consiliū. cede: eis enim hæc ais scripsisse. quò? aut quare? retine obsecro te Cicero, & illos. Noli sinere hæc omnia perire, quæ funditus mediufidius rapinis, incendijs, cædibus peruertuntur. tantum si quid timent, caueant. nihil prætereā moliantur. Non mediufidius acerrimis consilijs, plus, quā etiam inertissimis, dum modo diligentibus consequentur. Hæc enim, quæ fluunt, per se diuturna nō sunt. In contentione præsentis ad nocendum habet uires. Quid speres de illis, in Thu-

sculanum ad me scribe. Habes Hircij epistolam, cui re-  
 scripsi, nil illos callidius cogitare idq; confirmavi. hoc,  
 qualecunq; esset, te scire uolui. Obsignata iam epistola,  
 Balbus ad me, Seruiliam redijse, confirmare non di-  
 scessuros. Nunc exspecto a te literas. Gratum, quod mi-  
 hi epistolas, quæ quidem me delectarunt. In primis Se-  
 stj nostri. dices, q̄a te laudat. puto mehercule id quoq;  
 esse causæ, sed tamen etiã ante, quàm ad eum locum ue-  
 ni. ualde mihi placebat cū sensus eius de Rep. tum scri-  
 bendi cura. Seruius uero pacificatus cum librariolo  
 suo, uidetur obijse legationem, et omnes captiunculas  
 pertimescere. debuerat autem non ex iure manu conser-  
 tum, sed quæ sequuntur. tu quoq; scribes. Post tuum di-  
 scessum binas a Balbo. nihil noui. Itemq; ab Hircio, qui  
 se scribit uehementer offensum esse ueteranis. Exspectat  
 animus q̄dam agam de Calen. Martijs. Misi igitur Ti-  
 ronem, et cum Tirone plures, quibus singulis, ut quisq;  
 accidisset, dares literas, atq; etiam scripsi ad Antonium  
 de legatione, ne, si ad Dolabellã solum scripsssem, ira-  
 cundus homo commoueretur. quod autem aditus ad eum  
 difficilior esse dicitur, scripsi ad Entrapelũ, ut is ei me-  
 as literas redderet, legatione mihi opus esse. honestior  
 est uotina, sed licet uti utraq; de te quæso etiam, atque  
 etiam uide. Velim possis corã, si minus possis, literis  
 idem consequemur. Grecius ad me scripsit, C. Cassiũ  
 sibi scripssisse, homines comparari, qui armati in Thu-  
 sculanum mitterentur. id quidem mihi uidebatur, sed  
 cauendum tamen, & illæ, quæ plures uidendæ, sed ali-  
 quid crastinus dies ad cogitandum nobis dare pollice-  
 tur. IIII Nonarũ uesperĩ a Balbo redditæ mihi lite-  
 ræ, fore

ræ, fore Nonis Senatam, ut Brutus in Asia, Cassius in  
 Sicilia frumentum emendum, et ad urbem mittendum  
 curarent. O rem miseram. primum ullam ab istis lega-  
 tionē. dein, si aliquā hanc legatariā Prouinciam. Atq;  
 haud scio, an melius sit, quàm ad Eurotam sedere, sed  
 hæc casus gubernabit. ait autem eodem tempore decre-  
 tum iri, ut & ijs, & reliquis prætorijs Prouinciæ decer-  
 nantur. hoc certe melius, quàm illa Persei porticus. No-  
 lo enim Lacedæmonem longinquo, quam in Lanuuiū  
 existimauit. Rides inquires in talibus rebus? quid faciā?  
 plorando fessus sum. Dii immortales, quàm me contur-  
 batum tenuit epistolæ tuæ prior pagina, qd autem iste  
 in domo tua casus armorum? Sed hunc quidē nimbum  
 citotransiisse lætor. tu qd egeris tua cum tristitia etiā  
 difficili ad consiliandum legatione, uehementer expe-  
 cto. est enim inexplicabilis. ita circumsedemur copijs o-  
 mnibus. Me qdē Bruti literæ, quas ostendis a te lectas,  
 ita perturbarunt, ut q̄q̄ ante egebam consilio, tamē ani-  
 mi dolore sim tardior. Sed plura, cū ista cognoro. Hoc  
 aut tempore, quod scriberem, nihil erat, eoq; minus, qd  
 dubitabā, tu has ipsas literas esses ne accepturus. Erat  
 enim incertū, uisurus ne te esset tabellarius. Ego tuas li-  
 teras uehemēter expecto. O Bruti amanter scriptas lite-  
 ras. O iniquū tuū tempus, qd ad eū ire nō possis. ego aut  
 qd scribā? ut beneficio istorū utātur? qd turpius? Ut mo-  
 liantur aliqd? nec iā possunt, nec audēt. Age q̄scant au-  
 thoribus nobis. q̄s incolumitatē præstat? Si uero aliqd  
 De Decijs, Gracchisq; nostris, uita etiam si nemo mole-  
 stus sit. Ludos uero nō facere qd foedius? Frumētū im-  
 ponere, quæ ē alia Dionis legatio, aut qd minus in rep.

sordidius? prorsus quod consilia tali in re ne uis quod tuta sunt, qui dant, sed possum id negligere proficiscens. Frustra uero qui ingrediar matris consiliu, cum utatur etiam precibus. quid me interponam? Sed tamen cogitabo, quo genere utar literarium. non possum statim. Igitur mittam ad Antium, uel Circæos. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Ntium ueni VI Calendaru. Bruto iucundus noster aduentus. deinde multis audientibus Serwilia Tertulla, Porcia quaerere, quid placeret. Aderat etiam Fauonius. Ego, quod era meditatus in uia suadere, ut uteretur asiaticae curatione frumenti, nihil esse iam reliqui, quod ageremus, nisi ut saluos esse in eo etiam ipsi reip. esse praesidium, quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. Ego eadem illa repetui. hoc loco fortibus sane oculis Cassius matrem spectare, dicere se in Sicaliam non iturum. Ego ne ut beneficium accepisset in contumelia, quod ergo agis inquam? At ille in Achaiam se iturum. quid tu inquam Brute? Romam inquit, si tibi uidetur. mihi uero minime. tuto enim non eris. quid si possem esse? Placeret ne, atque ut omnino neque nunc, neque ex praetura in Prouinciam ire. Sed author non sum, ut te urbi committas. Dicebam ea, quae tibi profecto in mentem ueniunt, cur non esset tuto futurus. multo inde sermone querebantur. Atque id quidem Cassius maxime amissas occasionis, Deciumque grauiter accusabat, ea negabam oportere praeterita repeti. assentiebar tamen. quanquam ingressus essem dicere, quid oportuisset. Nec uero quicquam noui, sed ea, quae

sed ea, quæ quotidie omnes. nec tamen illum locum at-  
 tingere quenq̄, præterea oportuisse tangi, sed Senatû uo-  
 cari. populum ardentem studio uehementius incitari.  
 totam suscipe remp. exclamat tua familiaris. Hoc uer-  
 bo neminem unq̄ audiui. Ego repressi, sed Cassius mihi  
 uidebatur iturus. etenim Seruilia pollicebatur se cura-  
 turam, ut illa frumenti curatio de S. C. tolleretur. et no-  
 ster Brutus cito deiectus est, de illo inani sermone (uel-  
 le enim se dixerat) cõstituit igitur, ut ludi absente se fie-  
 rent suo nomine. proficisci autem mihi in Asiam uide-  
 batur ab Antio uelle, ne multa. nihil me in illo itinere  
 præter conscientiam meam delectauit. non enim fuit  
 committendum, ut ille ex Italia prius, quã à me conuen-  
 tus esset, discederet. hoc dempto munere amoris, atq; of-  
 ficij, se quebatur, ut mecû ipse ἢ δὲ πο δὲ δὲ δὲ, σοι τι δὲ ὕα  
 ται ὕν θιο πρεπῆς? prorsus dissolutum offendi nauig-  
 gium, uel potius dissipatum. nihil consilio, nihil ratiõe,  
 nihil ordine. Itaq; etsi ne antea quidem dubitauerã, ta-  
 men nunc co minus euolare hinc, idq; quam primum,  
 ubi nec Pelopidarû facta, neq; famam audiã, et heus tu,  
 ne forte sis nescius. Dolabella me sibi legauit ad IIII  
 Nonarum April. Id mihi heri uespero munitatum est.  
 uotina ne tibi quidem placebat, etenim erat absurdû,  
 quæ si stetisset resp. bonis non sumere, & uersa illa uo-  
 ta dissoluere, & habent, opinor, literæ legationes diffi-  
 nitum tempus lege iulia, nec facile addi potest, idq; adeo  
 genus legationis, ut cum uelis introire, exire liceat, quã  
 nunc mihi additum est bella. est autem huius iuris quin-  
 quennij licentia, quãq̄ quinquennium cogitem, cõtrahi  
 mihi negotium uidetur, sed βλασφημίαν mittamus.

Bene mehercule de Buthroto, at ego Tironem ad Dola-  
 bellā cum literis, quia iusseras, miserā. quid nocet? De  
 nostris autē Antiatribus satis uidebar planē scripsisse,  
 ut non dubitares, essent quin ociosi futuri, usuriq; bene-  
 ficio Antonij contumelioso. Cassius frumentariam rem  
 aspernabatur, eam Seruilia sublaturam ex S. C. se esse  
 dicebat. noster uero Brutus in Asiam, postea, q̄ mihi est  
 assensus tutō se Romae esse nō posse. ludos enim absens  
 facere malebat. statim autem se iturum, simulac ludorū  
 apparatus ijs, qui curaturi essent, tradidisset. Navigia  
 colligebat. erat animus in cursu. interea in eisdem locis  
 erāt futuri. Brutus quidem se aiebat Asturæ affiturū.  
 L. quidem Antonius liberaliter literis sine cura me esse  
 iubet. Habeo unum beneficium, alterū fortasse in This-  
 sculanum uenerit. O negocia non ferenda, quae ferun-  
 tur tamen. Octauio, ut perspexi satis inge-  
 nij, satis animi. uidebaturq; erga nostros n̄ p̄uas ita fo-  
 re, ut nos uellemus, animatus. Sed qd̄ ætati credendum  
 sit, quid nomini, quid hereditati, quid uobis hoc ma-  
 gni consilij est. Vitricus qdem nihil censebat, quē Astu-  
 ræ uidimus, sed tamen alendus est, et ut nihil aliud ab  
 Antonio seiūgendus. Marcellus præclare, si præcipit no-  
 stro nostri, cui qdem ille deditus mihi uidebatur. Pansie  
 autem, & Hirco nō nimis credebat, bona indoles eā  
 διαμειν. VIII Cal. duas à te accepi epistolas. respon-  
 debo igitur priori prius. assentior tibi, ut nec duces si-  
 mus, nec agmen cogimus, faueamus tamen. Orationem  
 tibi nisi eius custodiendæ, & proferendæ arbitriū tuū  
 sit. sed quādo illū diem tu tuendū putes? Inducias, quas  
 scribis, nō intelligo fieri posse. melior est ἀνατιφωρησία  
 qua me usurum

qua me usurū arbitror. Quod scribis legationes duas  
 Brūdisiū uenisse, uos omnia prius. Scribas igitur, quod  
 audieris. Varronis *διαλογον* expecto. improbo ἡρα-  
 κλειδειον, præsertim cū tu tantopere delectere. sed qua  
 lem uelis uelim scire. quod ad te antea, atque a te prius scri-  
 psi (sic enim mauius ad scribendū tibi uere dicere) fecisti  
 me acriorem. At tuum iudicium, quod mihi erat notū,  
 addidisti. Peducei auctoritatem magnā quidē apud te,  
 et in prius grauē. enitar igitur, ne desyderes aut indis-  
 striam meam, aut diligentia. Vcctenim, ut scribis, et  
 Faberiū foueo. Clodiū nihil arbitror malitiose, quanquā  
 sceleste quod egerit. de libertate retinēda, qua certe nihil  
 est dulcius, tibi assentior. ita ne Gallo animo hominem  
 nequē? quid enim dicam aliud. cautum Marcellum. me sic,  
 sed non tamen cautissimum. Longiori epistolæ, superio-  
 ri quæ respōdi. nunc breuiori, propiori quæ quid respōdeat,  
 nisi eam fuisse dulcissimam? Res Hispanienses ualde bo-  
 næ. modo Balbiliū incolumē uideat, subsidium nostræ  
 senectutis. De Amiano item, quod me ualde obseruat uiseli-  
 lia, sed hæc quod humana. De Bruto te nihil scire dicis,  
 sed selicia uenisse M. Scaptiū, eum quæ; nō qua pompa, ad  
 se tamē clam uenturū, sciturum quæ; me omnia, quæ ego sta-  
 tim. interea narrat eadē, Bassi seruum uenisse, qui nū-  
 tiaret legiones alexandrinæ in armis esse. Bassum ar-  
 cessi. Cassium expectari. quid quæris? Videtur resp. ius  
 suum recuperatura, sed nequit ante. nosti horum exer-  
 citationē in latrocinio, et amētia. Dolabella uir optimus  
 etsi cū scriberet secunda mensa apposita, uenisse eū ad  
 Baias audiebāt, tamē ad me ex Formiano scripsit, quas  
 literas cum è balneo exiissem, accepi, se se de attributiōe

omnia summa fecisse. V. etenim accusat, triatur scilicet, ut homo talis, sed ait totum negociū Sestium nostrū suscepisse, optimum q̄dem illum uirum, nostriq; amanti-  
 simum. quæro autem quid tandem Sestius in hac re facere possit, quod non quis nostrum? sed, si quid præter spem erit, facies, ut sciam. sin est (ut arbitror) negocium perditum, scribes tamen, neq; ista res commouebit. Nos hic φιλοσοφύμεθα, quid enim aliud, et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicauimus. προσφωνοῦ μὲνq; Ciceroni. Quia de re enim potius pater filio? deinde alia. qd quæris? Extabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras uenturum putabant. Ego autem in Pompeianum properabam, nō quo hoc loco q̄q̄ pulchrius, sed iter pellatores illic minus molesti. sed p̄scribe quæso, quæ causa sit Myrtillo. Pœnas quidem illum pepēdisse audiui, et satis ne patet, unde corruptus. Hæc cum scriberem tantum, quod existimabam ad te orationem esse præbui, quam timeo, quid existimes. Et si quid ad me, quod non sit foras proditum, nisi rep. recepta, de quo qd sperem, non audeo scribere. VI Calendarum accepi à Dolabella literas, quarum exemplum tibi misi. in qbus erat omnia se fecisse, quæ tu uelles, statimq; ei rescripsi, et multis uerbis gratias egi, sed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc casu sumpsit, quod ex te ipso coram ante nihil potuissem cognoscere. Sed quid multa? literas hoc exemplo dedi.

M. T. Cicero P. Dolabellæ Cons. S. Antea cum literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoq; erga se beneficio certior factus essem, cumq; tu ipse etiā ad me scripsisses, te fecisse ea, quæ nos uoluissimus, egi tibi gratias



tibi gratias per literas his uerbis, ut intelligeres nihil te mihi gratius facere potuisse. Postea uero, quod ipse Atticus ad me uenit in Tusculanum huius unius rei causa, tibi, ut apud me gratias ageret. cuius tuam eximia quamdam, et admirabilem in causa Buthrotia uoluntatem, et singularem erga se amorem perspexisset, teneri non potui, quin tibi apertius illud idem ijs literis declararem. Ex omnibus enim mi Dolabella studijs in me, et officijs, quae summa sunt, hoc scito mihi et amplissimum uideri, et gratissimum esse, quod per feceris, ut Atticus intelligeret quantum ego te, quantum tu me amares. quod reliquum est Buthrotiam, et causam, et ciuitatem, quae a te constituta est (Beneficia autem nostra tueri solemus) tamen uelut receptam in fidem tuam, a me etiam, atque etiam tibi commendatam, auctoritate, et auxilio tuo tutam esse uelis. Satis erit in perpetuum Buthrotis praesidij, magnaque cura, et solitudine Atticum, et me liberaris, si hoc oneris mei causa susceperis, ut eos semper a te defensos uelis. quod ut facias te uehementer etiam, atque etiam rogo. His literis scriptis me ad σουτάξεις dedi, quae quidem uereor, ne minio, ac caera tua pluribus locis notanda sint, ita sum μντιωπος, et magnis cogitationibus impeditus. L. Antonio male sit. Siquidem Buthrotis molestus est. Ego testimonium composui, quod cum uoles. ob signaui. Tu nummos Arpinatum, si L. Fadius aedilis petet, uel omnis reddito. Ego ad te alias epistolas scripsi HS CX, quae Statio curarentur. si ergo petet Fadius, uolo reddi praeter Fadium nemini. apud me item puto depositum. Id scripsi ad Erotem, ut redderet. Regnam odit. me iure facere scit. Sponsor promissorum eius,

Ammonius, quæ quidem promissorū eius erant φιλό-  
 λογα, & dignitatis meæ, ut uel in concione dicere au-  
 derem. Saram autem præter q̄ nefarium cognoui ho-  
 minem, præterea in me cōtumacem (semel eum omnino  
 domi meæ uidi) cum φιλόφρονος ex eo, quærerem qd  
 opus esset, Atticum se dixit quærerere. Superbiam autem  
 ipsius Reginae, cum esset trans Tyberim in hortis, acta  
 eius commemorare sine magno dolore nō possum. nihil  
 igitur cum istis, nec tam animum me, q̄ stomachum ha-  
 bere arbitrantur, profectioem meā, ut uideo, Erotis di-  
 spensatio impedit, nam cum ex reliquis, quæ Nonis  
 April. fecit, abundare debeā, cogor mutuari, quodq; ex  
 istis fructuosis rebus receptū est. Id ego ad illud Fanū  
 sepositum putabā, sed hæc Tironi mādauī, quem ob eā  
 causam Romam nisi. te nolui impeditum impedire. Ci-  
 cero noster quo modestior est, eo me magis cōmouet. ad  
 me enim de hac re nihil scripsit, ad quem nimirum po-  
 tissimū debuit. scripsit hoc autem ad Tironē, sibi post  
 Cal. April. (sic enim annuum tempus confici) nihil da-  
 tum esse, tibi pro tua natura semper placuisse, teq; existi-  
 masse. id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum nō  
 modo per liberaliter à nobis, sed etiam ornate, cumula-  
 teq; tractari. Quare uelim cures (nec enim tibi esset  
 molestus, si per alium hoc agere possem) ut permutetur  
 Athenas, quod sit in annum sumptum ei. scilicet Eros  
 numerauit. Eius rei causa Tironem nisi. curabis igitur,  
 & ad me, siquid tibi de eo uidebitur, scribes. Tandem  
 à Cicerone tabellarius, sed mehercule literæ πιτυρω  
 μίως scriptæ, quod id ipsum perspicaciam aliquam  
 significaret. Itemq; cæteri præclara scribunt, Leonis.

des tamen retinet suum illud adhuc, summis uero laudibus Erotas. quid quæris? Vel uerba mihi dari facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. tu uelim, siquid tibi ex Statio scriptum, quod pertineat ad me, certiore me facias. Narro tibi, hæc loca uenusta sunt, abdita certe, et siquid scribere uelis, ab arbitris libera. sed nescio quomodo φίλος. Itaque me referunt pedes in Thusculanum, & tamen hæc τοπογραφία ripule uidetur habitura celerem facietatem. Equidem etiam pluuias metuo, si pronostica nostra uera sunt. Ranæ enim ῥητοράσιον. Tu quæso fac sciam, ubi Brutum nostrum, & quo die uidere possim. duas accepi postridie Iduum, alteram eo die datam, alteram Idibus. Prius igitur superiori. de Bruto, cum scies. de Consulum ficto timore cognoueram. Sicut enim φιλοσόφως ille quidem, sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem, tamen διδόμενα. nullum enim uerbum à Siregio. non placet. De Plectorio uicino tuo permolesti tuli, quenquam prius audisse, quam me. de Siro prudenter. L. Antonium per M. Antonium fratrem, ut arbitror, facillime deterrebis auctoritate, uel ui. sed non dum acceperas literas, nec cuiquam dederas, nisi L. Fadio ædili. aliter enim nec caute, nec iure fieri potest. Quod scribis tibi deesse HS C, quæ Ciceroni curata sint. uelim ab Erote quæras, ubi merces insularum. Arabioni de Sicio nihil irascor. ego de itinere nisi explicato A. nihil cogito, quod idem tibi uideri puto. Habes ad superiorem. Nunc audi ad alteram. Tu uero facis, ut omnia, quod seruilia non desit, & Bruto. De Regina gaudeo te non

laborare, certe etiam tibi probari Erotis rationes, & ex Tironem cognoui, et uocavi ipsum gratissimum, quod polliceris Ciceroni nihil defuturum, de quo mirabilia Messala, qui Lanuuium rediens ab istis uenit ad me, & mehercule ipsius literæ sic & φιλοσόφως, et πικρῶς scriptæ, ut eas uel in agro sic audeam legere, quo magis illi indulgendum puto. De Bualiano Sestium puto non moleste ferre. ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. Tu uero quicquid erit, quod me scire par sit, statim XVII Calendarum abibo. & si satis uidebar scripsisse ad te, quid mihi opus sit, quid te facere uellem, si tibi commodum esset, tamen cum profectus essem, & in lacuna uigilarem, Tironem statui ad te esse mittendum, ut his negocijs, quæ agerentur, interesset. Atque etiam scripsi ad Dolabellam, me, si ei uideretur, uelle proficisci, petijq; ab eo de mulis uecturæ itineris, & meis. cum intelligo te distentiissimum esse, qua de Buthrotis, qua de Bruto, cuius etiam ludorum suorum curam, etiam administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere, ut ergo in eiusmodi re tribues nobis paulum operæ. nec enim multum opus est. mihi res ad eadem, & eam quidem propinquam spectare uideatur, uides homines, uides arma. prorsus non mihi uideor esse tutus. si tu aliter sentis, uelim ad me scribas, domi enim manere, si recte possum, multo malim. Quidnam est, quod audiendum amplius de Buthrotis? Stetisse enim te frustra scribis, quid autem se refert Brutus? Doleo mehercule te tam esse detentum, & quod decem hominibus referendum est acceptum, est illud quidem  
 sed ἀρετῶν

mihiq; gratissimum. De armis nihil uidi apertius. Fis  
 gratus igitur, et, ut ais, coram. Theophanes quid uelit,  
 nescio. Scripserat enim ad me, cui rei scripsi, ut potui.  
 Mihi autem scribit, uenire ad me se uelle, ut ei de suis re  
 bus, & quaedam, quæ ad me pertinerent. Tuas lite  
 ras expecto. Vide quæso neqd temere fiat. Staius scri  
 psit ad me locutum secum esse. Quintum Ciceronē ual  
 de asseueranter, se hæc ferre non posse, certum sibi esse  
 ad Brutum, & Cassium transire. Hoc enim uero nunc  
 discere aueo. hoc ego quid sit, interpretari non possum.  
 Potest aliquid iratus Antonio? Potest gloriam nouam  
 querere? Potest totum esse χεδίαο μα? Et nimirum  
 ita est. sed tamen et ego uereor, et pater conturbatus est.  
 Scit enim quæ illæ de hoc mecum quidem ἀφάρα no  
 lim. planè qd uelit, nescio. à Dolabella mandata ha  
 beo, quæ mihi uidebuntur, id est nihil. dic mihi C. An  
 tonius uoluit ne fieri Septemuir? fuit certe dignus. De  
 mea domo est, ut scribis. Facies omnia mihi nota. Egr  
 gratias uerētino, nihil enim potuit humanius. Dolabel  
 læ mandata sint quælibet. mihi aliquid, uel quod Ni  
 cæe nuntiem, quis enim hæc, ut scribis, Anteno? nunc  
 dubitare quenquam prudētem, quin meus discessus de  
 sperationis sit, non legationis? Quod ais, extrema quæ  
 dam iam homines de rep. loqui, et eos quidem uiros bo  
 nos, ego, quo die audiui illum tyrānum in concione cla  
 rissimum uirum appellari, subdiffidere cœpi. Postea  
 uero quàm tecum Lanuuij uidi nostros tantum spei ha  
 bere ad uidendum, quantum acceperant ab Antonio, de  
 speraui. Idq; mi Attice fortiter hoc uelim accipias, ut  
 ego scribo, genus illud interitus, quo casurus est, fœdum

duces, et quasi denuntiatum nobis ab Antonio. Ex hac  
 nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mor-  
 tis melioris. Hæc omnis culpa Bruti. Pompeium Car-  
 thela receptum scribis. Iam igitur contra hunc exera-  
 tum. Vtra ergo castra? Media enim tollit Antonius, illa  
 infirma, hæc nefaria. Properemus igitur, sed iuua me  
 consilio, ut Brundisio, an Puteolis, Brutus quidem su-  
 bito, sed sapienter *πάχωντι* Quando enim il-  
 lum? sed humana ferenda. tu ipse eum uidere non po-  
 tes. Diu illi mortuo, qui unquam Buthrotum uenit. Sed  
 acta missa. Videamus, quæ agenda sint, rationes Ero-  
 tis, & si ipsum non dum uidi, tamen et literis eius, &  
 eo, quod Tiro cognouit propemodum cogitans habeo.  
 Versuram scribis esse faciendam mensium quinque, id  
 est ad Calendas Nouēbris HS CC in eam diem ea-  
 de re numos quinque donent. Velim igitur, quoniam  
 Tiro negat tibi placere, me eius rei causa Romam ueni-  
 re, si faceres, nihil offenderes. Videas enim unde nu-  
 mu sint. mihi feras expensum. Hoc uideo in præsentia  
 opus esse. Reliqua diligentius ex hoc ipso requiram, in  
 his de mercedibus dotalium prædiorum, quæ si fideli-  
 ter Ciceroni curabuntur, quanquam uolo laxius, tamē  
 ei propemodum nihil deerit. Equidē uideo mihi quoque  
 opus esse uiaticum, sed id ex prædijs, ut cadet, ita solue-  
 tur. Mihi autem opus est uniuerso quidem. Et si mihi ui-  
 detur iste, qui umbras timet, ad cædē spectare, tamen,  
 nisi explicata solutione, non sum discessurus. Sit ne au-  
 tem excitata, nec ne, tecum cognoscam. Hæc putavi mea  
 manu scribendam. Itaque feci de Eadio, ut scribis. Vtique  
 nulli alij rescribas uelim hodie. Narro tibi Quintus

pater exultat lætitia. scripsit enim filius se idcirco pro fugere ad Brutum uoluisse, quod cum sibi negotium daret Antonius, ut eum Dictatorem efficeret, præsidium occuparet, id recusasse. Recusasse autem se, ne patris animum offenderet. ex eo sibi illum hostem. Tum me inquit collegi uerens, ne quid mihi ille iratus tibi noceret, patri scilicet. Itaque eum placavi, & quidem CCCC M. certa, reliqua in spe. scribit autem Statius illum cum patre habitare uelle. Hoc uero mirum, & id gaudet, quem tu illo certiore nebulonem?

Vestram de re causam deliberationis probo. nihil eram suspicatus de tabulis. restitutam arbi-

trabar. Quæ differens, ut mecum coram, expectabo tabellarios, quoad uoles, tenebis enim eos occupatos.

Quod ad Xenonem probe. quod scribo cum absolueret. Quinto scripsisti te ad eum literas misisse. nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundisium, &

quidem dicere aliquid de militibus. At ego iam destinam. Hidruntem quidem. mouebant me tuæ quinque ho-

ræ. Hic autem quantus πλῆς. sed uidebimus. Nul-

las à te XI Calen. quippe quid enim iam noui? Cum

primum igitur poteris, uenies. ego propero, ne ante Sestium, quem aduentare aiunt. Gratulor nobis Quintum

Filium exiisse. molestus non erit. Pansam bene loquere do. Semper enim coniunctum esse cum Hircio scio, anti-

quissimum Bruto, et Cassio puto. Si expedit. sed quando illos uidebit? inimicum Antonio, quando, aut cur? quousque

ludemur? Ego autem scripsi Sestium aduentare, non quo iam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet. certe si pergit bellum paratum est.

Hic autem noster Citherius, nisi uictorem, neminem uicturum. Quid ad hæc Pansa? utro erit, si bellum erit? quod uidetur fore. sed & hæc, & alia coram. Hodie quidem (ut scribis) aut cras. Mirifice torqueor, sine dolore tamen sed permulta mihi de nostro itinere in utranq; partem occurrunt, quousq; inquires? quo ad erit integrum. Erit autem usq; dum ad nauem. Pansa uero si scripserit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. Silium expectabam, cui ὑπόμνημα compositum, siquid noui. ego literas misi ad Brutum, cuius de itinere etiam ex te uelim, siquid scies, cognoscere. Tabellarius, quem ad eum miseram, ex itinere redijt VIII Calendarū, & Seruilia dixit eo die Brutum his profectum. sanè dolui meas literas redditas non esse. Silius ad me non uenerat. causam composui. eum libellum tibi misi. Te quo die expectem, uelim scire. de meo itinere uariæ sententiæ. Multi enim ad me, sed tu incumbe quæso in eam curam. magna res est. An probas, si ad Calen. Ianuarij cogitamus? meus animus est æquus, si tamen, ut nihil offensionis sit, & tu etiam scire, quo die olympia cum mysteria scilicet, ut tu scires, casus consilium nostri itineris iudicabit, dubitemus igitur. hyberna enim nauigatio eo odiosa, eoq; ex te quæsieram mysteriorum diem. Brutum, ut scribis, uisum iri a me puto. ego hinc uolo pridie Calendarum. de Quinti negotio uideo a te omnia facta, ille tamen dolet dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio Mandibili. L. Pisonem uellem exire legatum. ταύτης ἡμέρας uelim scire, quid sit. Tabellarius ille, quem tibi dixerat a me ad Brutum missum in Anagninum, ad me uenit, ea nocte, quæ



ea nocte, quæ proxima ante Cal. fuit, literasq; ad me  
 attulit, in quibus unū alienum summa tua prudentia,  
 id est illud, ut spectem ludos suos. rescripsi scilicet, pri-  
 mum me iā profectum, ut integrū sit, de me ἀτοπώτα-  
 τος me esse, qui Romam omnino post hæc arma nō ac-  
 cesserim. neq; id tã periculi mei causa fecerim, q̄ digni-  
 tatis, subito ad ludos uenirẽ? Tali enim tempore ludos  
 facere illi honestum est, cui necesse est spectare. mihi, ut  
 non est necesse, sic uenire ne honestum est. Equidem il-  
 los celebrari, et esse quam gratissimos mirabiliter cu-  
 pio, idq; ita futurum esse confido, & tecum ago, ut iam  
 ab ipsa commissione ad me, quemadmodum ij ludi acci-  
 piantur, deinde omnia. reliquorum ludorū dies singu-  
 los prosequare. Sed de ludis hætenus. Reliqua pars epi-  
 stolæ, illa nanq; in utranq;. Sed tamen nonnullos inter-  
 dum iacit igniculos uiriles, quod, quale tibi uideretur,  
 ut possis interpretari, nisi ad te exẽ plū epistolæ, quã-  
 quam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoq; se at-  
 tulisse literas à Bruto, easq; à Thusculano esse delatas.  
 Ego itinera sic composueram, ut Non. Quintil. Puteo-  
 lis essem, ualde enim festino, ita tamen, ut quantum ho-  
 mo possit, quamcūctissime nauigẽ. M. Aeliū cura libe-  
 ra. uis me pauca spe in extremo fundo? et eos quidẽ sub-  
 terraneos seruitutis apud tale quid habituros, id me iā  
 iam nolle, neq; mihi iam esse tanti, sed (ut mihi dicebas)  
 quã lenissime potius, ut cura liberetur, quã ut me suc-  
 censere aliquid suspicetur. Idem ut de illo Tulliano cu-  
 pide libero, cum Cassellio loquere. parua res est, sed tu  
 bene attendisti. nimis callide agebatur. ego autẽ, si mihi  
 imposuisset aliquid, quod penẽ fecit, nisi tua malitia

affuisset, animo iniquo tulissem. Itaque, ut erit, rem impediri malo. octauam partem tui luminariū, mediā abstrahere memineris. cur Cereli uideris in capio dare ad eam summam, quæ sub præcone fuit maxima, id opinor esse CCC LXXX. Noui siquid erit, atque etiam, siquid prospicies, quod futurū putes, scribas ad me quā sepiissime uelim. Varroni, quæ admodum tibi mandauit, memineris excusare tarditatem literarū mearum, & modum istum. M. Ennius quid egerit de testamento, curiosius enim facias me uelim certiozem. Ex Arpinati VI Non. gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Nam cum VI Non. dare ad te eidem tabellario, dedi etiam ad Sestium scriptas *πᾶν φιλοσόφως*. Ille autem, quod Puteolis profequitur, humane, quod queritur, iniuste. Non enim ego tam illū expectare, cum de Cosano rediret, debui, quā ille aut non ire ante, quā me uidisset, aut citius reuerti. sciebat enim me celeriter uelle proficisci, sese quæ ad me in Tusculanum scripserat esse uenturum. Te, ut a me discesseris, lacrymasse, moleste ferebam, quod si me præsentem fecisses, consilium totius itineris fortasse mutassem. sed illud præclare, quod te consolata est spes breui tempore congregiendi, quæ quidem expectatio me maxime sustentat. Meæ tibi literæ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. librum tibi celeriter mittam. Tibi de Gloria excudā aliquid *πᾶν φιλοσόφως*. quod lateat in thesauris tuis. De Plancio Memio Attici iure queritur. Quod me de Bacchide statuarū coronis certiorē fecisti, ualde est mihi gratū, nec quicquid posthac nō modo tantum, sed ne tantulum quidem præterieris. Sed de Eroto, & Metio

meminero

meminero, & de omnibus, quæ te uelle suspicor, modo  
 turpem sororis tuæ filium, cum hæc scriberem. Aduen-  
 tabat autem βασιλει cœnantibus nobis. Ego, ut ad te  
 pridie scripseram, Nonis constitui uenire in Tusculana  
 num. ibo igitur. quotidie tuas literas expectabo, & ma-  
 xime de ludis, de quibus etiam ad Brutum tibi scribē-  
 dum est, cuius epistolæ, quæ interpretari ipse uix po-  
 teram, exemplum pridie tibi miseram. Atticæ meæ ue-  
 lim me ita excuses, ut omnem culpā in me transferas,  
 & ei tamen confirmes, me minime totum amorem ab ea  
 mecum abstulisse. Bruti ad te epistolam misi. Dii boni  
 quanta ἀμυχάρια. cognosces, cum legeris. De celebra-  
 tione ludorū Bruti, tibi assentior. ad M. Aeliū nullus,  
 tu quidem domū, sed sicubi inciderit. de Tulliano Semis-  
 se maximā adhibebis, ut scribis. quæ cū Cosiano egisti,  
 optime. quæ non solū mea, uerū etiā tua expedis, gratū.  
 Legationē tibi probari meā gaudeo. quæ promittis dii fa-  
 xint. Quid enim mihi meis iucundius? sed istā, quæ  
 tu excipis, metuo. Brutū cum conuenero, perscribam oīa.  
 De Plāco, et Decimo sanē uelim sextū scitū abijcere.  
 de mūdo si quid scies. Rescripsi ad oīa. nūc nostra accipe.  
 Quintus Filius usque Puteolos uenit. mirus ciuis, ut tu  
 Fauoniū, A sinū dicat. & quidē duas ob causas, & ut  
 meū, & σπείσασθαι uult cū Bruto, et Cassio. Sed tu  
 quid ais? scio enī te familiarē esse Othonis. ait hic mihi  
 Iulīā nō uelle amplius ferre. Cōstitutū enim esse disti-  
 diū. quæsiuit ex me pater qualis esset fama, dixi sanē  
 me nihil audisse. nesciebā enī cur quæreret, nisi de ore,  
 et patre. sed rursus inquā, at ille filiū uelle. Tū ego, et si  
 ἀδελυττό μιν, τῆν negruī. putauī illa esse uera (σχοπὸς

hoc est enim huic nostro nihil præbere. Illa autē ἐπεὶ  
 ἔσται. ego tamen suspicor hunc, ut solet, hallucina-  
 ri. sed uelim quæras. Facile autem potes. & me certio-  
 rem. obsecro te quid est hoc. Si gnata iam epistola, For-  
 miani, qui apud me coenabant, Plancum sinebant, hūc  
 Buthrotium pridie quàm hoc scribebam, id est III  
 Nonarū, uidi esse demissum sine phaleris. seruilos au-  
 tem dicere eum, & Agripetas electos à Buthrotis ma-  
 cete. Sed amabo te, perscribe mihi totum negociū. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLA-  
 RVM AD T. P. ATTICVM  
 LIBER SEXTVS-  
 DECIMVS.

T. P. ATTICO.

Onis Quintil. ueni in Puteolanū  
 iens ad Brutum, in eisdem hæc scri-  
 psi. Sed eo die, quo ueneram, coenā  
 ti Eros tuas literas. ita ne nobis in  
 alijs de istis mehercule. Sed Stoma-  
 chari totum diē licet, quicquam ne turpius, quàm Bru-  
 to nil? Redeo ad meum igitur, ἔλθω μιν. Nihil ui-  
 di. Sed quid est quæso, quod Agripetas Buthroti concū-  
 sos audio? Quid autem Plancus tam cursum? Ita enim  
 meditabar diem, & noctem. Sanè cupio scire quid sit.  
 Meā profectiōē laudari gaudeo. Dimachos a gro pul-  
 sos, mare infestū habere, mirū. Videndū est, ut mansio  
 laudetur ἐν ὁμοίᾳ. Bruti uidetur aliqd præsidij esse.  
 sed opinor minuta nauigia, sed iam sciā, et ad te cras.  
 De Ventidio

De Ventidio πανικόν puto. de Sexto pro certo habebatur ad arma. Quod si uerum est, sine bello civili uideo seruiendum. Quid ergo? Calendis Ianuarij. In Pansa spes. ἀἴρος πολὺς in uino, & in somno istorū. De CCX optime Ciceronis rationes explicētur. Ob ius enim recenset multa, quæ uellem in ijs, ne hoc quidem malum in mandatis sit, abunde. HS LXXII satis esse affatim prorsus, sed Xenonem perexiguae, & præbere, id est minutatim, Quæ quo plus permutasti, quàm ad fructum Insularum. Id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit. Hic ex Calendis April. ad HS LXXX accommodetur. Nunc enim insulæ tantum. Videndum enim est, quid cum Romæ erit. nõ enim puto socrum illam ferendam Pindaro. de Cumano negarã. Nũc, cuius rei causa tabellarium miserim, accipe. Quintus Filius mihi pollicetur se Catonem. Egit autem & pater, & filius, ut tibi sponderem, sed ita, ut tum crederes, cum ipse cognosces. huic ego literas ipsius arbitrati dabo, ea te ne mouerint. Has scripsi, in eam partem, ne me motum putares. Dij faxint, ut faciat ea, quæ promittit. Commune enim gaudium, sed ego nihil dico amplius. Is hinc III Iduũ. Ait enim attributionẽ in Idus, se autem urgeri acriter. Tu ex meis literis quo modo respondeas, meditabere. Plura, cum & Brutum uidero, et Erotem remittam. Atticæ meæ excusationem accipio, eamq; amo plurimũ, cui, et Pyliæ salutẽ. Vale.

T. P. A T T I C O.

s Exto Iduũ duas epistolas accepi, unam à meo tabellario, alteram Bruti. De Buthrotis longe

alia fama in his locis fuerat, sed cum multis alijs hoc se-  
 rendum. Erote[m] remisi citius, q̄ cōstitueram, ut esset cū  
 Hortensio, & quia equitibus quidem ait se idibus con-  
 stituisse. Hortensius uero imprudenter. Nihil enim de-  
 betur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Calēdis Sextil.  
 ex qua pensione ipsa maior pars est ei soluta aliquan-  
 to ante diem. Sed hæc Eros uidebit. de Publico autem qđ  
 perscribi oportet, moram nō puto esse faciendam, sed,  
 cum uideas quantum de iure nostro decesserimus, quid  
 hæres? HS CCCC si in præsentia soluerimus, reliqua  
 rescribamus? Loco quidem in eo (si tibi uidebitur) pote-  
 ris tum commodum nostrum expectare iubere cū tan-  
 ta sit nobis iactura facta iuris. Sed amabo te mi Attice,  
 uides ne quã blãde? Omnia nostra, quoad eris Romæ,  
 ita gerito, regito, gubernato, ut nihil à me expectes. quia qđ  
 enim reliqua satis apta sint ad soluēdum, tamen sit sc̄e  
 pe, ut ij, qui debent, non respondeant ad tempus. si qđ  
 eiusmodi acciderit, nequid tibi sit fama mea potius, non  
 modo uersura, uerum etiam uēditione, si ita res coget,  
 nos uindicabis. Bruto tuæ literæ gratæ erant. fui enim  
 apud illū multas horas in V eside cum paulo ante tuas  
 literas accepißem. delectari mihi Tereo uidebatur, &  
 habere maiorem Actio, quàm Antonio gratiam. mihi  
 autem quo lætiora sunt, eo plus stomachi, & molestiæ  
 est, populū R. manus suas non in defendenda rep. sed  
 in laudando consumere. Mihi quidem uidetur istorum  
 animi incendi etiam ad repræsentandã improbitatē  
 suam. sed tamen dummodo doleant aliquid, doleant  
 quid libet. Consilium meum quod ais quotidie magis  
 laudari, non moleste fero, expectabamq; siquid de eo  
 ad me scriberes.

ad me scriberes. Ego enim in uarios sermones incidebam. quin etiam icarco trahebam, ut quamdiutissime integrum esset. Sed quoniam furore illo extrudimur, Brundisium pergere cogito. facilius enim exploratio deuitatio legionum fore uidetur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. Sestius VI Iduum expectabatur, sed non uenerat, quod sciam. Cassius cum classica sua uenerat. Ego, cum eum uidiissem V Calendarum in Pompeianum cogitabam, inde Aculanum. nosti reliqua. De Tucia ita putaram. De Emetio non credo, nec tamen curo plus, quam tu. Planco, et Oppio scripsi equidem, quoniam rogatus, sed, si tibi uidebitur, ne necesse habueris reddere. cum enim tua causa fecerint omnia, uercore, ne meas literas superuacaneas arbitrarentur. Oppio quidem utique, quem tibi amplissimum cognoui. uerum, ut uoles tu. quoniam scribis hyematurum te in Eperro, feceris mihi gratum, si ante eum ueneris, quam mihi in Italiam te auctore ueniendum est. Literas ad me quam saepissime, sed de rebus minus necessarijs aliquem nactus. sin autem erit quid maius, domo mittito ἡρακλέειδεν. si Brundisium salui, adoriemur. de gloria nisi tibi, custodies igitur, ut soles, sed notentur Elogarum, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legit. mihi ualde placent. malle tibi, etiam atque etiam. Vale.

## T. P. A T T I C O.

V uero sapienter. nunc demum enim rescribo his literis, quas mihi misisti conuento Antonio Tiburi. sapienter igitur, quam manus dedisti, quodque etiam uulgo gratias egisti. certe enim, ut scribis,

deseremur ocysus à rep. q̄ à re familiari. Quod uero si-  
 ne munusculo scribis te magis delectari ocio, si qd agis,  
 addis mihi scribendi alacritatem. Quod Erotem non  
 sine munusculo expectare dicis, gaudeo non sefellisse eã  
 rem opinionem tuã, sed tamen idem σύνταγμα mihi  
 ad te retractatus, & quidem ἀρχέτυπον ipsum cre-  
 bris locis inculatum, et resectum. Hunc tu Tralatum,  
 & in Macrocollum lege in Arcano conuiuus tuis, sed, si  
 me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me stomachum  
 erumpant, cū sint tibi irati. De Cicerone uelut ita sit,  
 ut audiuius. De Xenone corã cognoscam, quanq̄  
 ab eo nihil arbitror, neq; indiligēter, neq; illiberaliter.  
 De Erote faciam, ut mandas, et ea, quæ scribis, ex Saufe-  
 io, & ex Xenone cognoscam. De Quinto Fratere gau-  
 deo tibi meas literas prius à tabellario meo, q̄ ab ipso  
 redditas, quanq̄ te nihil sefellisset. ueruntamen expe-  
 cto, quid ille tecum, qd tu uicissim. nec dubito, quin suo  
 more uterq; sed per eas literas Curium mihi spero redi-  
 turum, qui quidem, etsi per se est amabilis, à meq; dili-  
 gitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis  
 tuæ. Literis tuis satis respõsum est. Nunc audi, quod et si  
 intelliigo scribi necesse non esse, scribo tamen. multa me  
 mouent in discessu. In primis mehercule, qd disiungor  
 à te. mouet etiã nauigationis labor, alienus non ab æta-  
 te solum nostra, uerum etiam à dignitate, tempusq; di-  
 scessus absurdū. Relinquemus enim pacem, ut ad bellū  
 reuertamur, quodq; temporis in prædiolis nostris, &  
 belle ædificatis, & satis amœnis consumi potuit, in pe-  
 regrinatione consumemus. Consolantur hæc, aut prode-  
 rimus aliquid Ciceroni, aut quantum profici possit iudi-  
 cabimus.



cabimus. deinde tu iam, ut spero, & ut promittis, ade-  
 ris, quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt me-  
 liora. Maxime autem me angit ratio reliquorum meo-  
 rum, quæ quanquam explicata sunt, tamen, quæ et Dola-  
 bella nomen in his est, & attributione mihi nomina  
 ignota, conturbor, nec me ulla res magis angit, ex omni-  
 bus. itaque non mihi uideor errasse, quod ad B albū scri-  
 psi apertius, ut si quid tale accidisset, ut nō concurrerent  
 nomina, subueniret, meque tibi etiam mandaſſe memor  
 fui, ut si quid eiusmodi accidisset, cum eo communicares.  
 quod facies, si tibi uidebitur, eoque magis, si proficiſceris  
 in Epeirum. Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribuē  
 Actuariolis Decem ſcalm. Brutus erat in Veſide. etiā  
 nunc Neapoli Caſſius, & quid amas Deiotarum? &  
 non amas Eram? qui, ut Bleſamius uenit ad me, cum ei  
 præſcriptum eſſet, nequid ſine Sexti noſtri ſententia age-  
 ret, neque ad illum, neque ad quenquē noſtrum retulit. Atti-  
 cam noſtram cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus uifa  
 eſt per te miſſa ab illa. Reſeres igitur ei plurimam ſalu-  
 tem, itemque Pyliæ dicat uelim, ita, ut heri tibi narraui,  
 uel fortaſſe hodie. Quæ enim altero die ſe aiebat in  
 Eſida VIII Iduum ibi Brutus, quæ ille doluit. de Nonis  
 Iul. mirifice eſt conturbatus. Itaque ſe ſe ſcripturū aiebat,  
 ut uenationem etiam, quæ poſtridie lud. Apollinar-  
 ſictura eſt, proſcriberent. Tertio Iduum Quintil. Libo  
 interuenit. Is Philonem Pompeij libertum, & Hilarū  
 ſuum libertum ueniſſe à Sexto cum literis ad Coſſ. ſiue  
 quo alio nomine ſunt. earum exemplum nobis legit,  
 ſiquid uideretur. παρὰ λίξιϋ, cæteraque & ſatis gra-  
 uiter, & non contumaciter, tantum addi placuit, quæ erat

## LIB.

Cos. solū. ut esset Pr. Tr. Pl. & Sēnatui, ne illi non pro-  
 ferrent eas, quæ ad se ipsos missæ essent. Sextum autē  
 nūtiavit cum una solū legione fuisse Carthagine, isq;  
 eo ipso die, quo oppidum Boream cepisset nuntiatum  
 esse de Cesare. capto oppido, mirā lætitiā, commuta-  
 tionemq; animorum, cōcursumq; undiq;, sed illum ad  
 Sex. legiones, quas in ulteriore Hispania reliquisset, re-  
 uertisse. Ad ipsum autem Libonē scripsit, nihil esse, ni-  
 si ad larem suum liceret summa postulatorū, ut omnes  
 exercitus dimittantur, qui ubiq; sint. hæc ferè de Sexto.  
 De Buthrotis undiq; quærens nihil reperiebā. alij con-  
 cisos agripetas, alij Plancum acceptis numis, relictis  
 illis, ausugisse. itaq; nō uideo sciturum me, quid eius sit,  
 ni statim aliquid literarum. Iter illud Brundisium, de  
 quo dubitabam, sublaturum uidetur, legiones enim adue-  
 tare dicuntur. hæc autem nauigatio habet quasdam su-  
 spitiones periculi. Itaq; constituēbam, uti <sup>ἐμοπλοία</sup>  
 paratiorem offendi Brutum, quā audiebam. nam &  
 ipse Domitius bona planè habet Dicrota, suntq; nauig-  
 gia præterea luculenta Sexti Buciani, cæterorumq;  
 nam Cassij classē, quæ planè bella est, non numero  
 ultra fretum. Illud est mihi submolestum, quod parum  
 Brutus properare uidetur. primum confectorum ludo-  
 rum nuntios expectat, deinde, quā tum intelligo, tarde  
 est nauigaturus, consistens in locis pluribus, tamen arbi-  
 tror esse commodius tarde nauigare, q̄ omnino non na-  
 uigare. Et si, cū procefferimus, exploratiora uidebūtur,  
 & testibus utemur. Tuas iā literas Brutus expectabat,  
 cui q̄dem ego non nouū attuleram de Tereo. at ille Bru-  
 tum putabat. sed tamen rumoris nescio qd affiauerat,

commissione græcorū frequentiam nō fuisse, quæ qdē  
 me minime sefellit. Scis enim qd ego de græcis ludis exi-  
 stitem. Nunc audi quod pluris est, q̄ omnia. Quintus  
 fuit mecum dies cōplureis, etsi ego cuperem ille uel plu-  
 res fuisset, sed quātum fuit, incredibile est, q̄ me in o-  
 mni genere delectarit, in eoq; maxime, in quo minime  
 putabam, satisfacibat. sic enim commutatus est totus, et  
 scriptis meis quibusdam, quæ in manibus habebam, et  
 assiduitate orationis, et præceptis, ut tali animo in rēp-  
 quali nos uolumus futurus sit. Hoc cum mihi non modo  
 confirmaisset, sed etiam persuasisset, egit mecum accurā  
 te multis uerbis, tibi ut responderem, se dignum & te,  
 et nobis futurum, neq; se postulare, ut statim crederes,  
 sed cum ipse perspexisses, tum ut se amares, q̄ nisi mihi  
 fidē fecisset, iudicassetq; hoc, quod dico, firmum fore,  
 non fecissem id, quod dicturus sum. Duxi enim mecum  
 adolescentem ad Brutum. sic enim probatum est, quod  
 ad te scribo, ut ipse crediderit, me sponsorē accipere nō  
 luerit, eumq; laudās amicissime mentionem tui fecerit.  
 complexus, osculatusq; dimiserit. Quam ob rē etsi ma-  
 gis est, quod gratuler tibi, q̄ quod te rogē, tamen etiā ro-  
 go, ut, si quæ minus antea propter infirmitatem ætatis  
 cōstanter ab eo fieri uidebātur, ea iudices illū abiecisse,  
 mihiq; credas multum allaturā, uel plurimum potius,  
 ad illius iudiciū confirmandū auctoritatem tuā. Bruto  
 cū spem iniecissem de ὁμοπλασία, nō perinde, atq; ego  
 putaram, accipere uisus est, existimabā μετιωρότερον  
 esse, & hercule erat, & maxime de ludis. At mihi, cū  
 ad nullā redissem, Cn. Luceius, qui multum utitur Brū-  
 to, narrauit illum ualde morari non tergiversantem,

sed expectantem, si qui forte casus. Itaque dubito, an Ve-  
 nusiam tendam, & ibi expectem. De legionibus statue-  
 runt, ut quidam arbitrantur, Hydruntem. si neutrum  
 erit ἀσφαλὲς eodem reuertur. Vnum te puto minus  
 blandum esse, quā me, aut si uterque nostrum est aliquando  
 aduersus aliquē, inter nos certe nunquam sumus. Audi igitur  
 hoc me ἀροντάτως dicentem. Pereā mi Attice, si mi-  
 hi nō modo Thusculanum, ubi certe alioqui sum liben-  
 ter, sed μακάρων νῆσοι tanti sunt, ut sine te sim tot dies.  
 Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponā in eodē  
 πάθει, quā ita est profecto, sed uelim scire hodie, ne sta-  
 tim de authore, & quo die uenias. Ego me interea cum  
 libellis, ac moleste fero Venonae historiam me non ha-  
 bere, sed tamē, ne nihil de re nomen illud, quod à Cæsa-  
 re treis habet cōditiones, aut emptionem ab hasta per-  
 dere malo, etsi præter ipsam turpitudinē, hoc ipsum pu-  
 to esse perdere, aut delegationem à mancipe animadu-  
 uer- te. quis erit cui credam? aut quādo iste Methonis annus  
 ueniet? aut Vecteni conditionis emissē? σκέψαι igitur.  
 ac uereor, ne iste iam auctionem nullam faciat. sed uilis  
 factis Olympo subsidio curat, ne talis uir ἀλογῆται,  
 sed μιλῆσει. Tu Atticam quæso cura, & ei salutem,  
 & Pyliæ, Tullia quoque uerbis plurimam. Iocari me pu-  
 tas? moriar, si quisquam me tenet præter te, etenim cir-  
 cūspicies, sed ante erubescō. O dies in auspicijs Læpi-  
 di descriptos, & apte ad consilium reditus nostri. ma-  
 gna ῥοπή ad proficiscendum tuis literis, atque utinam  
 te illic, sed ut conducere putabis. Nepotis epistolam ex-  
 pecto. cupidius ille meorum, qui ea, quibus maxime  
 ableganda nō putet. Et ais μετ' ἀμύμονα.

tu uero ἀμύμων. ille quidem ἀμβροτος. mearū epī  
 stolarū nulla est συναγωγή. Sed habet Tiro in star se=  
 ptuaginta. equidē sunt à te quaedam sumenda, eas ego  
 oportet perspiciam, corrigam. tum deniq; edentur. Ego  
 adhuc uidebo. Perueni enim Vibonem, & Siazam. ma=  
 gis commode, quàm strenue nauigauī. Remus enim ma=  
 gnā partem Prodromi nulli. illud satis opportune.  
 Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, & Pestanus,  
 et Vibonensis, utrunq; pedibus, et equis transmisiimus.  
 Veni igitur ad Siazam octauo die ē Pompeiano. cum  
 unum diem Veliae constitiissem, ubi fui quidem sane li=  
 benter apud Talnam nostrum, nec potui accipi (illo ab=  
 sente praesertim) liberalius. Nono Calen. igitur ad Sic=  
 am, ibi tanquā domi meae scilicet, itaq; obduxi poste=  
 rum diem. Sed putabā cum Rhegyum uenissē, fore,  
 ut si cogi  
 taremus Corbitam, ne Patras, an Actuariolis ad Len=  
 copetram Tarentinorum, ac inde Corcyram, & si one=  
 raria, statim ne freto, an Syracusis. Hac super re scri=  
 bam ad te Rhegyo. mehercule mi Attice saepe mecum  
 ἦ δὲ π' ὀδός σοι δύνεται ὕν. Cur ego tecum nō sum? Cur  
 Ocellos Italiae, Villulas meas non uideo? Sed id satis su=  
 perq; Tecum me non esse fugientem. periculum nec id  
 nunc quidem (nisi fallor) ullum est. ad ipsum enim re=  
 uocat me autoritas tua. Scribis enim in caelum ferrī  
 profectiōnem meam. sed ita, si ante Calen. Ian. redeā,  
 quod quidem certe enitar. malo enim uel cum timore  
 domi esse, quàm sine timore Athenis tuis, sed tamē pro=  
 spice, quō ista uergant, mihiq; aut scribe, aut (quod mul=  
 to malim) asser ipse. haec haecenus. Illud uelim in bo=

nam partem accipias, me agere tecum, quod tibi maiori cura sciam esse, quam ipse mihi. Nonina mea per deos expedi. exolui. bella reliqui. sed opus est diligentia, coheredibus pro Cluuiano Calen. sextil. persolutum, ut sit. Cum Publio quomodo agendum sit, uidebis. non debet urgere, quoniam iure non utimur, sed tamen ei satis fieri quoque plane uolo. Terentiae uero quid ego dicam? Etiam ante diem, si potes, quin, si, ut spero, celeriter in Eperum, hoc quod satisfato debeo, peto a te, ut ante prouideas, planeque expedias, et solutum relinquant. sed de his satis, metuoque, ne tu nimium putes. nunc negligentiam meam cognosce. De Gloria librum ad te misi, et in eo prooemium id est, quod in Academico tertio, id euenit ob eam rem, quod habeo uolumen prooemiorum, ex eo eligere soleo, cum aliquod *προομιον* institui. itaque iam in Thufculano, qui non meminisse me ab usum isto prooemio, conieci id in eum librum, quem tibi misi. Cum autem in nauis legerem Academicos, agnouit erratum meum. Itaque statim nouum prooemium exaravi, et tibi misi. Tu illud desecabis, et hoc agglutinabis. Pylliae salutem dices, et Atticae delicijs, atque amoribus meis. Vale.

## T. P. ATTICO.

Clauo Iduum. Sextil. cum a Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) studia citriter CCC processissem, reiectus sum austro uehementi ad eandem Leucopetram. Ibi cum uentum expectare (erat enim uilla Valerij nostri, ut familiariter essem, et libenter) Rhegyni quidam illustres hoies eo

uenerunt Roma sanè recētes, in ijs Bruti nostri hospes,  
 qui Brutum Neapoli reliquisset. hoc afferebant Bruti,  
 & Cassij edictum, et fore frequentem Senatum Cal. a  
 Bruto, & Cassio literas missas ad Consulares, et præ  
 torios, ut adessent rogare, summam spem nuntiabant,  
 fore, ut Antonius cederet. res conueniret. nostri Romā  
 redirent. Addebant etiam me desyderari, et subaccu  
 sari. Quæ cum audiissem sine ulla dubitatione abieci  
 consilium profectiois, quo mehercule ne antea quidem  
 delectabar. Lectis uero tuis literis admiratus equidem  
 sum, te tam uehementer sententiam cōmutasse, sed nō si  
 ne causa arbitrabar. Et si, quāuis non fueris suasor, &  
 impulsor profectiois meæ, approbator certe fuisti, id,  
 dūmodo Cal. Ian. Romæ essem, ita fiebat, ut, dū minus  
 periculi uideretur, abessem, in flāmam ipsam uenirē.  
 Sed hæc etiam si nō prudēter, tamen ἀναμίοντα sunt.  
 primum, quod de mea sentētia acta sunt. deinde etiā,  
 si te authore qd debet, qui consiliū dat, præstare, præter  
 fidē? illud admirari satis nō potui, qd scripsisti his uer  
 bis. Bene igitur tu, qui ἀθροσίων bene relinquis pa  
 triam, an ego relinquebam? aut tibi tum relinquere uī  
 debar? tu id nō modo non prohibebas, uerū etiā appro  
 babas. Grauiora quæ restāt. uelim χόλιον aliqd̄ cli  
 mes ad me, oportuisse te id facere. ita'ne mi Attice defen  
 sione eget meum factum, præsertim apud te, qui id mi  
 rabiliter approbasti? Ego uero istum ἀπολογισμὸν συν  
 τὰξομαι, sed ad eorum aliquem, qbus inuitis, et dissua  
 dentibus profectus sum, & si qd iam opus est. σκολιῶ  
 si perseuerassem, opus fuisset. ad hoc ipsum nō constan  
 ter. nemo doctus unq̄. multa autē de hoc genere scriptæ

sunt. Mutationē cōsilij, inconstantiā dixi esse. Deinceps  
 igitur hoc. nam si à Phædro nostro expedita excusa-  
 tio esset. nunc quid respondemus? Ergo id erat meum fa-  
 ctum, quod Catoni probare non possim, flagitiij scili-  
 cet plenum, et dedecoris. Vtinam à primo ita tibi esset  
 uisum. Tu mihi sicut esse soles, fuisses Cato. Extremū  
 illud uel molestissimum. nam Brutus noster silet, hoc  
 est non audet hominem id ætatis monere. Aliud nihil  
 habeo, quod ex ijs à te uerbis significari putem. et her-  
 cule ita est. nam cum XVI Calen. Septemb. uenissem  
 Veliam, Brutus audiuit. Erat enim cum suis nauibus  
 apud Heletem fretum citra Veliam millia passuum III  
 pedibus ad me statim. Dū immortales, quàm ualde il-  
 le reditu, uel potius reuersione mea lætatus, effudit illa  
 omnia, quæ tacuerat, ut recordarer illud tuū, nam Bru-  
 tus noster silet, maxime autem dolebat me, Cal. Sextil.  
 in Senatu non fuisse. Pisonem ferebat in coelum, se au-  
 tem lætari, quod effugissem duas maximas uituperatio-  
 nes. unam, quam itinere faciendo me intelligebam susci-  
 pere desperationis, ac religionis reip. flētes mecum uul-  
 go querebantur, quibus de meo celeri reditu non proba-  
 bam, alteram, de qua Brutus, & qui unā erant (multi  
 autem erant) lætabantur, quæ eam uituperationem effu-  
 gissem, me existimari ad Olympia. Hoc uero nihil tur-  
 pius quouis reip. tempore, sed hoc ἀναπολόγητον. Ego  
 uero Austro gratias miras ago, qui me à tāta infamia  
 auerterit. Reuersionis has speciosas causas habes, iustas  
 illas quidem, & magnas, sed nulla iustior, quàm quod  
 tu idem alijs literis prouides, sicui quid debetur, ut sit  
 unde par pari respōdeatur. Mirifica enim *δυσχερῆστα*  
 est, propter



est, propter metum armorum. In freto medio hanc epistolam legi, ut quid possem providere in mentem non ueniret mihi, nisi quod praesens me ipse defenderem. Sed haec haec tenus. reliqua coram. Antonij edictum legi. à Bruto & horum contrascriptum praecclare. sed quid ista edicta ualeant, aut quò spectent, planè non uideo. nec ego nunc, ut Brutus censebat, istuc ad rem. capescendã uenio. Quid enim fieri potest? num quis Pisoni est assensus? num redit ipse postridie? Sed abesse hanc aetate longe à sepulchro negat oportere. sed obsecro te, quid est, quod audiui de Bruto. Πυλιᾶ περιᾶσαι παραλύσειν te scripsisse aiebat. Valde sum commotus, et si idẽ te scribere sperare melius. ita planè uelim ei dicas plurimã salutem, & suauissimã Atticã. Hæc scripsi nauigans, cum Pompeianum accederem. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Vartodecimo Calendarũ, cum sciam, quo die uenturus sim, faciam, ut scias. Impedimenta expectanda sunt, quæ Anania ueniunt, & familia ægra est. Cal. uesperi literæ mihi ab Octauiο redditæ sunt. magna molitur. Veteranos, qui Cassilini, et Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam, nec mirum. quingentos denarios dat, cogitat reliquas Colonias obire. Planè hoc spectat, ut se Duce, bellum geratur cū Antonio. Itaque uideo paucis diebus nos in armis fore. quem autem sequamur, uide nomen, uide aetatem. atque à me postulat, primũ, ut clã colloquatur mecũ uel Capuæ. Puerile hoc quidẽ, si id putat clãm fieri posse. Do cui literis id nec opus esse, nec fieri posse. Misit ad me

Cecinnam quēdam Volateranū familiarē suū, qui  
 hoc pertulit, tantū Antoniū cum legione Alaudarū ad  
 urbem p̄gere. pecunias municipijs imperare. legionem  
 suis signis ducere. Consultabat utrum Romā cū CCC  
 Veteranorum proficisceretur, an Capuam teneret, et  
 Antonium ueniētem excluderet, an iret ad tres legio-  
 nes Macedonicas, quæ iter secundum mare superū faci-  
 unt, quas sperat suas esse. Hæ Cōgiarium ab Antonio  
 accipere noluerunt, ut hic quidē narrat, & ei conuicti-  
 um grā de fecerunt, cōcionantemq; reliquerunt. Quid  
 quæris? Ducem se profitetur, nec nos sibi putat deesse  
 oportere. Equidē suasi, ut Romam p̄geret. uidetur enim  
 mihi & plebeculam urbanam, & (si fidem fecerit)  
 etiam bonos uiros secū habiturus. O Brute ubi es, quā-  
 tam ἀναπίαν amittis. Non equidē hoc diuinavi, sed  
 aliquid tale putavi fore. Nunc tuum consilium exqui-  
 ro. Romam ne uenio, an hic maneo, an Arpinū. ἀσφα-  
 λειον habet is locus. fugiam Romam, ne desideremur,  
 siquid actum uidebitur. Hoc igitur explicat. Nunquam  
 in maiore ἀπορία fui. Binæ uno die mihi literæ ab  
 Octauio. Nūc quidem, ut Romā statim ueniā, uelle se  
 rem agere per Senatum, cui ego nō posse Senatum ante  
 Cal. Ian. Quod quidē ita credo. Ille autē, ut utar cō-  
 silio tuo, quid multa? Ille urget, ego autem σκίπτομαι.  
 Non cōfido ætati, ignoro quo animo. nil sine Pansa tuo  
 uolo. Vereor, ne ualeat Antonius, nec à mari discedere  
 libet, & metuo ne quæ ἀπίστια me absente. Varroni  
 quidem displicet et consilium pueri, mihi non. firmas  
 copias habet. Brutū habere potest, & rem gerit palā.  
 Centurias Capuæ dimmerat, iam, iamq; uideo bellū.  
 Ad hæc

Ad hæc rescribe. tabellarium meū Cal. Roma profectum sine tuis literis miror. VI Arpinū ueni. ad IIII in Sinuessanum. Eodē die uulgo loquebantur, Antonium mansurū esse Cassilini. Itaq; mutavi consilium. staturam enim recta Appia Romam. facile me ille esset affectus. Aiuunt enim eū cæsariana uti celeritate. Veri igitur me a Minturnis Arpinū uersus. Constitueram, ut prid. Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. Nūc mi Attice tota mente incumbere in hanc curam. magna enim res est. Tria sunt autem, maneā ne Arpini, an propius accedam, an ueniam Romam. Quod censueris, faciam. Sed quam primum. auide ex pecto tuas literas. Vale.

## T. P. A T T I C O.

Extō Iduum mane in Sinuessano. Nonis accipi a te duas epistolas, quarū alteram Cal. dederas, alteram pridie. Igitur prius ad superiorem. Nostrum opus tibi probari lætor. Ex quo ante ipsa posuisti, quæ mihi florentia sunt uisa tuo iudicio. Cæulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. De Sitta ita est, ut scribis. hasta ea ægre me tenui. Itaq; perstringam sine ulla contumelia, Siccæ, aut Septimæ tantum, ut sciam  $\pi\alpha\iota\delta\alpha\varsigma$   $\pi\alpha\iota\delta\omega\tau$  sine uallo Lucullano, eū ex C. Fadij filia liberos habuisse. Atq; utinam eū diē uideam, cum ista oratio ita libere uagetur, ut etiam in Siccæ domum introeat. Sed illo tempore opus est, quod fuit illis Triumuiris. moriar nisi facete. tu uero leges Sexto, eiusq; iudicium mihi perscribes,  $\epsilon\iota\delta\epsilon\mu\iota$   $\mu\upsilon\pi\iota\omicron\iota$ . Caleni interuentum, et Caluene cæuebis.

Quod uereris, ne mihi tu, quis mi-  
 nus? cui, ut Aristophani Archilochi Iambus, sic episto-  
 la longissima quæq; optima uidetur. Quod me admo-  
 nes, tu uero etiam si reprehenderes, non modo facile pæ-  
 terer, sed etiam lætarer. Quippe cum in reprehensio-  
 ne, & prudētia cum *συμμενεία* ita libenter ea corri-  
 gum, quæ à te animaduersa sunt, eodē iure, quo Rubria-  
 na potius, q̄ quo Scipionis, et de laudibus Dolabellæ de-  
 ruam cumulum. Attamen est isto loco Dolabella, ut mi-  
 hi uidetur, *ἐιρονεία*, quod eum contra ciuers in acie. il-  
 lud etiam malo indignius esse hunc uiuere, q̄ quid in-  
 dignius. *πεπλοραφία* Varronis tibi probari nō mo-  
 leste fero, à quo adhuc *ἠρακλείδου* illud non abstu-  
 li. Quod me hortaris ad scribendum, amice tu quidē,  
 sed me scito agere nihil aliud. Grauedo tua mihi mole-  
 sta est. Quæso adhibe, quā soles, diligentiam. O Tite ti-  
 bi prodesse lætor. Ana gnini sunt Mustella *ταξιάρχης*,  
 & Laco, qui plurimum bibit. Librum, quē rogas per-  
 poliam, & mittam, hæc ad posteriore *τὰ περὶ τῆς κα-  
  
θίκοντος*, quatenus Panetius absoluit duobus. illius  
 tres sunt, sed cum initio diuisisset, ita tria genera exqui-  
 rendi officij esse. unū, cum deliberamus honestum, an  
 turpe sit, alterū utile, an inutile, tertium, cum hæc inter  
 se pugnare uideantur, quomodo iudicandum sit, qualis  
 causa Reguli, redire honestū, manere utile. De duobus  
 primis præclare disseruit, de tertio pollicetur se dein-  
 ceptus scripturū, sed nihil scripsit. Eum locū Possidonius  
 profectus, ego autē et eius librū accersui, et ad Athe-  
 nodorū Caluū scripsi, ut ad me *τὰ κεφάλαια* mitteret,  
 quē expecto, quē uelim cohortere, & roges, ut quā pri-  
 mum in eo enim

mū. in eo enim est περι τῷ κατὰ περιστάσιν καθήκοντος.  
 Quod de inscriptione quaeris, non dubito, quoniam τὸ καθή-  
 κων officium sit, nisi quid tu aliud, sed inscriptio plenior  
 de officijs προσφώνω autē Ciceroni filio uisum est, nō  
 an de M. Caelio dilucide. O qualis tu semper  
 istos, ita ne in D. Brutū de istis? Ego me, ut scripserā, in  
 Pompeianū non abdidī. primo tē pestatibus, quibus nihil  
 tetrius, deinde ab Octauio quotidie literae, ut negotiū  
 suscipere. Capuam uenire. iterū remp. seruare, Romā  
 utiq; statim ueni αὐτὸς δὲν μὲν ἀνὴρ καὶ δὲ ἴσως δ' ὑποδέ-  
 χθαι. Is tamen egit sanē strenue, et agit. Romam ue-  
 niet cum manu magna. Sed est planē puer. putat Sena-  
 tum statim uenire. Quis ueniet? Si uenerit, quae incertis  
 in rebus offendet Antonium? Calendis Ian. erit fortasse  
 praesidio, aut quod ante depugnabitur. Pueri mancipia  
 mire fauent. Iter enim faciens in Samnium uenit Cales,  
 mansit Theani. Mirificat ἀπώρτησις, et cohortatio, hoc  
 tu putares? ob hoc ego citius Romā, quā cōstitueram, simul  
 ac constituerō, scribam. Et si nō dū stipulationes legerā,  
 nec enim Eros uenerat, tamen rē prid. Idū uelim cōfi-  
 cias. Epistolas Catinam, Tauroninium, Syracusas cōmo-  
 dius mittere potero, si Valerius Mitres ad me nomina  
 gratiosorum scripserit. Alij enim sunt alias, nostriq; fa-  
 miliares ferē demortui. publice tamen scripsi, sicuti uel-  
 let, ei Valerium, aut mihi nomina mitteret. De Lepidanis  
 feris Balbus ad me. usq; ad IIII Calēdarū expectabo  
 tuas literas. meq; Torquati negociolo sciturum puto.  
 Quinti literas ad te misi, ut scires, quā ualde eū amaret,  
 quē dolet à te minus amari. Atticæ quoniā (quod optimū  
 in pueris est) hilarula est, meis uerbis suauiter des. Va-

loppi epistolæ (quia perhumana erat) tibi misi exēplū.  
 De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quicq̄ rescribis,  
 cepi consiliū domesticum. Itaq; me prid. iduū arbitror  
 Romæ futurum. Commodius est uisum frustra me istuc  
 esse, cum id non necesse esset, q̄ si opus esset, non adesse,  
 & simul ne intercluderer, metuebā. ille enim iam ad-  
 uentare potest, etsi uarij rumores, multiq; quos cu perē  
 ueros, nihil tamen certi. Ego uero quicquid est, te cum po-  
 tius, q̄ animi pendeam, cum à te absim, & de te, & de  
 me. Sed quid dicam? Bonam enim unde ἡρακλειδῆος  
 Varronis negocia falsa. me quidem nihil unquā sic dele-  
 ctavit. Sed hæc, & alia maiora corā m. Vale.

## T. P. ATTICO.

Casum mirificum V Iduū, cum ante lucem  
 de Sinuesano surrexissē, uenissēq; dilucū  
 lo ad Pontem Tiretium, qui est Minturnis, in  
 quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabella-  
 rius, qui me offendit δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα. &  
 ego statim, cedo inq̄, siquid ab Attico? Non dum legere  
 poteramus, nam & lumina dimiseramus, nec satis luce-  
 bat. Cū autem luceret, ante scripta epistola ex duabus  
 tuis prior mihi legi cœpta est. Illa omnium quidem ele-  
 gantissima. ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio, nihil  
 legi humanius. Itaq; ueniam, quo uocatis modo adiutore  
 te. Sed nihil tam ἀπροσδύκτων mihi primo uideba-  
 tur, q̄ ad has literas, qbus ego à te consilium pietatem, te  
 mihi ista rescribere. Ecce tibi altera, qua hortaris

Appiam scilicet ἐν ἀπισίῳ  
 & χόντα. Itaq; eo die mansi Aquini. Longulū sanē iter,  
 & uia

& uia inepta. Inde postridie mane proficiscens, has li-  
 teras dedi. & quidem, ut à me dimittere inuitissimus,  
 fecerunt Erotis literæ. Rem tibi Tiro narrabit. Tu qd  
 faciendū sit, uidebis. præterea possim an propius accede-  
 re. malo enim Tusculano, aut uspiam in Suburbano.  
 An etiã longius discedendū putas. Crebro ad me uelim  
 scribas, crit autem quotidie cui des. Quod præterea cõ-  
 sulis, quid tibi censeam faciendū, difficile est, cū absim.  
 Verūtamen, si pares æque inter se, quiescendū, sin latius  
 manabit, & quidem ad nos, deinde communiter. Au-  
 de tuum consiliū expecto. Timeo, ne absim, cum adesse  
 me sit honestius. uenire nō audeo. de Antoniū itineribus,  
 nescio quid aliter audio, atq; ut ad te scribebã. Omnia  
 igitur uelim explices, et ad me certa mittas. De reliquo  
 quid ego tibi dicã? ardeo studio historiæ. Incredibiliter  
 enim me commouet tua cohortatio, quæ quidē nec insti-  
 tuti, nec effici potest sine tua ope. Coràm igitur hoc qui-  
 dem cõferemus. In præsentia mihi uelim scribas, qbus  
 Coss. C. Fannius, M. Fabius Tr. Pl. fuerit. Videor mihi  
 audisse P. Africano, L. Munio. id igitur quæro. Tu mi-  
 hi de his rebus, quæ nouantur, omnia certa, clara. III  
 Iduū ex Arpinati nihil erat planè, quod scriberē, nã,  
 cum Puteolis essem, quotidie aliquid noui de Octauio.  
 multa etiam falsa de Antonio. Ad ea autem, quæ scripsi  
 sti (tres enim acceperã III Iduū à te epistolas) ualde  
 tibi assentior, si multum possit Octauius, multo firmitus  
 acta Tyranni cõprobatūri, q̄ in Telluris, atq; id cõtra  
 Brutū fore. Sin autem uincitur, uides intolerabilē An-  
 tonium, ita, ut quem uelis, nescias. O Sestij tabellarium  
 hominem nequam. postridie Puteolis Romæ se di-

xit fore, q̄ me mones, ut pedetentim, assentior, et si aliter cogitabā. nec me Philippus, aut Marcellus mouet. Alia enim eorū ratio, etsi nō est, tamen uidetur. Sed in isto Iu uene, q̄q̄ animi satis, authoritatis parū est, tamen uide, si forte in Thusculanū recte esse possim, ne id melius sit, ero libentius. nihil enim ignorabo. an hoc, cū Antonius uenerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubiū, quin qđ græci καθήκον, nos officiū. Id autē quid dubitas, quin etiā in rē p. præclare caderet, nōne dicimus Coss. officiū, Senatus officium? Præclare conuenit, aut da me lius. Male narras de Nepotis filio. ualde mehercule moueor, & moleste fero. Nescieram omnino esse istū puerum. Caniniū perdidit hominem, qđ ad me attinet, non in gratiū. Athenodorū nihil est, qđ hortere. misit enim satis bellū ὁ πό μιν μω. Grauedini quæso omni ratione subueni. Quintus tui pronepos scribit ad patris mei nepotem, se ex Nonis his, quibus nos magna gessimus, eadem Opis explicaturū, idq; ad populum. Videbis igitur, & scribes. Sexti iudicium expecto. Vale.

## T. P. A T T I C O.

n Oli putare pigritia facere me, q̄ non mea manu scribā, sed mehercule pigritia. Nihil enim habeo aliud quid dicam, et tamē in tuis quoq; epistolis Alexim uideor agnoscere. Sed ad rem uenio. Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitasset fortasse, utrū remissior essem, an summo iure cōtenderē. Nūc uero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua et ipse sentiat, et reliqui omnes, me ab illo alienatum, idq; præ me feram, et quidē me mea facere, et recipere causā,



ctusa, ut illum oderim. Quod cū eam me authore, de-  
 fendere cœpisset, nō modo deseruit emptus pecuniā, sed  
 etiam quantū in ipso fuerit, cuerterit. Quod autē quæ-  
 ris quomodo agi placeat, cum dies uenerit, Primū ue-  
 lim eiusmodi sit, ut non alienū sit, me Romæ esse. De  
 quo, ut de cæteris, faciam, ut tu censueris. De summa au-  
 tem agi prorsus uehementer, & seueruolo, et si sponso-  
 res appellare, uidetur habere quandam *δυσωπία*,  
 tamen hoc quale sit, consyderes uelim. Possumus enim,  
 ut spōsore appellemur, procuratorē introducere. Neq;  
 enim illi litem contestabūtur. quo factō, nō sum nescius  
 sponsores liberari. sed et illi turpe arbitror eo nomine,  
 quod satisfato debeat, procuratores eius nō dissoluere,  
 et nostræ grauitatis ius nostrū sine summa illius igno-  
 minia persequi. De hoc quid placeat, rescribas uelim,  
 & non dubito, quin hoc totum lenius administraturus  
 sis. Redeo ad rēp. multa mehercule à te sæpe ἐν ἐπιπο-  
 λιτικῷ genere prudenter. sed his literis nihil pruden-  
 tius. q̄q̄ enim postea in præsentia belle iste puer retru-  
 dit Antoniū, tamen exitū expectare debemus. At quæ  
 Concio? nam est missa mihi. Iurat ita sibi parentis ho-  
 nores consequi liceat, & simul dextram intendit ad sta-  
 tuam. μὴ δὲ σωθεῖν ἐπιπολιτικῶ. Sed, ut scribis, cer-  
 tissimum esse uideo discrimen Cascæ nostri tribunatus,  
 de quo q̄dem ipso dixi Oppio, cū me hortaretur, ut ado-  
 lescentem, totamq; ctusam, manumq; Veteranorū com-  
 plecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratū  
 esset, eū nō modo non inimicū Tyrannoctonis, uerum  
 etiam amicū fore. Cū ille diceret ita futurū, quid igitur  
 festinamus inq;? Illi enim mea opa ante Cal. Ian. nihil

opus est. nos autem eius uoluntate ante Id. Decembr. scimus. In Casca mihi ualde assensus est. Quam ob rem haec quidem haecenus. Quod reliquum est, quotidie tabellarios habebis, & ut ego arbitror, etiam quid scribas habebis quotidie. Leptae literarum exemplum tibi misi, ex quo mihi uidetur *σπατηλάξ* ille deiectus de gradu. Sed tu, cum legeris, existimabis. Obsignata iam epistola, literas a te, & a Sexto accepi. Nihil iucundius literis Sexti, nihil amabilius, nam tuae breues, priores erant literae uberrimae. Tu quidem & prudenter, & amice suades. ut in his locis potissimum sim, quo ad audiamus haec, quae commota sunt, quorsum euadant. Sed me, mi Attice, non sane hoc quidem tempore mouet res. non quo ea sit mihi quicquam citius, aut esse debeat, sed desperatis etiam Hippocrates uetat adhibere medicinam. Quare ista ualeant. Me res familiaris, mouet, rem dico immo uero existimatio. Cum enim tanta reliqua sint, ne Terentiae quidem adhuc quae solum expeditum est. Terentiam dico scis nos pridem iam constituisse Motani nomine HS XXII dissoluere. prudentissime hoc Cicero petierat, ut suo liberalissime, ut tibi quoque placuerat, promiserat per te quae dixeram, ut sepositum haberet. non modo, sed iniquissimo foenore uersuram facere Aurelius coactus est. nam de Terentiae nomine Tiro ad me scripsit, te dicere nummos a Dolabella fore. male eum credo intellexisse, si quis quae male intelligit. potius nihil intellexisse. Tu enim ad me scripsisti Coeci responsum, & uersum penes uerbis Eros. ueniendum est igitur uel in ipsam flammam. Turpius est enim priuatim cadere, quam publice. Itaque caeteris de rebus, quas ad me suauissime scripsisti, perturbato animo non potui,

ut consueueram, rescribere. consenti in hac cura, ubi sum, ut me expediam. quibus autem rebus uenit quidē mihi in mentē, sed certe constituere nihil possum, priusquā te uidero. Qui minus autem, ego istuc recte esse possim, quā est Marcellus? sed non id agitur? neque id maxime curo. Quid curem uides. Adsum igitur. Vale.

## T. P A T T I C O .

V cundissimas tuas legi literas. ad Plancum scripsi. habes exemplū. Cum Tirone quid sit locutus, cognoscam ex ipso. cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris. Vale.

M. T. C I C E R O L. Plancō Pr. Des. 5.

Attici nostri te ualde studiosum esse cognoui. mei uero ita cupidū, ut me hercule paucos eque obseruāters, atque amāters me habere existimem. ad paternas enim, magnas, et ueteres, et iustas necessitudines, magnam attulit accessionē tua uoluntas erga me, meaque erga te par, atque mutua. Buthrotia tibi causa ignota nō est. Egi enim sēpe, tibi que totam rem demonstrauī, quae est acta hoc modo. Ut primū Buthrotiū agrū proscripsum uidimus, cōmotus Atticus libellum cōposuit, eū mihi dedit, ut darē Cæsari. eram enim cōnaturus apud eū illo die. Cū libellū Cæsari dedi, probauit causam. rescripsit Attico, equa eū postulare. admonuit tamē, ut pecuniam reliquam Buthrotij ad diē soluerent. Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. quod cum esset factū adiuuimus Cæsarē, uerba fecimus pro Buthrotijs. liberalissimē

mum decretū abstulimus, qđ est ob signatum ab amplis-  
 simis uiris. Quæ cum essent acta, mirari quidē solebā  
 pati Cæsare conuenire eos, qui a grū Buthrotium concu-  
 pissent, neq; solū pati, sed etiam ei negotio te præficere.  
 Itaq; & ego cum illo locutus sum, & sæpius quidē, ut  
 etiā accusarer ab eo, p̄ parū constantiæ suæ considerē.  
 & M. Messalæ, et ipsi Attico dixit, ut sine cura essent.  
 apertēq; ostendebat, se præsentiu animos (erat enim po-  
 pularis, ut noras) offendere nolle. Cū autē mare tran-  
 sisset, curaturum se, ut in aliū agrū deducerentur. Hæc  
 illo uiuo. Post interitū uero Cæsaris, ut primū ex S. C.  
 causas Coss. cognoscere instituerūt, hæc, quæ scripsi, ad  
 eos delata sunt, probauerūt causas sine ulla dubitatiōe,  
 seq; ad te literas daturus esse dixerūt. Ego autē mi Plau-  
 ce, etsi non dubitabam, qn̄ & S. C. & lex, & Coss. de-  
 cretū, ac literæ apud te plurimū auctoritatis haberēt,  
 teq; ipsius Attici causa uelle intellexeram, tamē hoc pro  
 conuictione, et beneuolētia nostra mihi sumpsi, ut id à  
 te peterē qđ tua singularis humanitas, suauissimūq; mo-  
 res à te essent impetraturi. id autē est, ut hoc, qđ te tua  
 spōte facturū esse certō scio, honoris nostri causa libeter  
 nō prolixè, sed celeriter facias. Mihi nemo est amior,  
 nec iucūdiōr, nec cūrior Attico, cuius antea res solū fami-  
 liaris agebatur, eaq; magna, nūc accessit etiā existima-  
 tio, ut, qđ cōsecutus est magna et industria, et gratia ui-  
 uo Cæsare, mortuo id, te adiunā te, obtineat. Quod si à  
 te erit impetratū, sic uelim existimes, me de tua liberalita-  
 te ita impetraturū, ut tuo summo beneficio me affectū  
 iudicē. Ego, quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitra-  
 bor, studiose, diligētēq; curabo. da operā, ut ualeas.

M. T. Cicero L. Planco Pr. Des. S.

Am antea petiui abs te per literas, ut cū cau-  
 i sa Buthrotiorū probata à Coss. esset, quibus  
 & lege & S. C. pmissum erat, ut de Cæsa-  
 ris actis cognoscerēt, statuerent, iudicaret, eā rem tu ad  
 adiuuares. Atticumq; nostrum, cuius te studiosum co-  
 gnoui, et me, qui non minus laboro, molestia liberares.  
 Omnibus enim rebus magna cura, multa opera, & la-  
 bore confectis, in te positū est, ut nostræ solitudinis fi-  
 nem quā primū facere possimus. quā quā intelligimus  
 ea te esse prudentia, ut uideas, si ea decreta Coss. quæ  
 de Cæsaris actis interposita sint nō seruentur, magnā  
 p̄urbationē rerū fore. Equidem, cum multa (quæ necesse  
 erat in tanta occupatione) nō probētur, quæ Cæsar sta-  
 tuerit, tamen ocij, pacisq; causa acerrime illa soleo defen-  
 dere, quæ tibi idē magnopere faciendū censeo, quanquā  
 hæc epistola non suatoris est, sed rogatoris. Igitur mi-  
 Plāce rogo te, et etiā oro, sic mediufidius, ut maiore stu-  
 dio, magisq; ex aio agere nō possim, ut totū hoc negoci-  
 um ita agas, ita tractes, ita conficias, ut quæ sine ulla du-  
 bitatione apud Coss. obtinuimus propter summam bo-  
 nitatem, & æquitatem causæ, id tu nos obtinuisse non  
 modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Quæ quidem  
 uoluntate esse erga Atticum sæpe præsens & illi osten-  
 disti, & uero etiam mihi. quod si feceris, me, quem uo-  
 luntate, & paterna necessitudine coniunctum sem-  
 per habuisti, maximo beneficio deuinctum habebis.  
 idq; ut facias te uehementer etiam, atque etiam ro-  
 go. Vale.

n Vnquã putavi fore, ut supplex ad te uenirẽ.  
 sed hercule facile patior datũ tempus, in quo  
 amorẽ experirer tuũ. Atticũ quanti faciam,  
 scis. Amabo te, da mihi & hoc. obliuiscere mea causa, il-  
 lum aliquã do suo familiari aduersario tuo uoluisse cõ-  
 sultum, cũ illius existimatio ageretur. Hoc primũ i gno-  
 scere est humanitatis tuæ. Suos enĩ quisq; debet tueri. de  
 inde, si me amas, omitte Atticũ Ciceroni tuo, quẽ quãti  
 facias præ te soles ferre. totũ hoc, ut, quod semper existi-  
 maui, nũc planẽ intelligã, me a te multum amari. Buthrotios cum Cæsar decreto suo, qd̄ ego ob signaui cum  
 multis amplissimis uiris, liberauisset, ostendissetq; no-  
 bis, se cum Agrarij mare transissent, literas missurũ,  
 quẽ in agrũ deducerentur, accidit, ut subito ille interi-  
 ret. deinde, quẽ admodum tu scis (interfuisi enim cum  
 Coss. oporteret. ex. S. C. de actis Cæsaris cognoscere)  
 res ab ijs a Cal. Iun. dilata est ad III Nonarũ. Iun-  
 quæ lex earũ rerũ, quas Cæsar statuisset, decreuisset,  
 egresset Coss. cognitionẽ dedit. Causa Buthrotiorũ dela-  
 ta est ad Coss. decretũ Cæsaris recitatum est, & multi  
 præterea libelli Cæsaris prolati. Coss. de consilij sentẽ-  
 tia decreuerunt secundũ Buthrotios. Plã cum dederũt.  
 Nunc mi Capito, scio enim quantũ semper apud eos, qu-  
 bus cum sis posse soleas, eo plus apud hoĩem facillimũ,  
 atq; humanissimũ Plancum enitere, elabora, uel potius  
 eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse,  
 sit etiã melior opera tua. Omnino res huiusmodi uide-  
 tur esse, ut sine cuiusquã gratia Plancus ipse pro ingre-

nio, & prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum  
 Coss. quorum, & lege, & S. C. cognitio, et iudicium fuit,  
 conseruet, praesertim cum hoc genere cognitionum la-  
 befactato, acta Caesaris in dubium uentura uideantur.  
 quae non modo, quorum interest, sed etiam illi, qui illa non pro-  
 bant, oculi causa confirmare uelint. quod cum ita sit, tamen in-  
 terest nostra Plancum hoc animo libenti, prolixoque face-  
 re. quod certe facies, si tu neruulos tuos mihi saepe cognitos,  
 suauitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. quod  
 ut facies, te uehementer rogo. Vale.

M. T. CICERO Cupiennio. S.

Atrium tuum plurimi feci, meque ille mirifice et  
 coluit, & amauit. nec mehercule unquam mi-  
 hi dubium fuit, quin a te diligerer. ego quidem id facere non  
 desisti. Quam ob rem peto a te in maiorem modum, ut  
 ciuitatem Buthrotiam subleues, decretumque Coss. quod illi se-  
 cundum Buthrotios fecerunt, cum & lege, & S. C. statuere  
 di potestatem haberent, des operam, ut Plancus noster  
 quam primum confirmet, & probet. Hoc te uehementer mi-  
 Cupienni etiam, atque etiam rogo. Vale.

M. T. Cicero L. Planco Pr. Des. S.

i Gnosce mihi, quod cum antea accuratissime de Bu-  
 throtiis ad te scripseram, eadem de re saepius scri-  
 bam. Non mehercule mihi placeo facio, quod parum confidam aut li-  
 beralitati tuae, aut nostrae amicitiae, sed cum tanta res ager-  
 tur Attici nostri, nunc uero etiam existimatio, ut id, quod pro-  
 bauit Coss. nobis testibus, et obsignatoribus, quod et decretis  
 et responsis Caesaris iter fueramus, uideatur obtinere po-

tuisse, præsertim cum tota potestas eius rei tua sit, ut ea, quæ Coss. decreuerunt secundum Cæsaris decreta, & re sponsa, nõ dicam comprobent, sed studiose, libenterq; comprobent. Id mihi sic erit gratum, ut nulla res gratior esse possit. & si iam sperabam, cum has literas accepisses, fore, ut ea, quæ superioribus literis à te petiissemus, impetrata essent, tamen nõ faciã finem rogandi, quoad nobis nuntiaturum erit, te id fecisse. quod magna cum spe expectamus. Deinde enim confido fore, ut alio genere literarum utamur, tibiq; pro tuo summo beneficio gratias agamus. quod si acciderit, uel in sic existimes, non tibi tam Atticum, cuius per magna res agitur, quam me, qui nõ minus laboro, quàm ille, obligatum fore. Vale.

M. T. CICERO Capioni. S.

Non dubito, quin mirere, atq; etiam stomache re, quod tecum de eadem re agam sæpius. Homini familiarissimi, et mihi omnibus rebus coniunctissimi per magna res agitur Attici. Cognoui ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. multum potes nos apud Plancum iuuare. noui humanitatem tuam. scio quod sis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa plus iuuare potest, quàm tu, & res ista est firma, ut debet esse, quam Coss. de Consilij sententia decreuerunt, cum & lege, & S. C. cognoscerent. tamen omnia posita putamus in Plancii tui liberalitate, quæ quidem arbitramur cum officij tui, & Reip. causa, Decretum Coss. comprobaturum, tu libenter nostra causa esse facturum. Adiunabis igitur mihi Capioni, quod ut facias uehementer etiam, atq; etiam rogo. Vale.

FINIS.

F. L.



TITI POMPONII ATTICI  
 CI VITA PER COR  
 NELIVM NE-  
 PTEM.

P *omponius Atticus ab origine ultima  
 stirpis romanæ generatus, perpetuo à  
 maioribus acceptam equestrē obtinuit  
 dignitatem. Patre usus est diligente, in-  
 dulgente, et, ut tū erant tempora diti,  
 in primisq; studioso literarum. Hic, prout ipse amabat  
 literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas imper-  
 tiri debet, filium erudiuit. Erat autem in puero, præ-  
 ter docilitatē ingenij, summa suauitas oris, et uocis, ut  
 non solum celeriter acciperet, quæ tradebantur, sed eti-  
 am excellenter pronūtiaret. Quæ ex re pueritia nobis  
 iter æqualeis ferebatur, clariusq; ex splēdeſcebat, quā  
 generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaq; incitabat omnes studio suo. Quo in numero fuerunt  
 L. Torquatus. C. Marij filius. M. Cicero, quos consuetu-  
 dine sua sic sibi deuinxit, ut nemo ijs perpetuo fuerit ca-  
 rior. Pater mature decessit. Ipse adolescētulus propter  
 affinitatem P. Sulpicij, qui Tr. Pl. interfectus est, non  
 expers fuit illius periculi. Nāq; Anitia Pōponij conso-  
 brina nupserat M. Seruio fratri Sulpicij. Itaq; interfe-  
 cto Sulpicio, poste aq; uidit cinnano tumultu ciuitatē esse  
 perturbatam, neq; sibi dari facultatē, pro dignitate ui-  
 uendi, quin alterutram partem offenderet, dissociatis,  
 animis ciuium, cum alij Sullanis, alij Cinnanis faue-  
 rent partibus, idoneum tempus ratus studijs obsequen-  
 ll*

di suis, Athenas se contulit. Neq; eo secius adolescentem  
Marium hostem iudicatum iuuit opibus suis, cuius fu-  
giam pecunia subleuauit, ac, ne illa peregrinatio detri-  
mentum aliquod afferret rei familiari, eodē magnam  
partem fortunarū traiecit suarū. hic ita uixit, ut uni-  
uersis atheniensibus merito esset carissimus. nam præ-  
ter gratiam, quæ iam in adolescentulo magna erat, sæ-  
pe suis opibus inopiam eorum publicā leuauit. Cum  
enim usuram facere publice necesse esset, neq; eius condi-  
tionem æquam haberēt semper se interposuit, atq; ita,  
ut neq; usuram unquam ab ijs acceperit, neq; longius,  
quàm dictum esset debere, passus sit. Quod utrunq;  
erat ijs salutare. nam neq; indulgendo inueterascere eo-  
rum æs alienū patiebatur, neq; multiplicandis usuris  
crescere. Auxit hoc officiū alia quoq; liberalitate. nam  
uniuersos frumento donauit, ita, ut singulis VII modij  
tritici darentur, qui modius mensuræ medimnus Athe-  
nis appellatur. hic autem sic se gerebat, ut cōmunis in fi-  
nis, par principibus uideretur. Quo factū est, ut huic  
omnes honores, quos possent, publice haberēt, cuiemq;  
facere studerent. quo beneficio ille uti noluit, quod non  
nulli ita interpretatur amitti ciuitatē romanā alia ascī-  
ta. Quā diu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit,  
absens prohibere nō potuit. Itaq; aliquot ipsi, et Phidiae  
locis sanctissimis posuerunt. hunc enim in omni proci-  
ratione recip. actorem, authoremq; habebāt. Igitur pri-  
mum illud munus fortunæ, qd̄ in ea potissimū urbe na-  
tus est, in qua domicilium orbis terrarū esset imperij,  
ut eandem & patriam haberet, et domū. hoc specimen  
prudētiae, quod cum in eam se ciuitatem cōtulisset, quæ  
antiquitate

antiquitate humanitate, doctrinaq; præstaret omnes, ei  
 unus ante alios fuerit carissimus. Huc ex Asia Sulla  
 decedens cum uenisset, q̄ diu ibi fuit, secum habuit Pom  
 ponium captus adolescentis & humanitate, & doctri  
 na. Sic enim græce loquebatur, ut Athenis natus uide  
 retur. Tanta autem erat suauitas sermonis latini, ut ap  
 pareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascī  
 tum. Idem poemata pronuntiabat & græce, et latine  
 sic, ut supra nihil posset addi. Quibus rebus factū est,  
 ut Sulla nusquam à se dimitteret, cuperetq; secum de  
 ducere. Qui, cum persuadere tentaret, noli, oro te, inq̄t  
 Pomponius aduersum eos me uelle ducere, cum quibus,  
 ne contra te arma ferrem, Italiã reliqui. At Sulla ado  
 lescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athe  
 nis acceperat, proficiscēs iussit deferri. hic cōplureis an  
 nos moratus, cum et rei familiari tantum operæ daret,  
 quantum non indiligens deberet paterfamilias, & oīa  
 reliqua tempora aut literis, aut Atheniensium reip. tri  
 bueret, nihilo minus amicis urbana officia præstitit. nã  
 & ad comitia eorum uentitauit, & si qua res maior  
 acta est, non defuit. sicut Ciceroni in omnibus eius peri  
 culis singularem fidem præbuit, cui ex patria fugien  
 ti HS CC, & quinquaginta milia donauit. Tran  
 quillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam,  
 ut opinor, L. Cotta & L. Torquato Coss. quem diem  
 sic uniuersa ciuitas Atheniensium prosecuta est, ut la  
 crymis desyderij futuri dolorem indicaret. Habebat  
 auunculum Qu. Cæcium equitem Romanū, familia  
 rē L. Lucilli, diuitē difficillima natura, cuius sic aspe  
 ritatem ueritus est, ut quē nemo ferre posset, huius sine

offensione ad summam senectutem retinuit beneuolentiam.  
Quo facto, tulit pietatis fructum. Caelius enim moriens te-  
stamento adoptauit eum, heredemque fecit ex Dodrate.  
Ex qua hereditate accepit circiter centies HS. Erat nu-  
pta soror Attici Qu. Tullio Ciceroni, easque nuptias  
M. Cicero conciliarat, cum quo a condiscipulatu uiue-  
bat coniunctissime, multo etiam familiarius, quam cum Quin-  
to, ut iudicari possit, plus in amicitia ualere similitudi-  
nem morum, quam affinitatem. Utebatur autem intime Qu.  
Hortensio, qui his temporibus principatum eloquentiae te-  
nebat. ut intelligi non posset uter eum plus diligeret Cice-  
ro, an Hortensius. Et id, quod erat difficillimum efficie-  
bat, ut inter quos tantae laudis esset aemulatio, nulla in-  
tercederet obrectatio. essetque talium uirorum copula.  
In re publica uersatus, ut semper optimarum partium  
esset, et existimaretur. neque tamen se ciuilibus flu-  
ctibus committeret, quod non magis eos in sua potestate exi-  
stimabat esse, qui se his dedissent, quam qui maritimus iacta-  
retur. honores non petiit, cum ei paterent, propter uel gra-  
tiam, uel dignitatem, quod neque peti more maiorum, neque  
capere possent conseruatis legibus, in tam effusis ambitus  
largitionibus, neque rei publicae sine periculo corruptis ciuitatis  
moribus. ad hastam publicam nunquam accessit. nullius rei  
neque praes, neque manceps factus est. neminem suo nomi-  
ne, neque subscribens accusauit. in ius de sua re nunquam iit.  
iudicium nullum habuit multorum Coss. Praetorumque  
praefecturas delatas sic accepit, ut neminem in Proui-  
ciam sit secutus, honore fuerit contentus rei familiaris,  
despexerit fructum, qui ne cum Qu. quidem Cicero-  
ne uoluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum  
obtinere.

obtinere posset. Non enim decere se arbitratur, cum  
 Præturam gerere noluisset, a seclâ esse prætoris. Quæ  
 in re non solû dignitati seruibat, sed etiam tranquil-  
 litati. Cum suspitiones quoq; uitaret criminum, quo fie-  
 bat, ut eius obseruantia omnibus esset citior, cum eam  
 officio, non timori, neq; spei tribui uiderent. Incidit cæ-  
 sarianum ciuile bellum, cum haberet annos circiter se-  
 xaginta. usus est ætatis uocatiõe, neq; quoq; se mouit ex  
 urbe, quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium pro-  
 ficiscentibus omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum  
 Pompeium conuinctum non offendit. Nullum ab eo  
 habebat ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut hono-  
 res, aut diuitias ceperant, quorum partim inuitissimi  
 castra sunt secuti, partim summa cum eius offensione  
 domi remanserunt. Attici autem quies tantopere Cæsa-  
 ri fuit grata, ut uictor, cum priuatis pecunias per epi-  
 stolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit,  
 sed etiam sororis filium, & Quintum Ciceronem ex  
 Pompeij castris concesserit. Sic uetere instituto uitæ effu-  
 git noua pericula. Secutum est illud occaso Cæsare, cum  
 resp. penes Brutos uideretur esse, & Cassium, ac tota ci-  
 uitas se ad eum conuertisse uideretur. Sic M. Bruto usus  
 est, ut nullo ille adolescens æquali familiaris, quàm  
 hoc sene. neq; solum eum principem cõsiliij haberet, sed  
 etiam in conuictu. Ex cogitatum est à quibusdam, ut  
 priuatum ærarium Cæsaris interfectoibus ab equiti-  
 bus Romanis constitueretur, id facile effici posse arbitra-  
 ti sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulif-  
 sent. Itaq; appellatus est à C. Flauio Bruti familiari  
 Atticus, ut eius rei princeps esse uellet. At ille qui offi-

cia amicis præstanda sine factiōe existimaret, semperq;  
à talibus se consilijs remouisset. respondit, siquid Bru-  
tus de suis facultatibus uti uoluisset, usurum quantum  
hæ paterentur, sed neq; cum quoq; de ea re collocuturū,  
neq; coiturum. Sic ille consensionis globus huius unius  
dissensiōe disiectus est. Neq; multo post superior esse cœ-  
pit Antonius, ita, ut Brutus & Cassius Prouinciarum,  
quæ ijs necis causæ datæ erant à Cos. desperatis rebus,  
in exiliū proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul  
cum cæteris conferre noluerat florētī illi parti, abiecto  
Bruto, Italiaq; cedenti HS C. M. muneri misit, eidem  
in Eperro absens CCC iussit dari, neq; eo magis poten-  
ti adulatus est Antonio, neq; desperatos reliquit. Secutū  
est bellum gestum apud Mutinam, in quo, si tantū cum  
prudentem dicam, minus, quam debet, prædicem, cum  
ille potius diuinus fuerit, si diuiniatio appellāda est p-  
petua naturalis bonitas, quæ nullis casibus agitur, neq;  
minuitur. hostis Antonius iudicatus, Italia cesserat. Spes  
restituendi nulla erat. Non solum inimici, qui tamen  
erant potentissimi, et plurimi, sed etiā qui aduersarijs  
eius se dabant, et in eo lædendo aliquam consecuturos  
sperabant cōmoditatem, Antonij familiares sequeban-  
tur, uxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupie-  
bant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus cum  
Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus es-  
set Bruto, non modo nihil ijs indulsit ad Antonium uo-  
landū, sed è contrario familiaris eius ex urbe profu-  
giens quantum potuit, texit, quibus rebus indiguerunt,  
adiuuit. P. uero Volumnio ea tribuit, ut plura à  
parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ,  
cum litibus

cum litibus destineretur, magnisq; terroribus uexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa præstiterit uadimonium sine Attico. sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem uersuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamq; sine fœnore, sineq; ulla stipulatione credidit, maximumq; existimans quæstum memorẽ, gratumq; cognosci. simulq; aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum, quæ cum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem ueniebat Antonium rerum potiturum. sed sensim is à nonnullis optimatibus eius reprehendebatur, quod parum odisse malos ciues uideretur. Ille autem sui iudicij potius quid se facere par esset intuebatur, quàm quid alij laudaturi forent. Conuersa fortuna est. ut Antonius redijt in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis, & Bruti. Itaque ad aduentum imperatorum de foro decesserat timens proscriptionem. Latebatq; apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paulo ante, opem tulerat. Tanta uarietas his temporibus fuit fortunæ, ut modo ij, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo, habebatq; secũ Quintum Gelium Canium æqualẽ, simillimumq; sui. Hoc quoq; sit Attici bonitatis exemplũ, qd cũ eo, quem puerũ in ludo cognorat, adeo coniuncte uixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorũ creuerit. Antonius autẽ, & si tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solũ ei, sed etiã omnibus suis amicis esset inimicus, eosq; uellet præ-

scribere multis hortantibus, tamen Attici memor fuit officij, ut ei, cū requisisset, ubi nam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimq; ad se ueniret, Seiū, & Gelium Canium de proscriptorum numero exemisse, ac, ne quod periculū incideret, quod noctu fiebat, praesidiū ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimū habebat, praesidio fuit. Neque enim suae solum a quoque auxiliū petijt salutis, sed cōiunctim, ut appareret nullam se iunctam sibi ab eo uelle fortunā. Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui non uem ex hyeme, mariq; scopuloso seruat, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tantisque grauius procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis, ut se emerferat, nihil aliud egit, quod ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. cū prosriptos praemijs imperatorum uulgus cōquireret, nemo in Epeirū uenit, cui res ulla defuerit. nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. quoniam etiam post praelium philippense, interitumq; C. Cassi, & M. Bruti L. Iulium Mocillam Praetorium, & filiū eius, Aulumq; Torquatam, caeterosq; pari fortuna percussos, instituerit tueri, atque ex Epeiro, ijs omnia Samothraciā supporitari iusserit. Difficile enim est omnia profsequi, & non necessaria. Illud unū intelligi uolumus, illius liberalitatem, neque temporariam, neque calidam fuisse. Id ex ipsis rebus, ac temporibus iudicari potest, quod non florentibus se uendicauit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam Bruti matrem non minus post mortem eius, quam florētē coluerit. Sic liberalitate utens nullas inimicitias gessit, quod neque laedebat quenquam, neque siquam iniuriā acciperat, non malebat



rat, non malebat obliuisci, q̄ ulcisci. Idē in mortali me-  
 moria percepta retinebat beneficia. Quæ autem ipse  
 tribuerat, t̄a diu meminerat, quoad ille gratus erat, qui  
 acceperat. Itaq; hic fecit, ut uere dictum uideatur, sui  
 cuiq; mores fingunt fortunam, neque tamen prius ille  
 fortunam, quàm se ipse finxit, qui cauit, nequa in re  
 plecteretur. Iis igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius A-  
 grippa intima familiaritate coniunctus adolescenti  
 Cæsari, cum propter suam gratiam, & Cæsaris poten-  
 tiam nullius conditionis non haberet potestatem, po-  
 tissimum eius diligeret affinitatem, peroptaretq; equi-  
 tis Romani filiam generosam nuptijs, atq; harū nuptia-  
 rum conciliator fuit (nō enim est celandū) M. Antonius  
 triumuir reip. cuius gratia cū augere possessiones pos-  
 set suas, tantū absuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in  
 re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut pericu-  
 lis, aut incōmodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione  
 perillustre fuit. Nā cū L. Saufei eq̄tis Romani æqualis  
 sui, qui cum plureis annos studio ductus philosophiæ  
 habitabat, habebatq; in Italia pretiosas possessiones,  
 Triumuii bona uendidissent, cōsuetudine ea qua tum  
 res gerebantur, Attici labore, atq; industria factū est,  
 ut eodē nuntio Saufei fieret certior, se patrimonium  
 amisisse, et recuperasse. Idem L. Iul. Calidiū, quē post  
 Lucretij, Catulliq; mortem multo elegantissimū poetā  
 nostram tulisse ætatē uere uideor posse contendere, neq;  
 minus uirum bonum, optimisq; artibus eruditum post  
 proscriptionem equitum propter magnas eius Africa-  
 nas possessiones in proscriptorum numerū à P. Volumnio  
 præfecto fabrū Antoni absentem relatum expedi-

uit. Quod in præfenti utrum ei laboriosius, an glorio-  
sius fuerit, difficile fuit iudicare, quod in eorum pericu-  
lis, non secus absentes, quàm præfentes amicos Attico esse cu-  
ræ cognitum est. neque uero minus ille uir bonus paterfam-  
ilias habitus est, quàm cuius. nam cum esset pecuniosus,  
nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. neque ta-  
men non in primis bene habitauit, omnibusque optimis  
rebus usus est. nam domum habuit in colle Quirinali  
pamphilianam ab auunculo hæreditate relictam, cuius  
amoenitas nõ ædificio, sed sylua constabat. Ipsum enim  
tectum antiquitus constitutum plus salis, quàm sumptus ha-  
bebat, in quo nihil commutauit, nisi siquidẽ uetustate co-  
actus est. Vsus est familia, si utilitate iudicãdum est, opti-  
ma, si forma, uix mediocri. Namque in ea erant pueri lite-  
ratissimi anagnostæ optimi, et plurimi librarij, ut ne-  
pedissequus quidẽ quisquã esset, qui non utrunque horum  
pulchre facere posset. Pari modo artifices cæteri, quos  
cultus domesticus desyderat, apprime boni, neque tamen  
horum quenquam, nisi domi natum, domique factum habuit,  
quod est signum non solum continentie, sed etiam dili-  
gentie. nam et non intemperanter concupiscere, quod a  
pluribus uideas, continentis debet duci, et potius diligen-  
tia, quàm pretio parare, nõ mediocris est industrie. Elegans  
non magnificus. splendidus non sumptuosus, omni dili-  
gentia munditiã non affluentem affectabat. Supellex  
modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset.  
Nec præteribo, quanquam nõnullis leue uisumiri putẽ, cui  
in primis laurus esset eques Romanus, et nõ parum libe-  
raliter in domum suam omnium ordinum homines inuitaret,  
Scimus nõ amplius, quàm terna millia æris peræque in sin-

gulos menses ex ephemeride eum expēsum sumptui fer-  
 re solitum, atq; hoc non auditum, sed cognitum prædica-  
 nus. Sæpe enim propter familiaritatē domesticis rebus  
 iter sumus. nemo in cōuiuio eius aliud ἀκρὸς μὲν audi-  
 uit, q̄ ana gnosten, quod nos quidē iucundissimum ar-  
 bitramur, neq; unq̄ sine aliqua lectione apud eū cœna-  
 tum est, ut nō minus animo, q̄ uentre cōuiuæ delectarē-  
 tur. nanq; eos uocabat, quorū mores à suis nō abhorre-  
 rēt. Cū tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quo-  
 tidiano cultu mutauit, nihil de uitæ cōsuetudine, tā tāq;  
 usus est moderatione, ut neq; in HS uicies, qđ à patre ac-  
 ceperat, parum se splendide gesserit, neq; in HS centies  
 affuentius uix erit, q̄ instituerat, pari q; fastigio steterit  
 in utraq; fortuna, nullos habuerit hortos, nullam subur-  
 banā, aut maritimam sumptuosam uillā, neq; in Italia  
 præter Ardeatinū, & Nomentanū rusticū prædium,  
 omnisq; eius pecuniæ redditus cōstabat in Epiroticis, et  
 urbanis possessionibus, ex quo cognosci potest, eū usum  
 pecuniæ nō magnitudine, sed ratione metiri solitū. Men-  
 daciū neq; dicebat, neq; pati poterat. Itaq; eius comitas  
 non sine seueritate erat, neq; grauitas sine facultate, ut  
 difficile esset intellectu, utrū eū amici magis uererētur,  
 an amarēt. Quicqđ rogabatur religiose promittebat,  
 quod non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri qđ  
 præstare non posset. Idem innitendo quod semel admī-  
 sisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem  
 uideretur agere. Nusquam suscepti negocij eum perte-  
 sum est. suam enim existimationem in ea re agi puta-  
 bat, qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia  
 Ciceronum Catonis, Marc'q; Hortensii. A. Torqua-

ti. multorum præterea equitum Romanorum nego-  
cia procuraret, ex quo iudicari poterat non inertia, sed  
iudicio fugisse reip. procurationem. Humanitatis uero  
nullū afferre maius testimonium possum, quàm quod ado-  
lescens idem seni Sullæ fuerit iucundissimus, senex ado-  
lescenti M. Bruto. Cum æqualibus autem suis Quinto  
Hortensio, et M. Cicerone sic uixerit, ut iudicare diffici-  
le sit, cui ætati fuerit aptissimus, quanquam eum præci-  
pue dilexit Cicero, ut ne frater quidē ei Quintus ca-  
rior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt iudicio præter  
eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in uul-  
gus sunt editi, sexdecim uolumina epistolarum ab con-  
sulatu eius usq; ad extremum tempus ad Atticum mis-  
sarum, quæ qui legat, non multum desyderat historiæ  
contextam eorū temporum. Sic enim omnia de studijs  
principum, uitijs ducum, æmulationibus reip. perscri-  
pta sunt, ut nihil in his non appareat, & facile existi-  
mari possit prudentiam quodammodo esse diuinationem.  
Non enim Cicero ea solum, quæ uiuo se acciderūt,  
futura prædixit, sed etiam quæ nunc usu ueniunt, cœ-  
nit, ut Vates. De pietate autem Attici, quid plura com-  
memorem? cum hoc ipsum uere gloriantem audierim  
in sinere matris suæ, quam extulit annorum nona-  
ginta, cum esset septem, & sexaginta, se unquam cum ma-  
tre in gratiam rediisse, nunquam cum sorore fuisse in  
simultate, quam propè ætate æqualem habebat, quod  
est signum aut nullam unq̄ inter eos querimoniā in-  
tercessisse, aut hūc ea fuisse in suos indulgentia, ut quos  
amare deberet, irasci eis nefas duceret, neq; id fecit na-  
tura solū (quanq̄ omnes ei paremus) sed etiā doctrina.

Nam & principum Philosophorum ita pcepta habuerat pcepta, ut his ad uitam agendam non ad ostentationem ueretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatisq; amator, q̄ adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo uolumine exposuerit, quo magistratus ornauit, nulla enim lex, neq; pax, neq; bellum, neq; res illustris est populo Ro. quæ non in eo suo tempore sit notata. et quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexit, ut ex eo clarorum uirorū propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idē separatim in alijs libris, ut M. Bruti rogatu Iuniam familiā: à stirpe ad hanc ætatem ordine enumerauerit, notans, qui à quoq; ortus, quos honores, quibusq; temporibus cœpisset. pari modo Marcelli Claudij de Marcellorū, Scipionis Cornelij, & Fabij Maximi Fabiorū, et Aemeliorum, quibus libris nihil potest esse dulcius ijs, qui aliquā cupiditatem habent notitiæ clarorū uirorū. Attingit quoq; poetice, credimus ne eius expers esset suauitatis? nāq; uersibus, q̄ honore, rerumq; gestarū amplitudine cæteros. R. Populi præstiterunt, exposuit, ita, ut sub singulorum imaginibus facta, magistratusq; eorum nō amplius quaternis, quinisq; uersibus describeret, quod uix credendum sit tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiā unus liber græce confectus de cōsulatu Ciceronis. Hactenus Attico uiuo edita à nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse uoluit, reliqua persequemur, & quantum potuerimus rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significauimus, suos cuiq; mores plerunq; conciliare fortunā. nāq; hic contentus ordine equestri quo erat ortus. in affi

nitatem peruenit Imperatoris Diui Iulij filij, cum iam  
ante familiaritatem eius esset consecutus nulla alia re,  
quam elegantia uitæ, qua cæteros ceperat principes  
ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores. Tãta enĩ  
prosperitas Cæsarem est consecuta, ut nihil ei non tri-  
bueret fortuna, quod cuiquam ante detulerit, & con-  
ciliarit, quod ciuis romanus, quiuit consequi. Nata au-  
tem est Attico neptis ex Agrippa, cui uirginem filiam  
collocauit. hanc Cæsar uix anniculam T. Claudio Ne-  
roni Drusilla nato priuigno suo despondit. Quæ con-  
iunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem  
reddidit frequentiore, quãuis ante hæc sponsalia nõ  
solum cum ab urbe abesset, nunquam ad suorũ quenq̃  
litteras misit, quin Attico mitteret, qd ageret in primis,  
quid legeret, quibusq; in locis, & quandiu esset mora-  
turus, sed & cum esset in urbe, & propter suas infini-  
tas occupationes minus sæpe, quã uellet Attico fruc-  
retur, nullus dies temere intercesserit, quo non ad eum  
scriberet, quo aliquid de antiquitate ab eo requireret,  
modo aliquam quæstionem poeticam ei proponeret. in-  
terdum iocãs eius uerbosiores eliceret epistolas. Ex quo  
accidit, cũ ædes Iouis Feretrii in Capitolio ab Romulo  
constituta, uetustate, atq; incuria detecta prolaberetur,  
ut Attici admonitu Cæsar eam reficiendã curaret. Neq;  
uero à M. Antonio minus absens literis colebatur, adeo  
ut accurate ille exul eũ literis qd ageret, qd curæ sibi  
haberet, certiore faceret Atticum. Hoc quale sit, facili-  
us existimabit is, qui iudicare poterit quantæ sit sapien-  
tiæ eorum retinere usum, beneuolentiãq; inter quos  
maximarum rerum nõ solum æmulatio, sed obrecta

tio tanta intercedebat, quantam fuit incidere necesse in-  
 ter Cæsarem, atq; Antonium, cum se uterq; principem  
 non solum urbis romanæ, sed orbis terrarû esse cupe-  
 ret. Tali modo cum septem, & septuaginta annos com-  
 plessset, atq; ad extremam senectutem non minus digni-  
 tate, quàm gratia, fortunaq; creuisset (multas enim hæ-  
 reditates nulla alia re, quàm bonitate consecutus) tan-  
 taq; prosperitate usus est ualeitudinis, ut annis XXX  
 medicina non indiguisset, nactus est morbum, quẽ ini-  
 tio et ipse, et medici contempserunt. nam putarunt esse  
 tenasmon, cui remedia celeria, faciliaq; proponebãtur.  
 In hoc cû tres menses sine ullis doloribus, præterquã  
 quos ex curatione cupiebat consumpsisset, subito tanta  
 uis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tẽ-  
 pore per lumbos fistulæ putris eruperit. Atq; hoc pri-  
 us, quàm ei accederet postquam in dies dolores accre-  
 scere, febresq; accessisse sensit, A grippam generum ad  
 se accersiri iussit, & cum eo L. Cornelium Albium,  
 Sextumq; Peduceum. Hos ut uenisse uidit, in cubitum ni-  
 xus, quantam inquit curam, diligentiamq; in ualetu-  
 dine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum uos te-  
 stes habeam, nihil opus est pluribus uerbis commemo-  
 rare, qbus, quoniam, ut spero, satisfeci, me nihil reliqui  
 fecisse, quod ad sanandum me pertineret. reliquum est,  
 ut egomet mihi consulam, id uos ignorare nolui. nam  
 mihi stat alere morbû desinere. nanq; his diebus, qcqd  
 tibi sumpsi, ita produxi uitã, ut auxerim dolores sine  
 spe salutis. Quare à uobis peto, primum ut consili-  
 um probetis meum, deinde ne frustra dehortan-  
 do conemini. Hac oratione habitã tanta constantia

uocis, atq; uultus, ut non ex uita, sed ex domo in do-  
num uideretur migrare. Cum quidem Agrippa eum  
flens, atq; osculans oraret, atq; obsecraret, ne ad id, qđ  
natura coheret ipse quoq; sibi acceleraret. Et quoniam  
tum quoq; posset temporibus superesse se sibi, suisq; re-  
seruaret, preces eius taciturna sua obstinatione depres-  
sit. Sic cum biduum cibo se abstinuisset subito febris de-  
cessit, leuiorq; morbus esse coepit. Tamen propositum  
nihil secius peregit. Itaq; die quinto postquā id consi-  
lium inierat, prid. Cal. Aprilis Cn. Domitio. C. Sosio  
Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse praescripse-  
rat, sine ulla pompa funeris comitantibus omnibus bo-  
nis. maxima uulgi frequentia. Sepultus est iuxta uiam  
Appiam ad quintum lapidem in monumento Quin-  
ti Cæcili Aunnculi sui.

FINIS.



MARCI T. C. EPISTOLA-  
RVM AD BRVTVM  
LIBER.

M. T. C. BRVTO. S.

LODIVS Trib. Pleb. Designatus  
 ualde me diligit, uel, ut ἐμφοτικώ-  
 τερον dicam, ualde me amat, quod cū  
 mihi ita persuasum sit, non dubito (be-  
 ne enim me nosti) quin illum quoq; u-  
 dices à me amari. Nihil enim mihi minus hominis ui-  
 detur, quàm non respondere in amore ijs, à qbus pro-  
 uocere. Is mihi uisus est suspicari nec sine magno meo  
 quidem dolore aliquid à suis, uel per suos potius inimi-  
 cos ad te esse delatum, quo tuus animus à se esset alie-  
 nior. Non soleo in Brute (quod tibi notum esse arbitror)  
 temere affirmare de altero. Est enim periculosum pro-  
 pter occultas hominum uoluntates, multiplicesq; natu-  
 ras. Clodij animum perspectum habeo, cognitum, iudi-  
 catum. multa eius indicia, sed ad scribendum non neces-  
 saria. Volo enim hoc testimonium tibi uideri potius, quàm  
 epistolam. Auctus Antonij beneficio est, eius ipsius be-  
 neficij magna pars à te est. Ita eum saluis nobis uellet  
 saluum. In eum autem locum rem adductam intelligit  
 (est enim, ut scis minime stultus) ut utriq; salui esse  
 non possint. Itaq; nos mauult. de te uero amantissime et  
 loquitur, et sentit. Quare, si quis secus ad te de eo scri-  
 psit, aut si coràm locutus est, peto à te etiam, atq; etiam,  
 mihi ut potius credas, qui et facilius iudicare possum,  
 quàm ille nescio quomodo, et te plus diligo. Clodium tibi am-  
 m m

## EPISTOL. AD

cissimum existima, ciuemq; talem, qualis & prudentis-  
simus, & fortuna optima esse debet.

M. T. C. BRUTO.

5 Cripta, & ob signata iam epistola literæ mi-  
hi reddita sunt a te, plenæ rerum nouarum,  
maximèq; mirabiles, Dolabellâ quinq; cohortes misisse  
in Cherrhonessum. A deo ne copijs abûdat, ut is, qui  
ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur?  
Quinq; autem cohortibus quid se nam facturum arbi-  
tratus est, cum tu eo quinq; legiones, optimum equitatû,  
maxima auxilia haberes, quas quidem cohortes spero  
iam tuas esse, quoniam latro ille tam fuit demens, et tu  
uum consilium uehementer laudo, quod non prius tuum  
exercitum Apollonia, Dyrrhachioq; mouisti, quàm de  
Antonij fuga audisti, Bruti eruptione, populi romanâ  
uictoria. Ita q; qd scribis postea statuisse te ducere exer-  
citû in Cherrhonessum, nec pati sceleratissimo hosti lu-  
dibrio esse imperium populi Ro. facis ex tua digni-  
tate, & è rep. Quod scribis de seditione, quæ facta est  
in legione quarta de Antonijs, quod dicam in bonâ par-  
tem accipias, magis mihi probatur militum seueritas, q̃  
tua. Te beneuolentiâ exercitus, eq̃tumq; expertum esse  
uehementer gaudeo. De Dolabella, ut scribis, si quid ha-  
bes noui, facies me certiozem, in quo ualde delector, me  
ante prouidisse, ut tuum iudicium liberû esset cum Do-  
labella belli geredi, & id ualde ptinuit, ut ego tum in-  
telligebâ, ad rem p. ut nunc iudico, ad dignitatem tuâ.  
Quod scribis me maximo ocio egisse, ut insectarer An-  
tonios, idq; laudas, credo ita uideri tibi, sed illam distan-  
Etionem

Etionem tuam nullo pacto probo. Scribis enim acrius prohibenda bella ciuilia esse, quam in superatos iracundiam exercendam. Vehementer a te Brute dissentio, neque clementiae tuae concedo, sed salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiae. quae si clementes esse uoluimus, nunquam decerunt bella ciuilia. Sed de hoc tu uideris. De me possum idem, quod Plautinus pater in trinumo. Mihi quidem aetas acta ferme est, tua istuc refert maxime. Opprimemini (mihi crede) Brute, nisi prouideritis, neque enim populum semper eundem habebitis, neque Senatuum, neque Senatus ducem. Haec ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi putata, nihil potest esse uerius. XIII Cal. Maij.

## M. T. C. BRUTO. S.

Ostrae res meliori loco uidebantur. Scripta enim ad te certo scio, quae gesta sunt, quales tibi saepe scripsi Consules, tales extiterunt. Caesaris uero pueri mirifica indoles uirtutis, utinam tam facile eum florentem et honoribus, et gratia regere, ac tenere possimus, quam facile adhuc tenuimus. Est omnino illud difficilius, sed tamen non diffidimus. Persuasum est enim adolescenti, et maxime per me, eius opera nos esse saluos et certe, nisi is Antonium ab urbe auertisset, perissent omnia. Triduo uero, aut quadriduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam percussa ciuitas tota ad te secum coniugibus, et liberis effundebat, eadem recreata ad XII Cal. Maij te huc uenire, quam se ad te ire malebat, quod die magnorum meorum laborum, multarumque uigiliarum fructum cepi maximum, si modo est aliquis fructus ex solida, ueraque gloria. Nam tantae multitudinis,

quantam capit urbs nostra, concursus est ad me factus, ea cum usq; in capitolium deductus maximo clamore, atq; plausu in rostris collocatus sum. Nihil est in me inane, neq; enim debet. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioq; me commouet propterea, quod popularē me esse in populi salute præclarum est. Sed hæc te malo ab alijs audire, me uelim de tuis rebus, consilijsq; facias diligentissime certiorē. Illudq; consyderes, ne tua liberalitas dissolutior uideatur. Sic sentit Senatus, sic populus romanus, nullos unq; hostes digniores omni supplicio fuisse, q̄ eos auers, q̄ hoc bello contra patriam arma ceperunt, quos quidē ego omnibus sententijs ulciscor, & persequor omnibus bonis approbantibus. Tu quid de hac re sentias tui iudicij est. Ego sic sentio trium fratrum unam, & eandē esse causam, Consules duos, bonos quidē, sed duntaxat bonos amissimus. Hircius quidē in ipsa uictoria occidit, cum paucis diebus magno prælio ante uicisset. Nā Pansa fugerat uulneribus acceptis, quæ ferre nō potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur, & Cæsar. Hostes autē omnes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Itaq; id senatusconsultum, pleriq; interpretantur etiā ad tuos, siue captiuos, siue dedititios pertinere. Equidem nihil differui durius, cum nominatum de C. Antonio decernerē. quod ita statueram à te cognoscere causam eius senatum oportere. X Calendarum Maij.

M. B R V T V S M. T. Ciceroni. S.

q̄ Vãta sim lætitia affectus cognitis rebus Brutii nostri, & consulum, facilius est tibi existimare mare, quàm

mare, quàm mihi scribere, cum alia laudo, & gaudeo  
 accidisse, tum quod Bruti eruptio non solum ipsi saluta-  
 ris fuit, sed etiam maximo ad uictoriam adiumento.  
 Quod scribis trium Antoniorum unam, atq; eandem  
 causam esse, quid ego sentiã, mei iudicij esse statuo nihil,  
 nisi hoc, Senatus, aut populi R. iudicium esse de his ciui-  
 bus, qui pugnantes non interierint. At hoc ipsum in-  
 quies inique facis, qui hostilis animi in rep. homines  
 ciues appelles, immo iustissime. Quod enim no- dum  
 Senatus censuit, nec populus R. iussit, id arroganter nõ  
 præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum. Illud qui-  
 dem non muto, quod ei, quem me occidere res non coe-  
 git, neque crudeliter quicquam eripui, neque dissolute  
 quicquam remisi, habuiq; in mea potestate, quoad bel-  
 lum fuit, multo quidem honestius iudico, magisq; quod  
 concedere possit rep. miserorum fortunam non inse-  
 ctari, quàm infinita tribuere potentibus, quæ cupidita-  
 tem, & arrogantiam incendere possint. Quæ in re Ci-  
 cero uir optime, ac fortissime, mihiq; merito, & meo no-  
 mine, & rei p. carissime nimis credere uideris spei tuæ,  
 statimq; ut quisq; aliquid recte fecerit, omnia dare, ac  
 permutare, quasi non liceat traduci ad mala consilia  
 corruptum largitionibus animum. Quæ tua est huma-  
 nitas, æquo animo te moneri patieris, præsertim de com-  
 muni salute, facies tamen quod tibi uisum fuerit, etiam  
 ego, cum me docueris. Nunc Cicero, nunc agendum est,  
 ne frustra oppressum esse Antonium gauisi simus, neu  
 semper primi cuiusq; mali excidendi causa sit, ut aliud  
 renascatur illo peius. Nihil iam neq; opinantibus, aut  
 patientibus nobis aduersi euenire potest. In quo non

## EPISTOL. AD

*cum omnium culpa, tum præcipue tua futura sit, cuius tantam auctoritatem Senatus, ac populus R. non solum esse patitur, sed etiam cupit, quanta maxime in libera civitate unius esse potest, quam tu non solum bene sentiendo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro, quæ tibi superest, nulla abs te desideratur, nisi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia sic abunde adsunt, ut cum quolibet antiquorum comparari possint tuæ uirtutes. Vnum hoc grato animo, liberali quæ profectum cautiorem, ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exemplo, aut præsidio sit. Itaque timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quàm inde, si Cõsul factus sit, discensurum. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit, quonam animo fore putas, si quis authore non tyranno interfecto, sed ipso Senatu putat se imperia quælibet concupiscere posse? Quare tum et facilitatem, et providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinarijs, fore contentum. Alienæ igitur, inquires, culpæ me reum facies? prorsus alienæ, si provideri potuit, ne existeret, quod utinam inspectare possis timorem de illo meum. His literis scriptis, te consulem factum audiui. Tum uero incipiam proponere mihi rem p. iustam, et iam suis nitentem uiribus, si istuc uidero. Filius ualet, et in Macedonia cum equitatu præmissus est. Idibus Maijs ex castris.*

## M.T.C. MARCO BRVTO.S.

DV Calendarũ Maij, cum de ijs, qui hofter  
 a iudicati ſunt bello perſequendis ſententiã di-  
 cerentur, dixit Seruilius etiam de Vctidio, et  
 ut Caſſius perſequeretur Dolabellam, cui cũ eſſem af-  
 ſenſus, decreui hoc amplius, ut tu, ſi arbitrarere utile  
 fore, & è rep. eſſe, perſequerere Dolabellã bello, ſi mi-  
 nus id commodo rei p. facere poſſes, ſiue non exiſtimares  
 è rep. eſſe, ut in iſdem locis exercitum contineres, nihil  
 honorificentius potuit facere Senatus, q̃ ut tuum eſſet iu-  
 dicium, quid tibi maxime conducere rei pub. uideretur.  
 Equidem ſic ſentio, ſi manuum habet, ſi caſtra, ſi ubi con-  
 ſiſtat uſpiam Dolabella ad fidẽ, & ad dignitatem tuã  
 pertinere eum perſequi. De Caſſij noſtri copijs nihil  
 ſciebamus, neque enim ab ipſo ullã literã, neque nun-  
 tiabatur quicquam, quod pro certo haberemus. Quan-  
 to pere autem interſit opprimi Dolabellam proſecto in-  
 telligis, tum ut ſcleris poenas perſoluat, tum ne ſit, quò  
 ſe latronum duces ex mutinenſi fuga conferant. At que  
 hoc mihi tam in te placuiſſe potes ex ſuperioribus meis  
 literis recordari, quanquam tum & fugã portus erat  
 in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu, quo  
 magis nunc liberati (ut ſpero) periculis in Dolabel-  
 la opprimendo occupati eſſe debemus. ſed hæc cogi-  
 tabis diligentius. Statues ſapienter. Facies nos, quod  
 conſtitueris, & quid agas (ſi tibi uidebitur) certio-  
 res. Ciceronem noſtrum in ueſtrum collegium cooptari  
 uolo. Exiſtimo omnino abſentium rationem ſacer-  
 dotum comitijs poſſe haberi, nam etiam factũ eſt antea.

*regis verba.*  
 C. enim Marius, cum in Cappadocia esset, lege domitia factus est augur, nec quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit. Est etiam in lege iulia, quæ lex est de sacerdotijs proxima his uerbis, qui petit, cuius ueratio habebitur, aperte indicat posse rationem haberi, etiam non præsentis, Hac de re scripsi ad eum, ut tuo iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. Tibi autem statuendum est de Domitio, & de Catone nostro. Sed quamuis liceat absentis rationem haberi, tamen omnia sunt præsentibus facilia. Quod si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas. omnino Pansa uiuo celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam sibi surrogasset, deinde ante prætoriam sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram uideo. Dum enim unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Magna sanè perturbatio. Tu tota de re quid sentias, uelim me facias certiores. III Nonarum Maij.

## M. B R V T V S M. T. C I C E R O N I. S.

Oli expectare, dum tibi gratias agam, iam pridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam beneuolentiam peruenit, sublatum esse debet. Filius tuus à me abest, in Macedonia congregamur. Iussus est enim Ambraciam ducere equites per Thessaliam, & scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. Cum eum uidero (quoniam nobis permittis) communiter constituemus de reditu eius. Ad petitionem, aut ad commendationem honoris, tibi Glicona medicus Pansæ, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime



bet, diligentissime commendo. Audimus eum uenisse in  
 suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodiriq; ut  
 parricidam, nihil minus credendum est. Quis enim  
 maiorem calamitatem morte Pansæ accepit? præterea  
 est modestus homo, & frugi, quem ne utilitas quidem  
 uideatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, & qui-  
 dem ualde rogo (nam Achilleus noster non minus, q̄  
 æquū est, laborat) eripias eum ex custodia, cōseruesq;.  
 Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum æque,  
 atq; ullam aliam rē pertinere arbitror. Cum has ad te  
 scriberem literas, ab Satrio legato Caij Trebonij red-  
 dita est mihi epistola, à Tullio, & Deiotaro Dolabellam  
 cæsum, fugatumq; esse. Græcā epistolam tibi misi Cy-  
 cherei cuiusdam ad Satrium missam. Flauius noster  
 de controuersia, quam habet cum Dyrhachinis hære-  
 ditiā, sumpsit te iudicem, rogo te Cicero, et Flauius  
 rogat rem conficias. quin ei, qui Flauium fecit hæredē,  
 pecuniam debuerit ciuitas, non est dubium, neque Dyr-  
 rhachini inficiantur, sed sibi donatum æs alienum à  
 Cæsare dicunt. Noli pati à necessarijs tuis necessario  
meo iniuriam fieri, XVII Calendarum Iunij ex ca-  
stris ad mam Candauiam.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

b Ibulus quā carus mihi esse debeat, nemo  
 melius iudicare potest, quā tu, cuius tantæ  
 pro rep. contentiones, sollicitudinesq; sunt, sue-  
 runtq;. Itaque uel ipsius uirtus, uel nostra necessitudo  
 debet conciliare te illi, quo minus multa mihi scribenda  
 esse arbitror. Voluntas enim te mouere debet nostra, si

## EPISTOL. AD

modo iusta est, aut pro officio necessario suscipitur, is  
 Pansa locum petere constituit. eam nominationem à te  
 petimus, neq; coniunctiori dare beneficium, quàm nos  
 tibi sumus, neq; digniorem nominare potes, quàm Bi-  
 bulum. De Domitio, & Apuleio quid attinet ad me  
 scribere, cum ipsi per se tibi commendatissimi sint? Apu-  
 leium uero tu tua auctoritate sustinere debes. Sed Apu-  
 leius in sua epistola celebrabitur. Bibulum noli dimitt-  
 ere ex sinu tuo tantum iam uirum, ex quanto (crede  
 mihi) potest euadere, qui uestris paucorum respondeat  
 laudibus.

## M. T. C. MARCO BRUTO. S.

Ultos tibi commendo, & commendem neces-  
 se est. optimus enim quisque uir, & ciuis se-  
 quitur iudicium tuum, tibiq; omnes fortes ui-  
 ri nauare operam, & studium uolunt, nec quisquam  
 est, quin ita existimet meam apud te & gratiam, &  
 auctoritatem ualere plurimum. Sed C. Nasennium  
 municipem suessanum tibi ita commendo, ut neminem  
 diligentius. Cretensi bello Metello imperatore octauum  
 principem duxit, postea in re familiari occupatus fuit.  
 hoc tempore cum reipub. partibus, tum tua excellen-  
 ti dignitate commotus ualeat per te aliquid authorita-  
 tis assumere. Fortem uirum Brute tibi commendo, fru-  
 gi hominem, & siquid ad rem pertinet, etiam locu-  
 pletem, Per gratum mihi erit, si eum ita tractaris, ut me-  
 rito tuo mihi gratias agere possit.

Vngerer officio, quo tu functus es in meo lu-  
 fctu, teq; per literas consolarer, nisi scirem his  
 remedijs, quibus meum dolorem tu lenasses, te  
 in tuo non egere, ac uelim facilius, q̄ tunc mihi, nunc ti-  
 bi tu te medeare. Est enim alienū tanto uiro, ut es tu, qd̄  
 alteri præceperit, id ipsum facere non posse. Me quidē  
 tum rationes, quas collegeras, tum authoritas tua à ni-  
 mio mœrore deterruit. Cum enim mollius tibi ferre ui-  
 derer, q̄ deceret uirū, præsertim eum, qui alios consola-  
 ri soleret, accusasti me per literas grauioribus uerbis,  
 q̄ tua consuetudo ferebat. Ita q; iudiciū tuū magni aesti-  
 mans, idq; ueritus me ipse collegi, et ea, quæ didiceram,  
 legerā, acceperam, grauiora duxi tua authoritate ad-  
 dita. Ac mihi tum Brute officio solum erat, & naturæ,  
 tibi nunc populo & scænæ (ut dicitur) seruiendum est.  
 Nam cum in te non solum exercitus tui, sed omniū ci-  
 uium, ac penè gentium coniecti oculi sint, minime decet,  
 propter quē fortiores cæteri sumus, eum ipsum animo  
 debilitatum uideri. Quam ob rem acceperisti tu quidem  
 dolorē (id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit)  
 & est dolendum in tam graui uulnere, ne id ipsum ca-  
 rere omni sensu doloris sit miserius, q̄ dolere, sed, ut mo-  
 dice cæteris utile est, tibi necesse est. Scriberem plura, ni-  
 si ad te hæc ipsa nimis multa essent. Nos te, tuumq; exer-  
 citum expectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia suc-  
 cedant, uix satis liberi uidemur fore. De tota rep. plura  
 scribam, & fortasse iam certiora his literis, quas Vete-  
 ri nostro cogitabam dare.

## M. T. C. MARCO BRUTO.S.

Vllas adhuc à te literas habebamus, ne famã  
 n quidem, quæ declararet te cognita Senatus  
 authoritate, in Italiam adducere exercitum,  
 quod ut faceres, idq; maturares magno pere desydera-  
 bat resp. In grauescit enim in dies intestinum malum,  
 nec externis hostibus magis, quàm domesticis labora-  
 mus, qui erant omnino ab initio belli, sed facilius fran-  
 gebantur. Erectior Senatus erat, non sententijs solum  
 nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. Erat in Se-  
 natu satis uehemens, et acer Pansa, cum in cæteros hu-  
 ius generis, tum maxime in socerũ, cui consuli non ani-  
 mus ab initio, non fides ad extremum defuit. bellum  
 ad Mutinam gerebatur, nihil ut in Cæsare reprehende-  
 res, nonnulla in Hircio huius belli fortuna, ut in secun-  
 dis fluxa, ut in aduersis bona, erat uictrix resp. cæsis  
 Antonij copijs, ipso expulso à Bruto. Deinde ita multa  
 peccata, ut quodammodo uictoria excideret è manibus,  
 perterritos, inhermes, saucios non sunt nostri duces per-  
 secuti, datumq; Lepido tempus est, in quo leuitatẽ eius  
 sæpe perspectam maioribus in malis experiemur. Sũt  
 exercitus boni, sed rudes Bruti, et Planci. Sunt fidelis-  
 sima, et maxima auxilia Gallorum, sed Cæsarem meis  
 consilijs adhuc gubernatum præclara ipsum indole,  
 admirabiliq; constantia improbißimis literis quidam,  
 fallacibusq; interpretibus, ac nuntijs impulerunt in  
 spem certissimam consulatus, quod simulatq; sensi,  
 neque ego illum absentem literis monere destiti, nec ac-  
 cusare præsentem eius necessarios, qui eius cupiditati

*sufragari uidebantur. Nec in senatu sceleratissimorum  
 consiliorum fontes aperire dubitavi, nec uero ulla in re  
 memini, aut senatum meliorem, aut magistratus. Nun-  
 quam enim in honore extraordinario potētis hominis,  
 uel potentissimi potius (quandoquidem potentia iam  
 in ui posita est, & armis) accidit, ut nemo Trib. Pl. ne-  
 mo alio magistratu, nemo priuatus auctor existeret,  
 sed in hac constantia, atq; uirtute, erat tamen sollicita ci-  
 uitas. Illudimur enim Brute, tum militum delitijs, tum  
 imperatoris insolentia, tantum quisq; in rep. posse po-  
 stulat, quantum habet uirium. non ratio, non modus,  
 non lex, non mos, non officiū ualet, non iudicium, nō  
 existimatio ciuium, non posteritatis uerecundia. Hæc  
 ego multo ante prospiciens fugiebā ex Italia, tum, cum  
 me uestrorum edictorum fama reuocauit. Incitasti ue-  
 ro tu me Brute Veliæ. quanquam enim dolebam in eā  
 me urbem ire, a qua tu fugeres, qui eā liberauisses, qđ  
 mihi quoq; quondam acciderat periculo simili, casu tri-  
 shore, perrexi tamen, Romamq; perueni, nulloq; præsi-  
 dio quate feci Antonium, contraq; eius arma nefanda  
 præsidia, quæ oblata sunt, Cæsaris consilio, et auctori-  
 tate firmaui, qui si steterit idem, mihiq; paruerit, satis  
 uidemur habituri præsidij, sin autem in piorum consi-  
 lia plus ualuerint, quàm nostra, aut imbecillitas æta-  
 tis non potuerit grauitatem rerū sustinere, spes omnis  
 est in te. Quam ob rem aduola obsecro, atq; eā rem p-  
 quā uirtute, atq; animi magnitudine, magis quàm eue-  
 nis rerum liberaasti, exitu libera. omnis omnium concur-  
 sus ad te futurus est. Hortare idem per literas Cassiū.  
 Spes libertatis nusquam, nisi in uestrorum castrorum*

## EPISTOL. AD

præsidijs est. Firmos omnino & duces habemus ab occi-  
dente, & exercitus. Hoc adolescentis præsidium equi-  
dem adhuc firmum esse confido, sed ita multi labefa-  
ctant, ut, ne moueatur, interdū extimescam. Habes to-  
tum reip. statum, qui quidem tum erat, cum has literas  
dabam. Velm deinceps meliora sint, sin aliter fuerit,  
(quod Dii omen auertant) reip. uicem dolebo, quæ im-  
mortalis esse debeat, nihi quidem aliquantulum reli-  
qui est.

## MARCUS BRVTVS CICERONI. 5.

Eteris Antistij talis animus est in reip. ut nō  
u dubitem, quin in Cesare, & Antonio se præ-  
stiturus fuerit acerrimum propugnatorē cō-  
munis libertatis, si occasione potuisset occurrere. Nam  
qui in Achaia congressus P. Dolabella milites, atq; eq-  
tes habente, quoduis adire periculum ex insidijs para-  
tissimi ad omnia Latronis maluerit, quàm uideri aut co-  
actus esse pecuniam dare, aut libenter dedisse homini  
nequissimo, atq; improbissimo, is nobis ultro pollicitus  
est, & dedit XX HS ex sua pecunia, & quod mul-  
to carius est, se ipsum obtulit, & coniunxit. huic persua-  
dere cœpimus, ut imperator in castris remaneret,  
remq; publicam defenderet, statuit id sibi, quoniam  
exercitum dimisisset, statim uero rediturum ad nos con-  
firmauit legatione suscepta, nisi prætorum comitia ha-  
bituri essent consules. Nam illi ita sentienti de reip. ma-  
gnopere author sui, ne differret tempus petitionis suæ,  
cuius factum omnibus gratum esse debet, qui modo illi  
dicarint hunc exercitum esse utilem reip. tibi tanto gra

tius, quanto maiore & animo, gloriaq; libertatem nostram defendis, & dignitatem, si contigerit nostris consilijs exitus, quem optamus, persunctorus es. ego etiam mihi Cicero proprie, familiariterq; te rogo, ut Veterem ames, uelisq; esse quam amplissimum, qui, & si nulla re detereri à proposito potest, tamē excitari tuis laudibus, indulgentiaq; poterit, quo magis amplexetur, ac tueatur iudicium suum, & mihi gratissimum erit.

## M. T. C. MARCO BRVTO.

e Tsi daturus erā Messalæ Coruino continuo literas, tamen Veterē nostrum ad te sine literis meis uenire nolui. Maximo in discrimine resp. Brute uersatur, uictoresq; rursus decertare cogimur, id accidit Marci Lepidi scelere, et amētia, quo tempore, cum multa propter eam curam, quam pro resp. suscepi, grauiter ferrem, tum nihil tui grauius, quam me non posse matris tuæ precibus cedere, non sororis. Nā tibi (quod mihi plurimum est) facile me satisfacturum arbitrabar. Nullo enim modo poterat causa Lepidi distingu ab Antonio, omniumq; iudicio etiā durior erat, quod cum honoribus amplissimus à Senatu esset Lepidus ornatus, tum etiam paucis ante diebus præclaras literas ad Senatum misisset, repente non solum recepit reliquias hostium, sed bellum acerrimum terra, mariq; gerit, cuius exitus, qui futurus sit, incertum est, itaq; cum rogamur, ut misericordiā liberis eius impertiamur, nihil affertur, quo minus summa supplicia, si (quod Iupiter omen auertat) pater puerorum uicerit subeun-

da nobis sint. Nec uero me fugit, quàm sit acerbum parentum scelera filiorum poenis lvi. Sed hoc præclare legibus comparatum est, ut caritas liberorū anniciores parentes reip. redderet. Itaq; Lepidus crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hostem iudicat. atq; ille, si armis positus de ui damnatus esset, quo in iudicio certe defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, quanquam, quod tua mater, et soror deprecatur pro pueris id ipsum, & multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius, & reliqui hostes denuntiant. Itaq; maximam spem hoc tempore habemus in te, atq; exercitu tuo, tum ad reip. summā, tum ad gloriam, & dignitatem tuam uehementer pertinet te in Italiam, ut ante scripsi, uenire quā primum. Eget enim uehementer cum uiribus tuis, tum etiam consilio resp. Veterem pro eius erga te beneuolentia, singulariq; officio libenter ex tuis literis complexus sum, cumq; cū tui, tum reip. studiosissimū, amantissimumq; cognoui. Ciceronem meum propediē, ut spero, uidebo, tecum enim illū, et te in Italiam celeriter esse uenturū confido.

MARCUS BRUTUS M. TULLIO CICERONI.

**D**E MARCO LEPIDO uereri me cogit reliquorum timor, qui si eripuerit se nobis, quod uelim te mere, atq; iniuriose de illo suspicati sint homines, oro, atq; obsecro te Cicero necessitudinem nostram, tuamq; in me beneuolentiam obtestans sororis meæ liberos, obliuiscaris esse Lepidi filios, meq; his in patris locum successisse existimes. Hoc si à te impetro, nihil profecto dubitabis



fecto dubitabis pro his suscipere. Aliter alij cum suis uiuunt. nihil ego possum in sororis meae liberos facere, quo possit expleri uoluntas mea, aut officium. Quid uero aut mihi tribuere boni possunt, si modo digni sumus, quibus aliquid tribuatur, aut ego matri, ac sorori, puerisq; illis praestaturus sum, si nihil ualuerit apud te, reliquumq; Senatum cōtra patrem Lepidū Brutus auūculus? Scribere multa ad te neq; possum praesolitudine, ac stomacho, neq; debeo. Nā, si in tanta re, tamq; necessaria uerbis mihi opus est ad te excitandū, & cōfirmandum, nulla spes est, facturum te, quod uolo, & quod oportet. Quare noli expectare longas preces. in tuere me ipsum, qui hoc à te, uel à Cicerone coniunctis simo homine priuatim, uel à consulari tali uiro remota necessitudine priuata impetrare debeo. Quid sis facturus, uelim mihi quamprimū rescribas. Calendis Quintilibus ex castris.

M. T. Cicero Marco Bruto. S.

Reues tuae literae, breues dico, immo nullae. **b** tribus ne uersiculis his tēporibus Brutus ad me? nihil scripsissem potius, & requiris meas. Quis unquā ad te tuorū sine meis uenit? Quae autem epistola non pondus habuit? quae si ad te perlatae non sunt, ne domesticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni scribis te longiorem daturum epistolam, reete id quidem, sed haec quoq; debuit esse plenior. Ego autem, cum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literasq; ad Ciceronem, ut et si in Italiā uenisset, ad te rediret. Nihil enim mihi in-

## EPISTOL. AD

cundius, nihil illi honestius, quanquã aliquoties ei scripseram sacerdotum comitia mea summa contentione in alterum annum esse reiecta, quod ego cum Ciceronis causa elaboravi, tum Domitij, Catonis, Lentuli, Bibulorum, quod ad te etiam scripseram. Videlicet, cum illã pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Quare omni studio à te mi Brute contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas, te cumq; adducas, quod ipsum si remp. cui susceptus es, respicis, tibi iam, iamq; faciendum est. renatum enim bellũ est, idq; non paruo scelere Lepidi. Exercitus autem Cæsaris, q̄ erat optimus, non modo nihil prodest, sed etiam cogit exercitum tuum flagitari, qui si Italiam attigerit, erit cuius nemo (quem quidem cuem appellari fas sit) qui se non in tua castra conferat. et si Brutum præclare cum Plãco coniunctum habemus. Sed non ignoras, quã sint incerti animi hominum, & infecti partibus, & exitus præliorum, quin etiã, si, ut spero, uicerimus, tamen magnam gubernationem tui consilij, tuãq; authoritatis res desyderabit. Subuēni igitur per deos, idq; q̄ primum tibi persuade non te Idibus martijs, quibus seruitutem à tuis ciuibus repulisti, plus profuisse patriæ, quàm si mature ueneris profuturum. II Iduum Quintil.

## MART. C. MARCO BRUTO. S.

Essalam habes. Quibus igitur literis tam ac  
 m curate scriptis asse qui possum subtilius, ut ex  
 plicem, quæ gerantur, quæq; sint in rep.  
 quam tibi is exponet, qui & optime omnia nouit, et  
 elegantissime expedire, & deferre ad te potest? Caue  
 enim

enim existimes Brute (quanquam non est necesse ea me ad te, quæ tibi nota sunt scribere) Sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non queo silentio præterire, caue putes probitate, constantia, cura, studio reip. quicquam illi esse simile, ut eloquentiâ, qua mirabiliter excellit, uix in eo locum ad laudandum habere uideatur, quanquam in hac ipsa sapientia plus apparet, ita graui iudicio, multa q; arte se exercuit in uerissimo genere dicendi, tanta autem industria est, tantumq; cui gilat in studio, ut non maxima ingenio, quod in eo summum est, gratia habēda uideatur. Sed prouehor amore, non enim id propositum est huic epistolæ, Messalâ ut laudem præsertim ad Brutum, cui & uirtus illius non minus, quàm mihi nota est, et hæc ipsa studia, quæ laudo notiora, quem cum à me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabar uno, quod ad te tanquam ad alterum me proficiscens, & officio sungebatur, & laudem maximam assequeretur. Sed hæc hæctenus. Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam, qua mihi multa tribuens unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus, tu hoc, alius fortasse, quod in animaduersione, pœna q; durior, nisi fortasse utruq; tu, quod si ita est, utriusq; rei meum iudicium tibi cupio esse notissimum, neq; solum ut Solonis dictum usurpem, qui & sapiens unus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. Is remp. duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna. est scî licet, utriusq; rei modus, sicut reliquarum, & quædâ in utroq; genere mediocritas, sed non tanta de re propositum est hoc loco disputare, quid ego autem secutus

## EPISTOL. AD

hoc bello sim, in sententijs dicēdis alienum nō puto epe-  
 rire. Post interitum Cæsaris, et uestras memorabiles  
 Idus Martias Brute quid ego prætermissum à uobis,  
 quantamq; impendere rei p. tempestatem dixerim, nō  
 es oblitus. Magna pestis erat depulsa per uos, magna  
 populi R. macula deleta, uobis uero parta diuina glo-  
 ria, sed instrumentum regni delatum ad Lepidum, et  
 Antonium, quorum alter inconstantior, alter impuri-  
 or, uterq; pacem metuens, inimicus ocio. His ardentibus  
 perturbandæ rei publicæ cupiditate, quod opponi pos-  
 set præsidium, non habebamus. erexerat enim se ciui-  
 tas in retinenda libertate consentiens. Nos tum nimis a-  
 cres, uos fortasse sapientius excessistis urbe ea, quam li-  
 berastis. Italiæ sua uobis studia profitenti renuistis.  
 Itaq; cum teneri urbem à parricidijs uiderem, nec te in  
 ea, nec Cassium tutò esse posse, eamq; armis oppressam  
 ab Antonio, mihi quoq; ipsi esse excedendum putauim.  
 erum enim spectaculū, oppressa ab impijs ciuitas opi-  
 tulandi potestate præcisa. sed animus idem, qui semper  
 infixus in patriæ acritate, discessum ab eius periculis  
 ferre non potuit. Itaq; in medio achaico cursu, cum Ete-  
 siarum diebus auster me in Italiã, quasi dissuasor mei  
 consilij retulisset, te uidi Velie, doluiq; uehementer.  
 Cedebas enim Brute cedebas, quoniam stoici uestri ne-  
 gant fugere sapientis. Romam ut ueni, statim me obtuli  
 Antonij sceleri, atq; dementiae, quem cum in me inci-  
 tauissem, consilia inire cœpi Brutina planè (uestri  
 enim hæc sunt propria sanguinis) rei p. liberandæ.  
 Longa sunt, quæ restant, prætereunda sunt enim, de  
 me tantum dico. Cæsarem hunc adolescentem, per quē  
 adhuc

adhuc sumus, si uerum fateri uolumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum. Huic habiti à me honores nulli quidem Brute, nisi debiti, nulli, nisi necessarij. ut enim primum libertatem reuocare cœpinus, cum se non dũ, ne Decimi quidem Bruti diuina uirtus ita commouisset, ut iam id scire possemus, atq; omne præsidium esset in puero, qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium. Quis honos ei non fuit decernendus? quanquam ego illi tum uerborum laudẽ tribui, eamq; modicam. Deceui etiam imperium, quod quanquam uidebatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Quid enim est sine imperio exercitus? Statuam Philippus decreuit, celeritatem petitionis primo Seruius, post maiorem etiam Seruilius, nihil tum nimium uidebatur. Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur. Ego enim D. Bruto liberato, cum lætissimus ille ciuitati dies illuxisset, idemq; casu Bruti natalis esset, deceui, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur. In eoq; sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulièri Laurentiæ tribuerunt, uos cuius pontifices ad aram in uelabro sacrificium facere soletis, quod ego, cum dabam Bruto notam esse in fastis gratissimæ uictoriæ sempiternam memoriam uolebam, atque illo die cognoui paulo plures in Senatu maleuolos esse, quàm gratos, eos per ipsos dies effudi (si ita uis) honores in mortuos Hircium, & Pansam, Aquilam etiam, quod quis reprehendit, nisi qui deposito metu præteriti periculi fuerit oblitus? Accedebat ad beneficij memoriam gratam ratio illa, quæ etiam posteris posset esse

## EPISTOL. AD

salutaris. extare enim uolebã in crudelissimos hostes  
 monumenta odij publica sempiterna. suspicor illud mi-  
 nus tibi probari, quod ab tuis familiaribus optimis il-  
 lis quidem uiris, sed in rep. rudibus non probatur,  
 quod ut ouanti introire Cæsari liceret, decreuerim. Ego  
 autem (sed erro fortasse) nec tamen is sum, ut mea me  
 maxime delectent, nihil mihi uideor hoc bello sensisse  
 prudentius. Cur autem ita, sit aperiendum non est, ne  
 magis uidear prouidus fuisse, quàm gratus. Hoc ipsum  
 nimium, quare alia uideamus. D. Bruto decreui hono-  
 res, decreui L. Planco. Præclara illa quidem ingenia,  
 quæ gloria inuitantur, sed Senatus etiam sapiens, qui  
 quacunq; re putat, modo honesta, ad rem p. iuuandam  
 posse adduci hac utitur. at in Lepido reprehendimur.  
 cui cum statuam in rostris statuissemus, ijdẽ illam euer-  
 timus, nos illum honore studuimus à furore reuocare.  
 Vicit amentia leuissimi hominis nostram prudentiam,  
 nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum  
 est mali, quantum in euertenda boni. Satis multa de ho-  
 noribus, nunc de pœna pauca sunt dicenda. Intellexi  
 enim ex tuis sæpe literis te in his, quos bello deuicisti,  
 clementiam tuam uelle laudari, existimo equidem nil  
 à te nisi sapienter. Sed sceleris pœnã prætermittere (id  
 enim est, quod uocatur ignoscere) etiam si in cæteris re-  
 bus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. Nul-  
 lum enim bellum ciuile fuit in nostra rep. omnium, quæ  
 memoria mea fuerunt, in quo bello non utraq;que  
 pars uicisset, tamen aliqua forma esset futura rei pub.  
 hoc bello uictores, quam rem pub. sinus habituri, non  
 facile affirmarim, uictis certe nulla unquam erit.

Dixi igitur

Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum seueras, neque tam ulciscendi causa, quam ut & in praesens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam uellet imitari, quam haec quidem sententia non magis mea fuit, quam omnium. in qua uidetur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, poena peruenit, sed id et antiquum est, & omnium ciuitatum, siquidem etiam Themistoclis liberi egerunt, etsi iudicio damnatos eadem poena sequitur ciues. qui potuimus leniores esse in hostes? Quid autem queri potest quisquam de me, qui se si uicisset, acerbiorum in me futurum fuisse confiteatur necesse est? Habes rationem mearum sententiarum, de hoc genere duntaxat honoris, & poenae. Nam de caeteris rebus quid senserim, quidque censuerim audisse te arbitror. Sed haec quidem non ita necessaria. Illud ualde necessarium Brute, te in Italiam cum exercitu uenire quam primum. Summa est expectatio tui, qui si Italiam attigeris, ad te concursus fiet omnium. siue enim uicerimus, qui quidem pulcherrime uiceramus, nisi Lepidus perdere omnia, & perire ipse cum suis concupisset. tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum, siue etiam nunc certamen reliquum est, maxima spes est, cum in autoritate tua, tum in exercitus tui uiribus. Sed prospera per deos, scis enim quantum sit in temporibus, quantum in celeritate. Sororis tuae filijs quam diligenter consulam, spero te ex matris, & ex sororis literis cogniturum, qua in causa maiorem habeo rationem tuae uoluntatis,

## EPISTOL. AD

quæ mihi carissima est, quàm, ut quibusdã uideor, constantiæ meæ. sed ego nulla in re malo, quàm te amando constans esse uideri.

## M. BRUTVS CICERONI. 5.

Articulam literarum tuarum, quas misisti  
 P Octauio legi missam ab Attico mihi. Studium  
 tuum, cur aq; de salute mea nulla me noua uoluptate affecit, non solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter, atq; honorifice dixeris, aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere possum, eadem illa pars epistolæ scriptæ ad Octauium de nobis affecit. Sic enim illi gratias agis de rep. tam suppliciter, ac demisse. Quid scribam? pudet conditionis, ac fortunæ, sed tamen scribendum est. Commendas nostram salutem illi, quæ morte qua non pernitiosior? ut prorsus præ te feras non sublata dominationem, sed dominum commutatum esse. uerba tua recognosce, & aude negare seruiantis aduersus regem istas esse preces, unius ais esse, qd̄ ab eo postuletur, et exspectetur, ut eos ciuis de quibus uiri boni, populusq; R. bene existimet saluos uelit, quid, si nolit, non erimus? At qui non esse, quàm esse per illum præstat. Ego mediis fidiis non existimo tã omnes deos auersos esse à salute populi R. ut Octauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuat enim magnifice loqui, & certe decet aduersus ignorantes, qd̄ pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit. Hoc tu Cicero posse fateris Octauium, & illi amicus es, aut, si  
 me carum



me carum habes, uis Romæ uideri, cum ut ibi esse possem, commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias, si, ut nos saluos esse uelit, & patiatur, rogandum putas? An hoc pro beneficio est habendum, quod se, quàm Antonium esse maluerit, à quo ista petenda essent? supplicato uindicta illi quidem alienæ dominationis, non uicario. Sed quis supplicat, ut optime meritis de rep. liceat esse saluos? Ista uero imbecillitas, & desperatio, cuius culpa non magis in te residet, quàm in omnibus alijs & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit, ut interfecti locum occupare conaretur, & nunc puerum istum extulit, ut tu iudicares precibus esse impetrandam salutem talibus uiris, misericordiâq; unius, uix etiam nunc uiri tutos fore nos haud ulla alia re. Quod si Romanos nos esse meminissimus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus, neque magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quàm ob eiusdem mortem deterritus. tu quidem consularis, & tantorum scelerum uindex, quibus oppressis, uereor, ne in breue tēpus dilata sit abs te pernities, qui potes intueri, quæ gesseris simul, & ista uel probare, uel ita demisse, ac facile pati, ut probantis speciem habeas? Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia postulabat hæc, salutem ab se peti præcariam, nos incolumitatem habere, à quibus ipse libertatē accepisset, esse arbitriū suū de republica, quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur, scilicet ut illo prohibito, rogaremus alterum, qui se in eius locum reponi pateretur, an ut esset sui u-

## EPISTOL. AD

ris, ac mancipij resp. nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Atqui non solum bono domino potuimus Antonio tolerare nostram fortunam, sed etiam beneficijs, atque honoribus ut participes frui quantis uellemus. quid enim neget ijs, quorum patientiam uideret maximum suæ dominationis præsidium esse? Sed nihil tanti fuit, quo uenderemus fidem nostram, & libertatem. Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare uidetur in Cæsaris interfectores, quanti existimet (si sit commercio locus) posse nobis auctoribus tantum, quantum profecto poterit, quoniam uiuere, & pecunias habere, & dici consulares uolumus? Cæterum nequicquam perierit ille, cuius interitu quid gæuisi sumus, si mortuo nihilo minus seruituri eramus? nulla cura ab alijs adhibetur. Sed mihi prius omnia Dÿ, Deæq; omnes eripuerint, quàm illud iudicium, quo non modo hæredi eius, quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat, ut patiente me plus legibus, ac Senatu possit. An hoc tibi persuasum est, fore cæteros ab eo liberos, quo inuito nobis in ista ciuitate locus non sit? Qui porro id, quod petis, fieri potest, ut impetres? Rogas enim uelit nos saluos esse. uidemur ergo tibi salutem accepturi, cum uitam acceperimus? quam si prius dimittimus, dignitatem, & libertatem qui possumus accipere? An tu Romæ habitare id putas incolumem esse? res, non locus oportet præstet istuc mihi, neque incolumis fui Cæsare uiuo, nisi postquam illud consciui factus, neq; usquam exul esse possim, dum seruire, & pati contumelias peius odero malis omnibus alijs. Non.

ne hoc est in easdē tenebras recidisse, cum ab eo, qui tyranni nomen asciuit sibi, cum in græcis ciuitatibus liberi tyrannorū oppressis illis, eodē supplicio afficiantur, petitur, ut uindictæ, atq; oppressores dominationis salui sint? Hanc ego ciuitatem uidere uelim, aut putem ullam, quæ ne traditam quidem, atq; inculcatam libertatē recipere possit, plusq; timeat in puero nomen sublato Regis, q̄ confidat sibi, cum illū ipsum, qui maximas opes habuerit, paucorum uirtute sublatum uideat. Me uero posthac ne commendaueris Cæsari tuo, ne te quidem ipsum, si me audies. ualde care æstimas tot annos, quot ista ætas recipit, si propter eam causam puero isti supplicaturus es. Deinde quod pulcherrime fecisti, & facis in Antoniū, uide, ne conuertatur à laude maximæ animi ad opinionē formidinis. Nā, si Octavius tibi placet, à quo de nostra salute petendum sit, non dominum fugisse, sed amciore dominum quæsisse uideberis, quæ quod laudas ob ea, quæ adhuc fecit, planè probo. Sunt enim laudanda, si modo contra alienam potentiam, nō pro sua suscepit eas actiones. Cum uero iudicis tantum illi non modo licere, sed etiā à te ipso tribuendum esse, ut rogandus sit, ne nolit esse nos saluos, nimum magnam mercedem statuis. id enim ipsum illi largiris, quæ per illum habere uidebatur resp. Neque hoc tibi in mentem uenit, si Octavius ullis dignus sit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat, ijs, qui illud malum exciderint, cuius istæ reliquæ sunt, nihil quo expleri possit eorum meritum tributurum unquam populo R. si omnia simul congesserit. At uide quanto diligentius homines metuant, quàm memnerint,

## EPISTOL. AD

quia Antonius uiuat, atq; in armis sit. De Cæsare uero quod fieri potuit, ac debuit transactum est. neque iam prouocari in integrum potest. Octavius is est, qui quid de nobis iudicaturus sit, expectet populus R. Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus uideatur? Ego uero (ut istuc reuertar) is sum, qui non modo non supplicem, sed etiam coerream postulantes, ut sibi supplicetur, aut longe à seruientibus abero, mihiq; esse iudicabo Romam, ubicunq; liberum esse licebit, ac uestri miserebor, quibus nec ætas, neque honores, neque uirtus aliena dulcedinem uiuendi minuere potuerit. mihi quidem ita beatus esse uidebor, si modo constanter, ac perpetuo placebit hoc consilium, ut relatam putem gratiam pietati meæ. Quid enim est melius, quàm memoria recte factorum, & libertate contentum ne gligere hūmana? Sed certe non succumbam succumbentibus, nec uincar ab his, qui se uinci uolunt, experiarq; & tentabo omnia, neq; desistam abstrahere à seruitio ciuitatem nostrā. si secuta fuerit, quæ debet, fortuna, gaudebimus omnes, sin minus, ego tamen gaudebo. quibus enim potius hæc uita factis, aut cogitationibus traducatur, q̄ uis, quæ pertinuerint ad liberandos ciues meos? Te Cicero rogo, atque hortor, ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis. futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. Fortem, & liberum animum, quo & consul, & nunc consularis remp. uendicasti, sine constantia, & æquabilitate nullum esse putaris. Fateor enim duriozem esse conditionem spectatæ uirtutis, quàm incognitæ. Benefacta pro debitis exigimus, quæ si aliter eueniunt, ut de cæ-

pti ab his, infesto animo reprehendimus. Itaq; resistere Antonio Ciceronem, & si magna laude dignum est, tamen, quia ille consul hunc consularem merito præstare uidetur, nemo admiratur. idē Cicero, si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate, ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed etiam præterita euanescere coget. Nihil enim per se amplum est, nisi in quo iudicij ratio extat, quia neminem magis decet, quàm te remp. amare, libertatisq; defensorem esse uel ingenio, uel rebus gestis, uel studio, atq; efflagitatione omnium. Quare non Octauius est rogandus, ut uelit nos saluos esse. magis tu te exuscita, ut eam ciuitatē, in qua maxima gessisti, liberam, atq; honestam fore putes, si modo sint populo Duces ad resistendum improborum consilijs.

M. Brutus T. P. Attico. S.

Cribis mihi mirari Ciceronem, quod nihil significem unquam de suis actis, quoniā efflagitas, coactu tuo scribam, quæ sentio, omnia fecisse Ciceronem optimo animo scio. quid enim mihi exploratius esse potest, quàm illius animus in remp. Sed quædam mihi uidetur, quid dicam imperite uir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisse, qui ualentissimum Antonium suscipere pro rep. non dubitauit inimicum? Nescio quid scribam tibi, nisi unum, pueri & cupiditatem, et licentiam potius esse irritatā, quam repressam à Cicerone, tantumq; eum tribuere huic indulgentiæ, ut se maledictis nō abstineat ijs qui-

## EPISTOL. AD

dem, quæ in ipsum dupliciter recidunt, quod et plures occidit uno, seq; prius oportet fateatur sicarium, quam obijciat Cascæ, quod obijcit, & imitatur in Casca Bestiam, an quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atq; ille nonas Decemb. suas in ore habet eo meliore conditione. Cicero pulcherrimum factum vituperabit, quàm Bestia, et Clodius reprehendere illius consulatum soliti sunt, sustinuisse mihi gloriatur bellum Antonij, togatus est Cicero noster. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonij oppressi poscitur in Antonij locum successio? & si vindex illius mali author extitit alterius fundamentum, et radices habituri altiores? si patiamur, ut iam ista, quæ facit, non dominationem non dominum, sed Antonium timentis sint. Ego autem gratiam non habeo, si quis, dum ne irato seruiat, rē ipsam non deprecatur. Immo triumphus, & stipendium decernitur, & omnibus decretis ornatur. pudeat conspici re fortunam, cuius nomen susceperit consularis, hoc an Ciceronis est, quoniam tacere non licuit leges, quæ tibi necesse est, molestas esse. Etenim ipse sentio quāto cum dolore hæc ad te perscripserim, nec ignoro quid sentias in rep. et quāto desperatam quoq; sanari putes posse. nec me hercle te Attice reprehendo, ætas enim, mores liberi se gnem efficiunt, quod quidem etiam ex Flavio nostro perspexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter Saluidenum, & eum interest? Quid autem amplius ille decerneret? timet iniquies etiā nunc reliquias belli civilis. quisquam ergo ita timet profligatum, ut neq; potentiam eius, qui exercitum victorem habeat, neq; temeritatem pueri putet extimescendā esse? An hoc ipsum

ea re facit, quod illi propter amplitudinem omnia iam  
 ultroq; deferenda putat? O magnam stultitiam timo-  
 ris, id ipsum, quod uerearis ita cauere, ut cum uitare for-  
 tasse potueris, ultro accersas, & attrahas. nimum ti-  
 memus mortem, & exilium, & paupertatem. Hæc mi-  
 hi uidentur Ciceroni ultima esse in malis, & dum ha-  
 beat, à quibus impetret, quæ uelit, & à quibus cola-  
 tur, ac laudetur, seruitutem honorificam modo non a-  
 spernatur, si quicquam in extrema, ac miserrima contu-  
 melia potest honorificam esse. Licet ergo patrem appel-  
 let O Staius Ciceronem, referat omnia, laudet, gra-  
 tias agat, tamen illud apparebit uerba rebus esse con-  
 traria. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus  
 est, quàm eum patris habere loco, qui nec liberi quidē  
 hominis numero sit? At qui eo tendit, id agit, ad eum  
 exitum properat uir optimus, ut sit illi O Staius pro-  
 pitius. Ego uero iā his artibus nihil tribuo, quibus scio  
 Ciceronem instructissimum esse. Quid enim illi pro-  
 sunt, quæ pro libertate patriæ, de dignitate, quæ de  
 morte, exilio, paupertate scripsit copiosissime? Quanto  
 autem magis illa callere uidetur Philippus, qui priui-  
 gno minus tribuerit, quàm Cicero, qui alieno tribuit.  
 Desinat igitur gloriando etiam insectari dolores no-  
 stros. Quid enim nostra uictum esse Antonium, si ui-  
 ctus est, ut alij uacaret, quod ille obtinuit? tametsi tuæ li-  
 teræ dubia etiā nūc significāt. Uinat hercule Cicero, q  
 potest supplex, et obnoxius, si neq; ætatis, neq; honorū,  
 neq; rerū gestarū pudet. Ego certe, q cū ipsa re bellū ge-  
 rā, hoc est cū regno, et imperijs extraordinarijs, et do-  
 minatiōe, et potētia, quæ supra leges se esse uelit. nulla

## EPISTOL. AD

erit ta bona cōditio seruiēdi, qua nō deterrear, quāuis sit uir bonus, ut scribis, Antonius, quā ego nunquā existi maui, sed dominum, ne parentē quē maiores nostri uoluerūt esse. Te nisi tantū amarē, quātū Ciceroni psua sum est diligī ab Octauiō, hęc ad te non scripsissem. Dolet mihi, quod tu non stomacharis amantiſſimus tum tuorum omnium, tum etiam Ciceronis. Sed perſua de tibi de uoluntate propria mea, nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter, neq; enim impetrari poteſt, quin quale quicq; uideatur, ei talem quiſq; de illo opinionē habeat. Vellem mihi ſcripiſſes, quæ conditiones eſſent Atticæ noſtræ. Potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu per ſcribere. V aletudinem Porciæ meæ tibi curæ eſſe non miror. Deniq; quod petis, faciā libenter. nam etiam ſo rores me rogant, & hominem nōro, & quid ſibi uoluerit.

## M. T. C. MARCO BRUTO. S.

Um ſæpe te literis hortatus eſſem, ut quam-  
 primū reip. ſubuenires, in Italiāq; exer-  
 citum adduceres, neq; id arbitrarer dubitare  
 tuos neceſſarios, rogatus ſum à prudentiſſima, & dili-  
 gentiſſima ſœmina matre tua, cuius omnes curæ ad te  
 referuntur, & in te conſumuntur, ut uenirem ad ſe ad  
 VIII Calendarum Sextilis, quod ego, ut debui, ſine  
 mora feci. Cum autem ueniſſem, Caſca aderat, & La-  
 beo, et ſcriptus, at illa rettulit, quæ ſiuitq; quidnam mi-  
 hi uideretur, accerſeremus ne te, atq; tibi id conducere  
 putarem, an tardare, & commorari te melius eſſet,  
 reſpondi id, quod ſentiebam, & dignitati, & exiſtima-  
 tioni tuæ



tioni tuæ maxime conducere, te primo quoq; tempore ferre præsidium labenti, & inclinatæ reip. Quid enī abesse censes mali in eo bello, in quo uictores exercitus fugientem hostem persequi noluerunt? & in quo incolumis imperator honoribus amplissimus, fortunisq; maximis, coniuge, liberis, uobis affinis ornatus, bellum reip. indixerit? Quid dicam in tanto Senatus, populiq; consensu, cum tantum resideat intra muros mali? Maximo autem, cum hæc scribebam, afficiebar dolore. quod, cum me pro adolescentulo, ac penè puero resp. accepisset uadem, uix uidebar, quod promiseram, præstare posse. Est autem grauior, & difficilior animi, & sententiæ, maximis præsertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ obligatio. Hæc enim solui potest, & est rei familiaris iactura tolerabilis, reip. quod sponderis quemadmodum soluas, nisi is dependi facile patitur, pro quo sponderis. quanquam & hunc (ut spero) tenebo multis repugnantibus. Videtur enim in eo esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij perstringi posse confidunt. Itaq; ad reliquos hic quoq; labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis, quanquam quæ temeritas est? magis enim illum, pro quo sponderis, quàm me obligauit. nec uero pœnitere potest reip. me pro eo sponderisse, qui fuit in rebus gerendis tum suo ingenio, tum mea promissione constantior. Maximus autem (nisi me forte fallit) in rep. nodus est inopia rei pecuniariæ. Obdurescunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tri-

## EPISTOL. AD Q. FR.

buti, quod ex centesima collatum in pudenti censu locu-  
pletum in duarum legionum præmijs omne consumitur. Impedent autem infiniti sumptus tum in hos exer-  
citus, quibus nunc defendimur, tum uero in tuum. Nam  
Cassius noster uidetur posse satis ornatus uenire. Sed et  
hæc, & multa alia coram cupio, idq; quæ primum. De  
sororis tuæ filijs non expectavi Brute dum scriberes.  
Ommino iam tempora (bellum enim ducetur) integra  
tibi causam reseruant. Sed ego a principio, cum diuina  
re de belli diuturnitate possem, ita causam egi puerorū  
in Senatu, ut te arbitror e matris literis potuisse cogno-  
scere. Nec uero ulla res erit unquam, in qua ego nō uel-  
uitæ periculo ea dicam, eaq; faciam, quæ te uelle, quæq;  
ad te pertinere arbitror. Vale. VI Calendarum  
Sextilis.

MARCI T. C. EPISTOLA-  
RVM AD QV. C. FRA-  
TREM. LIBER  
PRIMVS.

## M. T. C. QVINTO FRATRI. S.

*e* Tsi non dubitabam, quin hanc episto-  
lā multi nuntij, fama deniq; esset ipsa  
sua celeritate superatura, tuq; ante ab  
alijs auditurus esses, annum tertium ac-  
cessisse desyderio nostro, et labori tuo,  
tamen existimavi à me quoq; tibi huius molestiæ nun-  
tium perferri oportere. Nam superioribus literis, non  
unus, sed pluribus, cum iā ab alijs desperata res esset,  
tamen

tamen ego tibi spem maturæ decessionis afferebam, non solum, ut quâ diutissime te iucunda opinione oblectarem, sed etiam, quia tanta adhibebatur & à nobis, & à Prætoribus contentio, ut rem posse confici non diffiderem. Nunc, quoniam ita accidit, ut neq; Prætores suis opibus, neq; nos nostro studio quicquam perficere possemus, est omnino difficile non grauius id ferre, sed tamen nostros animos maximis in rebus gerendis, & sustinendis exercitatos, frangi, & debilitari molestia nõ oportet, quoniam ferre ea molestissime homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Est quidem in hac re mihi molestius ferendum, quàm tibi. Factum est enim mea culpa, contra quam tu mecum, & proficiscens, & per literas egeras, ut priore anno non succederetur. Quod ego dum sociorum saluti consulo, dum imprudentiæ nonnullorum negociatorum resisto, dum nostram gloriam tua uirtute augeri ex peto, feci non sapienter, præsertim, cum id commiserim, ut ille alter annus, etiam tertium posset adducere. Quod, quoniã peccatum meum esse confiteor, est sapientiæ, atq; humanitatis tuæ curare, & perficere, ut hoc minus sapiënter à me prouisum, diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse uehementius ad omnes partes bene audiendi excitaris, nõ ut cum alijs, sed ut tecum iam ipse certes, si omnem tuam mentem, curam, cogitationem, et excellentem omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris (mihi crede) unus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiã nobis, gloriam etiam posteris nostris afferet. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum, ne ue te obrui tanquam flu-

## EPISTOL. AD Q. FR.

Tu, sic magnitudine negocij sinas, contraq; erigis, ac resistas, siue etiam ultro occurras negocijs. Neq; enim eius modi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit, & diligentia. Quod si tibi bellum aliquod magnum, & periculosum administranti prorogatum Imperium uiderem, tremere animo, quod eodem tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam. Nunc uero ea pars tibi reip. commissâ est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet, & quæ mihi tota in tua uirtute, ac moderatione animi posita esse uideatur. Nullas (ut opinor) insidias hostium, nullam prælij dimicationem, nullam seditionem exercitus pertimescimus, quæ persæpe sapientissimis uiris acciderunt, ut quemadmodum gubernatores optimi uim tempestatis, sic illi fortunæ impetum superare non possent. tibi data est summa pax, summa tranquillitas, ita tamen, ut ea dormientem gubernatorē uel obruere, uel uigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea Prouincia primum ex eo genere sociorum, quod est ex hominum omni genere humanissimum. Deinde ex omni genere ciuium, qui aut, quod publicani sunt, nos summa necessitudine attingunt, aut quod ita negociantur, ut locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos existunt graues controuersia. multæ nascuntur iniuriæ. magnæ contentiones consequuntur, quasi uero ego id putem, non te aliquantum negocij sustinere. Intelligo permagnam esse negocium, et maximi consilij. Sed memento consilij me hoc negocium esse magis aliquanto, quam fortunæ

quàm fortunæ putare. Quid est enim negocij continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas? Id autem sit magnum, & difficile cæteris, sicut est difficillimum tibi & fuit hoc semper facillimum, & uere esse debuit. cuius natura talis est, ut etiam sine doctrina uideatur moderata esse potuisse. Ea autem adhibita doctrina est, quæ uel uitiosissimam naturam excolere possit. Tu tu pecuniæ, tum uoluptati, tum omnium rerum cupiditati resistes, ut facis. Erit, credo, periculum, ne improbum negociatorem paulo cupidiores publicanum comprimere non possis. Nam græci quidem sic te ita uiuentem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria, aut etiam è cælo diuinum hominem esse in Prouinciam de lapsum putent. Atque hæc nunc non, ut facias, sed ut te facere, & fecisse gaudeas, scribo. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic, ut nullum te signum, nulla pictura, nullum uas, nulla uestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ, quibus rebus abundat ista Prouincia, ab summa integritate, continentiaq; deduxerit. Quid autem reperiri tam eximium, aut tam expectandum potest, quàm istam uirtutem, moderationem animi, temperantiam non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiae, in oculis clarissimæ Prouinciæ, atque in auribus omnium gentium, ac nationum esse positam, non itineribus tuis perterreri homines. non sumptu exhauriri. non aduentu commoueri, esse quocumque ueneris, & publice, & priuatim maximam lætitiã, cum urbs custodem, non Tyrannum domus hospitem, non expilatorem recepisse uideatur?

## EPIST. AD Q. FR.

His autem in rebus iam te usus ipse profecto erudiuit,  
 nequaquam satis esse, ipsum has te habere uirtutes, sed  
 esse circumspectendum diligenter, ut in hac custodia  
 Prouinciæ non te unum, sed omnes ministros impe-  
 rij tui, socijs, & ciuibus, & reip. præstare uideare.  
 Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri  
 sint rationem dignitatis suæ, de quibus honore, & di-  
 gnitate, & ætate præstat Tubero, quem ego arbitror,  
 præsertim, cum scribat historiam, multos ex suis an-  
 nalibus posse deligere, quos uelit, & possit imitari, Ha-  
 lienus autem noster cum animo, & beneuolentia, tum  
 uero etiam imitatione uiuendi. Nam quid ego de Gra-  
 tidio dicam? quem certò scio ita laborare de existima-  
 tione suâ, ut propterea amorem in nos fraternum etiã  
 demonstrare laboret. Quæstorem habes non tuo iudi-  
 cio delectum, sed eum, quem fors dedit. Hunc oportet  
 & sua sponte esse moderatum, & tuis institutis, &  
 præceptis obtemperare, quorum si quis forte esset sor-  
 didior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas le-  
 ges, quibus est adstrictus, non ut ea potestate, quam tibi  
 ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur. Nequã  
 enim mihi sanè placet, præsertim, cum ij mores tantum  
 iam ad ninuam leuitatem, & ambitionem incubue-  
 rint, scrutari te omnes sordens, excutere unumquenq;  
 eorum, sed quanta sit in quoque fides, tantum cuique  
 committere. Atque inter hos eos, quos tibi comites, &  
 adiutores negociorum publicorum dedit ipsa res p. dun-  
 taxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi.  
 Quos uero aut ex domesticis coniuñtionibus, aut ex  
 necessarijs apparitoribus tecum esse uoluisti, qui quasi  
 ex cohorte

ex cohorte Prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis recte facientes facile diligere, minus consulentes existimationi tuæ, facillime coercere, à quibus, rudis cum esses, uideretur potuisse tua liberalitas decipi. Nam, ut quisque est uir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur. Nunc uero tertius hic annus habeat integritatem eandem, quam superiores, cautiores etiam, ac diligentiores. Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, existimentur audire, nõ in quas fictæ, aut simulate quæstus causa insusurretur. Sit annus tuus, non ut uas aliquod, sed tanquam ipse tu. non minister alienæ uoluntatis, sed testis tuæ. A cæsus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris, ac muneris non temere, nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo secus, ac seruis imperabant. Sit licitor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, maiorque præferant fasces illi, ac securæ dignitatis insignia, quam potestatis. Toti denique sit Prouinciæ cognitum, tibi omnium, quibus præsis, salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas. Denique hæc opinio sit non modo ijs, qui aliquid acceperint, sed ijs etiam, qui dederint, te inimicum (si id cognoueris) futurum. Neque uero quisquam dabit, cum erit hoc perspectum, nihil per eos, qui simulat se apud te multum posse, abs te solere impetrari. Nec tamen est hæc oratio mea huiusmodi, ut te in tuos, aut durum esse nimium, aut suspiciosum uelim. Nam si quis est eorum, qui tibi biennij spatium nunquam in suspitionem auaritiæ uenerit, ut ego Cæsium, et Cherippum,

## EPIST. AD Q. FR.

& Labeonem audio, & quia cognoui, existimo, nihil  
 est, quod non & ijs, & si quis est alius eiusmodi, &  
 committi, & credi rectissime putem. Sed, si quis est, in  
 quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil  
 credideris, nullam partem existimationis tue commise-  
 ris. In Provincia uero ipsa, si quem es nactus, qui in tua  
 familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit  
 ignotus, huic quantum credendum sit, uide. non quin  
 possint multi esse provinciales uiri boni, sed hoc spera-  
 re licet, iudicare periculosum est. Multis enim simula-  
tionum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdã ob-  
tenditur uniuscuiusq; natura. frons, oculi, uultus per-  
 sæpe mentiuntur, oratio uero sæpissime. Quam ob re  
 qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pecunie  
 cupiditate adducti creant his rebus omnibus, à qui-  
 bus nos diuisi esse non possumus? Te autem alienum  
 hominem ament ex animo, ac non sui commodi causa  
 simulent? mihi quidem permagnam uidetur, præfer-  
 tim, si ijdem homines priuatum non ferè quenquam,  
 Prætores semper omnes amant. Quo ex genere, si quẽ  
 forte tui cognouisti amantiorem (fieri enim potuit) quã  
 temporis, hunc ad tuum numerum libenter ascribito.  
 Sin autem id non perspicias, nullum erit genus in fami-  
 liaritate cauendum magis, propterea, quod & omnes  
 uias pecunie norunt, & omnia pecunie causa faciunt,  
 & qui, cum uicturi non sunt, eius existimationi consi-  
 lere non curant. Atque etiam è Græcis ipsis diligen-  
 ter cauendæ sunt quædam familiaritates, præter ho-  
 minum perpuorum si qui sunt uetere Græcia digni-  
 mores. Sic uero fallaces sunt permulti, & leues, & diutur-  
 na seruitute



na seruitute ad nimiam assentationem eruditi, quos ego uniuersos adhiberi liberaliter, optimum quenque hospitio, amicitiaq; coniungi dico oportere, nimiaq; familiaritates eorum, neque tam fideles sunt (non enim audent aduersari nostris uoluntatibus) & inuident non nostris solum, uerum etiam suis. Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus uereor etiam, ne durior sim, cautus esse uelim, ac diligens. quo me animo in seruos esse censeres? quos quidem cum omnibus in locis, tum praecipue in Prouincijs regere debemus, quo de genere multa praecipui possunt. Sed hoc & breuissimum est, & facillime teneri potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, ut si iter Appia uia faceres, ne ue interesse quicquam putent, utrum Trallens, an Formias uenerint. At, si quis est ex seruis egregie fidelis, sit in domesticis rebus, & priuatis. Quae res ad officium imperij tui, atque ad aliquam partem reip. pertinebunt, de his rebus, nequid attingat. Multa enim, quae recte committi seruis fidelibus possunt, tamen sermonis, & uituperationis uitandae causa, committenda non sunt. Sed nescio quo pacto ad praecipendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Quid enim ei praecipiam, quem ego, in hoc praesertim genere intelligam, prudentia non esse inferiore q̄ me, usu uero etiam superiore? Sed tamen, si ad ea, quae faceres, auctoritas accederet mea, tibi ipsi illa putauis fore iucundiora. Quare sint haec fundamenta dignitatis tuae. tua primum integritas, & continentia, deinde omnium, qui tecum sunt pudor. Delectus in familiaritatibus, & provincialium hominum, & graeco-

## EPIST. AD Q. FR.

rum percautus, & diligens, familiae grauis, & constans disciplina. quae, cum honesta sit in his priuatis nostris, quotidianisq; rationibus, in tanto imperio, tam deprauatis moribus, tam corruptrice Prouincia, diuina uideatur necesse est. Haec institutio, atque disciplina potest sustinere in rebus statuendis, decernendisq; eam seueritatem, qua tu in his rebus usus es, ex quibus nonnullas simultates cum magna mea laetitia susceptas habenuis, nisi forte me Paconij nescio cuius hominis, ne Graeci quidem, ac Mysij, aut Phrygij potius, querelis moueri putas, aut Thuscenij hominis furiosi, ac sordidi uocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus, inhonestissimam cupiditatem eripuisti, summa cum aequitate. Haec, & caetera plena seueritatis, quae statuisti in ista Prouincia, non facile sine summa integritate sustinebimus. Quare sit summa in iure dicendo seueritas, dummodo ea non uarietur gratia, sed conseruetur aequalis. Sed tamen parui refert abs te ipso ius dici aequaliter, & diligenter, nisi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Ac mihi quidem uidetur non sanè magna uarietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maxime sustineri. In qua scientiae praesertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Constantia est adhibenda, & grauitas, quae resistat non solum gratiae, uerum etiam suspicioni. Adiungenda etiam est facultas in audiendo, lenitas in discernendo, in satisfaciendo, ac disputando diligentia. His rebus nuper Cn. Octavius iucundissimus fuit, apud quem primus lector qui fuit, tacuit accensus. quoties quisq; uoluit, dixit, & quam uoluit

diu. quibus ille rebus fortasse nimis lenis uideretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines, quæ per uim, & metum abstulerant, reddere. Quæ in Magistratibus iniuriose decreuerant eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Hæc illius seueritas acerbæ uideretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quod si hæc lenitas gratæ Romæ est, ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia, tanta uis, tanta Senatus auctoritas, quæ iucunda tandem Prætoris comitas in Asia potest esse? in qua tanta multitudo ciuium, tanta sociorum, tot urbes, tot ciuitates unius hominis nutum intuentur? ubi nullum auxilium est, nulla conuestio, nullus Senatus, nulla concio? Quare, cum per magni hominis est, & cum ipsa natura moderati, tum uero etiam doctrina, atque optimarum artium studijs eruditi, sic se adhibere in tanta potestate, ut nulla alia potestas ab ijs, quibus præsit desyderetur. Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur, quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in his officium diligentis, & moderati imperij. Eaq; si sic coluit ille, qui priuatus futurus nunquam fuit, quonam modo retinenda sunt ijs, quibus imperium ita datum est, ut redderent, et ab his legibus datum est, ad quas reuertendum est? Ac mihi quidē uidetur huc omnia esse referenda ab ijs, qui præ-

## EPIST. AD Q. FR.

sunt alijs, ut ij, qui eorum in imperio erunt, sint quam  
 beatissimi, quod tibi esse & antiquissimum, & ab ini-  
 tio fuisse, ut primum Asiam attigisti, constante fama,  
 atq; omnium sermone celebratum est. Est autem non mo-  
 do eius, qui socijs, & civibus, sed etiam eius, qui servis,  
 qui mutis pecudibus praesit, eorum, quibus praesit com-  
 modis, utilitatiq; seruire, cuius quidem generis consta-  
 re inter omnes uideo, abs te summam adhiberi diligen-  
 tiam. nullum aes alienum nouum contrahi ciuitatibus.  
 uetere autem magno, et graui multas abs te esse libera-  
 tas urbes. coplures dirutas, ac penè desertas, in quibus  
 unam Ioniae nobilissimam, alteram Cariae, Samum,  
 & Alicarnasum per te esse recreatas. nullas esse in op-  
 pidis seditiones. nullas discordias. prouideri abs te, ut ci-  
 uitates optimatum consilijs administrarentur. Sublata My-  
 siae latrocinia. caedes multis locis repressas. pacem tota  
 Prouincia constitutam, neq; solum illa itinerum, atque  
 agrorum, sed multo etiam plura, & maiora oppidorum  
 & facta, & latrocinia esse depulsa. Remotam à fama  
 & à fortunis, ab ocio locupletum, illam acerbissimam  
 ministram Praetorum auaritiæ calumniæ. Sumptus,  
 & tributa ciuitatum ab omnibus, qui earum ciuitatum  
 finibus incolant, tolerari æquabiliter. facillimos esse adi-  
 tus ad te. patere aures tuas querelis omnium. nullius  
 inopiam, ac solitudinem non modo ullo populari ac-  
 cessu, ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubi-  
 culo esse exclusam. tuo toto deniq; in Imperio nihil acer-  
 bum esse, nihil crudele, atq; omnia plena clementiæ, mæ  
 suetudinis, humanitatis. Quatum uero illud est benefi-  
 cium tuum, quod iniquo, et graui uectigali ædilitiorum,

magnis nostris simultatibus Asiam liberaſti? Enimue-  
 ro, ſi unus homo nobilis queritur palàm te, quod edixe-  
 ris, ne ad ludos pecuniæ decernerentur, HS CC ſibi  
 eripuiſſe, quanta tandem pecunia pēderetur ſi omnium  
 nomine qui cunq; Romæ ludos facerent, quod erat iam  
 inſtitutum, erogaretur? quanquam has querelas homi-  
 num noſtrorum illo conſilio oppreſſimus, quod in Aſia  
 neſcio quonam modo, Romæ quidem non mediocri cū  
 admiratione laudatur. Quod cum ad templum, mo-  
 nimentumq; noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent,  
 cumq; id & pro magnis meis meritis, & pro tuis ma-  
 ximis beneficijs, ſumma ſua uoluntate feceſſent, nomi-  
 natimq; lex exciperet, ut ad templū, monimentumq;  
 atpere liceret. cumq; id, quod dabatur, non eſſet interi-  
 turum, ſed in ornamentis templi futurum, ut non mi-  
 hi potius, quàm R. populo, ac Dijs immortalibus da-  
 tum uideretur, tamen id, in quo erat dignitas, erat lex,  
 erat eorum, qui faciebant, uoluntas, accipiendum non  
 putauit tum alijs de cauſis, tum etiam, ut animo æquio-  
 re ferrent ij, quibus nec deberetur, nec liceret. Quapro-  
 pter incumbe toto animo, & ſtudio omni, in eam ratio-  
 nem, qua adhuc uſus es, ut eos, quos tuæ fidei, poteſta-  
 tiq; S. P. Q. R. commiſit, & credidit, diligas, & omni  
 ratione tueare, ut eſſe quam beatiſſimos uelis. Quod  
 ſi te ſors A phryis, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeceſſet,  
 immanibus, ac barbaris nationibus, tamen eſſet huma-  
 nitatis tuæ, conſulere eorum commodis, & utilitati, ſa-  
 lutiq; ſeruire. Cū uero ei generi hominum præſimus,  
 non modo in quo ipſa ſit, ſed etiam à quo ad alios per-  
 ueniſſe putetur humanitas, certe is etiam eam potiffimū

A phryi  
 Hiſpani  
 Galli.

## EPISTOL. AD Q. FR.

tribuere debemus, à quibus accepimus. Non enim me  
 hoc iam dicere pudebit, praesertim in ea uita, atq; ijs  
 rebus gestis, in quibus non potest residere inertia, aut  
 leuitatis ulla suspitio, nos ea, quae consecuti sumus his  
 studijs, & artibus esse adeptos, quae sint nobis Graeciae  
 monumentis, disciplinisq; traditae. Quare praeter com-  
 munem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos isti  
 hominum generi praecipue debere uidemur, ut quorum  
 praecipis simus eruditi, apud eos ipsos, quod ab ijs di-  
 dicerimus, uelinus ex promere. Atq; ille quidem prin-  
 ceptus ingenij, & doctrinae Plato tum deniq; fore beatas  
resp. putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas  
regere coepissent, aut qui regerent, omne suum studiũ  
in doctrina, ac sapientia collocassent. Hanc coniun-  
 ctionem uidelicet potestatis, & sapientiae, saluti cen-  
 suit ciuitatibus esse posse, quod fortasse aliquando uni-  
 uersae reip. nostrae. nunc quidem profecto isti Pro-  
 uinciae contingit, ut is in ea summam potestatem ha-  
 beret, cui in doctrina, cui in uirtute, atq; humanitate  
 percipienda, plurimum à pueritia studij fuisset, &  
 temporis. Quare cura, ut hic annus, qui ad labo-  
 rem tuum accessit, idem ad salutem Asiae prorogatus  
 esse uideatur. quoniam in te retinendo fuit Asia feli-  
 cior, quam nos in deducendo, perfice, ut laetitia Prouin-  
 ciae desiderium nostrum leniatur. Etenim, si in pro-  
 merendo, ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud  
 scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus, multo  
 maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligen-  
 tiam debes. Et quidem de isto genere honorum quid  
 sentirem, scripsi ad te ante. semper eos putau si uulga

res essent, uileis, si temporis causa cōstituerētur, leuēs, si uero (id, quod ita factum est) meritis tuis tribuerentur, existimabam multam tibi in his honoribus tuendis operā esse ponendam. Quare, quoniam in istis urbibus, cum summo imperio, & potestate uersaris, in quibus tuas uirtutes consecratas, & in deorum numero collocatas uides, in omnibus rebus, quas statues, quas decernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tantis de te iudicijs, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id autem erit eiusmodi, ut consulas omnibus, ut medeare incommodis hominum, provideas salutē, ut te parentem Asiae & dici, & haberi uelis. Atque huic tuę uolūtati, ac diligentię, difficultatem magnam afferunt publicani, quibus si aduersamur, ordinem de nobis optime meritum, & per nos cum rep. coniunctum, & a nobis, & a rep. disiungemus. Sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos perire patiemur, quorum non modo salutē, sed etiam commodis consulere debemus. Hęc est una (si uere cogitare uolumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam esse abstinētem continere omnes cupiditates suos coercere. et iuris æquabilem tenere rationem. facilem te in rebus cognoscendis. in hominibus audiendis, admittendisq; præbere, præclarum magis est, quàm difficile. non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi, atque uoluntate. Illa causa publicanorum quantam acerbitatem afferat socijs, intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portorijs Italiae tollendis, nõ tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Quare non ignoro qd socijs ac-

## EPISTOL. AD Q. FR.

ad dat in ultimis terris, cum audiuerim in Italia quere  
 las ciuium. Hic te ita uersari, ut & publicanis satisfacias,  
 præsertim publicis male redemptis, ac socios perire  
 non sinas, diuinæ cuiusdam uirtutis esse uidetur, id est  
 tuæ. Ac primum Græcis id quod acerbissimum est, et  
 quod sunt uectigales, non ita acerbum uideri debet,  
 propterea, quod sine Imperio Populi R. suis institutis, per  
 se ipsi ita fuerunt. Nomen autem publicani aspernari  
 non possunt, qui pendere ipsi uectigal sine publicano  
 non potuerunt, quod ijs æqualiter Sylla descriperat.  
 Non esse autem leniores in exigendis uectigalibus Græ  
 cos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quod  
 Caunijs nuper omnes ex insulis, quæ erant ab Sylla  
 Rhodijs attributæ, confugerunt ad Senatum, nobis ut  
 potius uectigal, quàm Rhodijs penderent. Quare no  
 men publicani, neq; ijs debent horrere, qui semper uecti  
 gales fuerunt, neq; ijs aspernari, qui per se pendere ue  
 ctigal non potuerunt, neq; ijs recusare, qui postulaue  
 runt. Simul & illud Asia cogitet, nullam a se neq; bel  
 li externi, neq; discordiarum domesticarum calamita  
 tem ab futuram fuisse, si hoc Imperio non teneretur. Id  
 autem Imperium, cum retineri sine uectigalibus nullo  
 modo possit, æquo animo parte aliqua suorum fructu  
 um pacem sibi sempiternam redimat, atq; ocius. Quod  
 si genus ipsum, & nomen publicani non iniquo animo  
 sustinebunt, poterunt ijs consilio, & prudentia tua re  
 liqua uideri mitiora. Possunt in pactionibus faciendis  
 non legem spectare censoriam, sed potius commodita  
 tem conficiendi negocij, & liberationem molestiæ. Po  
 tes etiam tu id facere, quod & fecisti egregie, et facis, ut  
 commemoras



commemorare quanta sit in publicanis dignitas. quantum  
 nos illi ordini debeamus, ut remoto Imperio, ac ui pote  
 statis, & fascium, publicanos cum Graecis gratia, atq;  
 auctoritate coniungas. Sed & ab ijs, de quibus optime  
 tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, ut fa  
 cilitate sua, nos eam necessitudinem, quae est nobis cum  
 publicanis, obtinere, & conseruare patiantur. Sed quid  
 ego te haec hortor, quae tu non modo facere potes tua spon  
 te sine cuiusquam praecipis, sed etiam magna iam ex  
 parte perfecisti? Non enim desistunt nobis agere quoti  
 die gratias honestissime, & maxime societates, quae qui  
 dem mihi iaculo iucundius est, quod idem faciunt Grae  
 ci. Difficile est autem ea, quae commodis, utilitate, et pro  
 pe natura diuersa sunt, uoluntate coniungere. At ea  
 quidem, quae supra scripta sunt, non ut te instituerem  
 scripsi (neq; enim prudentia tua cuiusquam praecipia  
 desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuae uir  
 tutis, delectauit, quam quam in his literis longior fui, quam  
 aut uellem, aut me putauit fore. Vnum est, quod tibi ego  
 praecipere non desinam, neq; te patiar (quantum in me  
 erit) cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc  
 ueniunt, ita de tua uirtute, integritate, humanitate com  
 memorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam  
 iracundiam. Quod uitium, cum in hac priuata, quoti  
 dianaque uita leuis esse animi, atq; infirmi uideatur, tum  
 uero nihil est tam deforme, quam ad summum Imperi  
 um etiam acerbiter naturae adiungere. Quare illud  
 non suscipiam, ut quae de iracundia dici solent a doctis  
 simis hominibus, ea tibi nunc exponam, cum & nimis  
 longus esse nolim, et ex multorum scriptis ea facile pos

## EPIST. AD Q. FR.

sis cognoscere. Illud, quod est epistolæ proprium, ut is,  
 ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fi-  
 at, prætermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes  
 ferè deferunt, nihil, cum absit iracundia, te fieri posse  
 iucundius. Sed, cum te alicuius improbitas, peruersi-  
 tasq; commouerit, sic te animo incitari, ut ab omnibus  
 tua desyderetur humanitas. Quare, quoniam in eam  
 rationem uitæ nos, non tam cupiditas quædã gloriæ,  
 quàm res ipsa, ac fortuna deduxit, ut sempiternus ser-  
 mo hominum de nobis futurus sit, caue anis quantum  
 efficere, et consequi possumus, ne quod in nobis insigne  
 uitium fuisse dicatur. Neq; ego hoc nunc contendo, quod  
 fortasse cum in omni natura, tum iam in nostra ætate  
 difficile est mutare animum, & siquid est penitus insi-  
 tum moribus, id subito euellere. Sed te illud admoneo,  
 ut, si hoc plene uitare nõ potes, quæ ante occupatur ani-  
 mus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne oc-  
 cuparetur, ut te ante compares, quotidieq; meditare re-  
 sistendum esse iracundiæ, cumq; ea maxime animum  
 moueat, tum tibi esse diligentissime linguam continen-  
 dam, quæ quidem mihi uirtus non interdum minor ui-  
 detur, quàm omnino non irasci. Nam illud non solum  
 est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Mo-  
 derari uero & animo, & orationi, cum sis iratus, aut  
 etiam tacere, & tenere in sua potestate motum animi,  
 & dolorem, & si non est perfectæ sapientiæ, tamen est  
 non mediocris ingenij. Atq; in hoc genere multo te esse  
 iam commodiorẽ, mitioremq; nuntiant. Nullæ tuæ ue-  
 hementiores animi concitationes, nulla maledicta ad  
 nos, nullæ contumeliæ perferuntur, quæ cum abhorret  
 à literis,

à literis, ab humanitate, tum uero contraria sunt Imperio, & dignitati. Nam, si implacabiles sunt iracundia, summa est acerbitas, sin autem exorabiles summa leuitas, quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda est. Sed quoniam primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo propterea, quæ tibi hominum iniuriæ, quod auaritiæ, quod insolentia præter opinionem acidebat, & intolerabilis uidebatur. Secundus autem multo lenior, quod & consuetudo, & ratio, & (ut ego arbitror) meæ quoq; literæ te patientiorem, lenioremq; fecerunt. Tertius annus ita esse debet emendatus, ut ne minimam quidem rem quisquæ possit ullam reprehendere. Ac iam hoc loco non hortatione, neq; præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, totum ut animum, curam, cogitationemq; tuam ponas in omnium laude undiq; colligenda. Quod si in medio cri statu sermonis, ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, nihil præter aliorum consuetudinē postularetur. Nunc uero propter earum rerum, in quibus uersati sumus, splendorem, & magnitudinem, nisi summam laudem ex ista Prouincia assequimur, uix uideamur summam uituperationem posse uitare. Ea nostra ratio est, ut omnes boni tum faueant, tum etiam à nobis omnem diligentiam, uirtutemq; & postulent, et expectent, omnes autem improbi, quod cum ijs bellum suscepimus sempiternum, uel minima re ad reprehendum contenti esse uideantur. Quare quoniam eius modi theatrum est totius Asiæ celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, ut usq; Romam signi-

## EPIST. AD Q. FR.

ficationes, uocesq; referantur, contende quæso, atq; elabora, non modo, ut his rebus dignum fuisse, sed etiam, ut illa omnia tuis artibus superasse uideare. Et quoniam mihi casus urbanam in magistratibus administrationem reip. tibi prouincialem dedit, & si mea pars nemini cedit, fac, ut tua cæteros uincat. Simul & illud cogita, nos non de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. Quæ quidem non tam expetenda fuit, quàm tuenda nobis est. At si mihi qcquã esset abs te separatam, nihil amplius desyderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. Nunc uero res sic sese habet, ut, nisi oia tua facta, atq; dicta nostris rebus istinc respondeant, ego me meis tantis laboribus, tantisq; periculis, quorum tu omnium particeps fuisti, nihil consecutum putem. Quod si, ut amplissimum nomen consequeremur, unus, præter cæteros, adiuuisti, certe idem, ut id retineamus, præter cæteros, elaborabis. Non est tibi his solis utendum æstimationibus, ac iudicijs, qui nunc sunt hominum, sed his etiam, qui futuri sunt, quãquam illorum erit uerius iudicium obtrectatione, & maleuolentia liberatum. Deniq; illud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam quærere, quod si esset, tamen non negligeres, præsertim, cum amplissimis monumentis consecrare uoluisses memoriam nominis tui. Sed ea tibi est communicanda mecum, prodẽda liberis nostris. in qua cauendum est, ne, si negligentior fueris, non solum tibi parum consuluisse, sed tuis etiam inuidisse uidearis. Atq; hæc non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, sed potius, ut currentem incitasse uideatur. Facies enim perpetuo, quæ fecisti, ut omnes æquitatem tuam,

tem tuam, temperantiam, seueritatem, integritatemq; laudent. Sed me quædam tenet, propter singularem amorem, infinita in te auuiditas gloriæ, quanquam illud existimo, cum iam tibi Asia, sicut unicuiq; sua domus, nota esse debeat, cum ad tuam summam prudentiam tantus usus accesserit, nihil esse, quod ad laudem attineat, quod non tu optime perspicias, & tibi non sine cuiusquam hortatione in mentem ueniat quotidie. Sed ego, qui, cum tua lego, te audire, & qui, cum ad te scribo tecum loqui uideor, ideo et tua longissima quaq; epistola maxime delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Illud te ad extremum & oro, & hortor, ut tanquam poetæ boni, & actores industrij solent, sic tu in extrema parte, & conclusione muneris, ac negocij tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperij tui tanquam tertius actus perspectissimus, atque ornatus fuisse uideatur. Id facillime facies, si me, cui semper unum magis, quam uniuersis placere uoluisti, tecum semper esse putabis, & omnibus his rebus, quas dices, ac facies, interesse. Reliquum est, ut te orem, ut ualitudini tuæ, si me, et omnes tuos ualere uis, diligentissime seruias.

M. T. C I C E R O Qu. Ciceroni Fratri. S.

Tatius ad me uenit ad VIII Calendarum  
 s Nouembr, eius aduētus, quod ita scripsisti direptum esse à tuis, dum is abesset, molestus mihi fuit. Quod autem expectationē tui, concursumq; cum, qui erat futurus, si unum tecum decederet, neq; ante usus esset, sustulit, id mihi non incōmode uisum est

## EPIST. AD Q. FR.

accidisse. Exhaustus enim est sermo hominū, & multæ  
 emissa iam eiusmodi voces ἀλλὰ αἰὲ τινὰ φῶτα μέγαν,  
 quæ te absente confecta esse lator. Quod autem idcirco  
 à te missus est mihi, ut se purgaret, id necesse minime  
 fuit. Primum enim nunquam ille mihi fuit suspectus,  
 neq; ego, quæ ad te de illo scripsi, scripsi meo iudicio. sed  
 cum ratio, salusq; omnium nostrum, qui ad remp. acce-  
 dimus, non ueritate solum, sed etiam fama niteretur,  
 sermones ad te aliorum semper, nō mea iudicia perscri-  
 psi. Qui quidem quàm frequētes essent, & quàm gra-  
 ues, aduentu suo Statius ipse cognouit. Etenim interue-  
 nit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso  
 habebantur, & sentire potuit sermones iniquorum in  
 suum potissimum nomen erūpire. quod autem me ma-  
 xime mouere solebat, cum audiebam illum plus apud  
 te posse, q̄ grauitas illius ætatis, & imperij prudentia  
 postular. t (quam multos enim mecum egressi putas, ut se  
 Statio commendarē? quam multa autem ipsum ἀσφα-  
 λῶς mecum in sermone ita potuisse?) id mihi non pla-  
 cuit, monui, suasi, deterrui. quibus in rebus etiam si fi-  
 delitas summa est, quod prorsus credo, quoniam tu ita  
 iudicās, tamē species ipsa tam gratiosi liberti, aut serui,  
 dignitatem habere nullam potest. Atque hoc sic habe-  
 to (nihil enim nec temere dicere, nec astute reticere de-  
 beo) materiam omnem sermonum eorum, qui de te de-  
 trahere uelint, Statium dedisse. & antea tantum intel-  
 ligi potuisse, iratos tuæ seueritati esse nonnullos. hoc ma-  
 numisso, iratis quod loquerentur, non defuisse. Nunc  
 respondebo ad eas epistolas, quas mihi reddidit L. Cæ-  
 sius, cui, quoniam ita te uelle intelligo, nullo loco deero-

quarum

quarum altera est de Blandenio Zeuxide, quem scri-  
 bis certissimum matricidam tibi à me intime commen-  
 dari. Qua de re, & de hoc genere toto, ne forte me in  
 Græcos tam ambitiosum factum esse mirere, pauca co-  
 gnosca. Ego cum Græcorum querelas nimium ualere  
 sentirem, propter hominum ingenia ad fallendum pa-  
 rata, quoscunq; de te queri audivi, quacunq; potui ratioe  
 placui. Primū Dionysipolitas, qui erant inimicissimi  
 mei, leniui, quorū principū Hermippū uō solū sermōe  
 meo, sed etiā familiaritate deuinxi. Ego Apamensem  
 Ephesiū, ego leuissimū hominē Megaristū Antandriū,  
 ego Niciam Smyrnæū, ego nugis maximas omni mea  
 comitate sum complexus, Nymphontem etiā Colopho-  
 nium, quæ feci omnia, non quome aut ij homines, aut  
 tota natio delectaret (pertsūm est eum leuitatis, assen-  
 tationis, animorum, non officijs, sed temporibus seruiē-  
 tum) sed, ut ad Zeuxim reuertar, cum is de Caselli  
 sermone secum habito, quæ tu scribis, ea ipse loquere-  
 tur, obstiti eius sermoni, & hominem in familiaritatē  
 recepi. Tua autem quæ fuerit cupiditas tanta, nescio.  
 Quod scribis cupiisse te, quoniā Smyrnæ duos Mysios  
 insuisses in culeum, simile in superiore parte Prouin-  
 ciæ edere exemplum seueritatis tuæ, & idcirco Zeu-  
 xim elicere omni ratione uoluisse, quem adductum  
 in iudicium fortasse dimitti non oportuerit. conquiri  
 uero, & elici blandicijs ( ut tu scribis ) ad iudicium  
 necesse non fuit, eum præsertim hominem, quem ego  
 & ex suis ciuibus, & ex multis alijs quotidie ma-  
 gis cognosco nobiliorem esse propè, quàm ciuitatem  
 suā. At enim Græcis solis indulgeo. Quid L. Cæciliū

## EPIST. AD Q. FR.

non ne omni ratione placui? quem hominem? qua ira? quo spiritu? quem deniq; præter *Thuscenium*, cuius causa sanari non potest, non mitigui? Ecce supra caput homo leuis, ac sordidus, sed tamen equestri incessu *Catiemus* etiam is lenietur, cuius tu in patre quod fuisti asperior, non reprehendo. Certe enim scio te fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipsum misisti? illum crucem sibi ipsi constituere, ex qua tu eum ante detraxisses, te curaturum fumo ut combureretur, tota plaudente Prouincia. Quid uero ad *C. Fabium* nescio quem? nam eam quoq; epistolam *T. Catiemus* circungestat, renūtiare tibi *Licianium Plagiarium*, cum suo pullo *Miluiuo* tributa exigere. Deinde rogas *Fabium*, ut & patrem, & filium uiuos comburat, si possit. Sin minus ad te mittat uti iudicio comburantur. Hæ literæ abs te per iocum missæ ad *C. Fabium*, si modo sunt tuæ, cum leguntur, inuidiosam atrocitatem uerborum habent. At, si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges nihil esse à me, nisi orationis acerbicatem, et iracundiam, & si forte raro literarum missarum indigentiam reprehensam. Quibus quidem in rebus, si apud te plus auctoritas mea, quàm tua, siue natura paulo acrior, siue quædam dulcedo iracundiæ, siue dicendi sal, facetiæq; ualuisse, nihil sanè esset, quod non poeniteret. En mediocri me dolore putas affici, cum audiam, qua sit existimatione *Virgilius*, qua tuus uicinus *Cn. Octauius*? Nam si te interioribus uicinis tuis, *Cilicensi*, & *Syriaco* anteponis, ualde magnum facis. Atque is dolor est, quod, cum ij, quos nominavi, te innocentia non uincant, uincunt tamen artificio beneuolentiæ



uolentiæ colligendæ, qui neque *Cyrum Xenophontis*, neque *Agessilaum nouerint*, quorū Regum summo imperio nemo unquam uerbum ullum asperius audiuit. Sed hæc à principio tibi præcipiens, quantum profecerim, non ignoro. Nunc tamen decedens ( id, quod mihi iam facer: uideris ) relinque quæso quam iucundissimam memoriam tui. Successorem habes perblandum, cætera ualde illius aduentu tua requirentur. In literis mittendis ( ut sæpe ad te scripsi ) nimum te inexorabilem præbuisi. Tolle omnes, si potes iniquas, tolle inusitatatas, tolle contrarias. Statuis mihi narrauit scriptas ad te solere afferri, ab se legi, & si iniquæ sint, fieri te certiorẽ. Ante, quàm uero ipse ad te uenisset, nullum delictum literarum fuisse, ex eo esse uolumina selectarum epistolarum, quæ reprehendi solerent. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo, serd est enim, ac scire potes, multa me uarie, diligenterq; monuisse. Illud tamen quod *Theopompo* mandauit, cum essem admonitus ab ipso, uide per homines amantes tui, quod est facile, ut hæc genera tollantur epistolarum, primum iniquarum, deinde contrariarum, tum absurde, & inusitate scriptarum, postremo in aliquem contumeliosarum. Atque ego hæc tam esse, quàm audio, non puto, & si sunt occupationibus tuis minus animaduersa, nunc perspice, & purga. Legi epistolam, quam ipse scripsisse *Sylla Nomenclator* dictus est, non probandam. Legi nonnullas iracundas. Sed tempore ipso furor dabat. hæc de epistolis. Nam, cum hanc paginam tenerem. *L. Flavius Prætor* Des. ad me uenit, homo mihi ualde familiaris. Is mihi inquit te ad procuratores suos literas

## EPIST. AD Q. FR.

misisse, quæ mihi uisæ sunt iniquissimæ, nequid de bo-  
 nis, quæ L. Octauij Nasonis fuissent, cui L. Flavius  
 hæres est, diminuerent ante, quam C. Fundanio pecu-  
 niam soluissent. Itemq; misisse ad Apollonienses, ne de  
 bonis, quæ Octauij fuissent, diminu paterentur, pri-  
 usquam Fundanio debitum solutum esset. Hæc mihi ue-  
 risimilia non uidentur. Sunt enim à prudentia tua re-  
 motissima, ne diminu at hæres, quod si inficiatur.  
 Quid, si omnino non debetur? Quid? Prætor solet iudî-  
 care deberi? Quid ego Fundanio non cupio? non ami-  
 cus sum? non misericordia moueor? nemo magis, sed uia  
 iuris eiusmodi est quibusdam in rebus, ut nihil sit lo-  
 ci gratiæ. Atque ita mihi dicebat Flavius, scriptum in  
 ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis  
 tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda-  
 laturum. Quid multa? ferebat grauius. id uehementer  
 mecum querebatur, orabatq; ut ad te quam diligentis-  
 sime scriberem, quod facio, & te prorsus uehementer  
 etiam, atque etiam rogo, ut & procuratoribus Flauij  
 remittas de diminuendo, & de Apolloniensibus nequid  
 perscribas, quod contra Flauium sit amplius, & Fla-  
 uij causa, & scilicet Pompeij facies omnia. Nolo mediis  
 fidiis ex tua iniuria in illum tibi liberalem me uideri.  
 Sed & te oro, ut tu ipse auctoritatem, & monumentũ  
 aliquod decreti, aut literarum tuarum relinquant, quod  
 sit ad Flauij rem, & ad causam accommodatum. Fert  
 enim grauius homo, & mei obseruantissimus, & sui  
 iuris, dignitatisq; retinens, se apud te neque amicitia,  
 neq; iure ualuisse, & ut opinor, Flauij aliquando rem  
 & Pompeius, & Cæsar tibi commendarunt, & ipse

ad te scripserat Flavius, et ego certe. Quare, si ulla res est, quam tibi me faciendam petente putes, hæc ea sit. Si me amas, cura, elabora, perfice, ut Flavius et tibi, et mihi quammaximas gratias agit. hoc te ita rogo, ut maiore studio te rogare non possim. Quod ad me de Hermia scribis, mihi mehercule ualde etiam molestum fuit. Literas ad te parum fraterne conscripseram, quas oratione Diodori Luculli liberti commotus, de pactione statim quod audieram, iracundus scripseram, et reuocare cupiebam. huic tu epistolæ non fraterne scriptæ, fraterne debes ignoscere. De Censorino, Antonio, Cassio, Scaeuola, te ab ijs diligi (ut scribis) uehementer gaudeo. cætera fuerunt in eadem epistola grauiora, quæ uellem ὁρθὴν τὴν τοῦν ἄραξ θαυεῖν. maiora ista erunt. Meæ obiurgationes fuerunt amoris plenissimæ, quæ sunt nonnullæ, sed tamen mediocres, et paruæ potius. Ego te nunquam ulla in re dignum minima reprehensione putassem, cum te sanctissime gereres, nisi inimicos multos haberemus. Quæ ad te aliqua admonitioe, aut obiurgatione scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meæ, in qua et maneo, et manebo, et idem ut faciatis, non desistam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit, ut se ne impedires, quo minus quod ad Qu. Publiceni statuam decretum est, erogaretur. quod ego te rogo, et admoneo, ne talis uiri, tamq; nostri necessarij, honorẽ munus per te, aut impediri uelis. Præterea Aesopi tragœdi nostri familiaris, Licinius seruus tibi notus au fugit. is Athenis apud Patronẽ Epicureũ pro libero fuit. inde in Asiam uenit, postea Plato quidã Sardiarius Epicureus, qui Athenis solet esse multũ, et qui tũ Athe

## EPIST. AD Q. FR.

nis fuerat, cum Licinius eò uenisset, & cum eum fugitiuum postea esse ex Aesopi literis cognosceret, hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit, sed in publicum, uel in pistrinum, non satis ex literis eius intelligere potuimus. Tu quoque modo, quoniam Ephesi est, hominem inuestiges uelim, summaq; diligentia uel tecum deducas. Noli spectare quanti homo sit, parui enim pretij est, qui iam nihil sit, sed tanto dolore Aesopus est affectus propter serui scelus, & audaciam, ut nihil ei gratius facere possis, quàm si illum per te recuperarit. Nunc ea cognosce, quæ maxime exoptas, reprofunditus amissimus, adeo, ut Cato adolescens nullius consilij, sed tamen ciuis romanus, & Cato uix uiuus effugeret. Quod cum Gabinum de ambitu uellet postulare, neq; Praetores diebus aliquot adiri possent, uel potestatem sui facerent, in concionem ascendit, & Pompeiũ priuatus dictatorem appellauit. propius nihil est factũ, quàm ut occideretur. Ex hoc, qui sit status totius reip. uideri potes. Nostræ tamen causæ non uidentur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur, & quidẽ cum spe sum maxima, tum maiore etiam animo. Spero superiores fore nos, confido animo ut in hac rep. ne casum quidem ullum pertimescat, sed tamen res sic se habet. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. Sin autem ui agere conabitur, spero fore studijs nõ solum amicorum, sed etiam alienorum, ut ui resistamus. Omnes & se, et suos amicos, clientes, liberos, libertos, seruos, pecunias deniq; suas pollicentur. Nostra anti qua manus bonorum ardet, et studio nostri, atq; amo-

re. Si qui antea aut alieniores fuerant, et languidiores, nunc horum odio, se cum bonis coniungunt. Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar, quibus ego ita credo, ut nihil de mea comparatione diminuam. Tr. Pl. Dess. sunt nobis amica. Coss. se optime ostendunt. Prætores habemus amicissimos, & acerrimos ciues Domitium, Nigrum, Memmum, Lentulum, bonos etiã alios, sed hos singularis. Quare magnum fac animum habeas, & spem bonam. De singulis tamen rebus, quæ quotidie gerantur, faciam te crebro certiolem. Vale.

## M. T. C. QVINTO FRATRI S.

I frater, mi frater, mi frater tu'ne id ueritus  
 m es? ne ego iracundia aliqua adductus pue-  
 ros ad te sine literis miserim? aut etiam, ne te  
 uidere noluerim? Ego tibi irascerer? tibi ego possem ira  
 sci? scilicet tu me affluxisti, tui me inimici, tua me inui-  
 dia, ac non ego te misere perdidit. Meus ille laudatus cõ-  
 sulatus, mihi te, liberos, patriam, fortunas tibi uelim ne  
 quid eripuerit, præter unum me. Sed certe a te mihi o-  
 mnia semper honesta, & iucunda ceciderunt. A me ti-  
 bi luctus meæ calamitatis, metus tuæ, desyderium, mœ-  
 ror, solitudo. Ego te uidere noluerim? immo uero me a  
 te uideri nolui. Non enim uidisses fratrem tuum, non  
 eum, quem reliqueras, non eum, quem noras, nõ eum,  
 quem flens flentem, prosequentem proficiens dimise-  
 ras, ne uestigium quidem eius nec simulachrum, sed quã-  
 dam effigiem spirantis mortui, atq; utinam me mortu-  
 um prius uidisses, aut audisses. Utinam te nõ solum ui-  
 tæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissim.

## EPIST. AD Q. FR.

Sed testor omnes deos me hac una uoce à morte esse reuocatum, quod omnes in mea uita partem aliquam tuæ uitæ repositam esse dicebant. Quare peccavi, scelera-  
 teq; feci, nam si cecidisset, mors ipsa me à pietatem, amo-  
 remq; in te facile defenderet. Nunc commisi, ut uiuo me  
 atteres, uiuo me alijs idigeres. Mea uox in domesticis pe-  
 ricultis potissimū occideret, quæ sæpe alienissimis præ-  
 sidio fuisset. Nā, quod ad te pueri sine literis uenerūt,  
 quoniam uides non fuisse iracundiæ causa, certe pigri-  
 tia fuit, & quædam infinita uis lacrymarum, & do-  
 lorū. Hæc ipsa me quo fletu putas scripsisse? eodē quo  
 te legere certo scio. An ego possum aut non cogitare ali-  
 quando de te, aut unquā sine lacrymis cogitare? Cum  
 enim te desydero, fratrem, solum desydero. Ego uero  
 suauitate propè fratrem propè æqualem obsequio fi-  
 lium, consilio parentem. Quid mihi sine te unquā, aut  
 tibi sine me iucundum fuit? Quid, quod eodem tempo-  
 re desydero filiam? quæ pietate, qua modesta, quo in-  
 genio, effigiem moris, sermonis, animi mei? Quid filiū  
 uenustissimum, mihiq; dulcissimum, quem ego ferus, ac  
 ferreus e' complexu dimisi meo sapientiozem puerum,  
 quàm uellem? sentiebat enim miser iam quid ageretur.  
 Quid uero tuum filium? Quid imaginem meam, quæ  
 meus Cicero & amabat ut fratrem, & iam, ut maio-  
 rem fratrem, uerebatur? Quid, quod mulièrem miser-  
 rimam fidelissimam coniugem me prosequi non sum  
 passus, ut esset, quæ reliquias cōmunis calamitatis com-  
 muneis liberos tueretur? sed tamen quoquo modo potui,  
 scripsi, & dedi literas ad te Philogono liberto tuo, quas  
 credo tibi postea redditas esse, in quibus idem te hortor,

Et rogo, quod pueri tibi uerbis meis nuntiarunt, ut Romam  
 protinus pergas, et properes. Primum enim te praesidio  
 esse uolui, si qui essent inimici, quorum crudelitas non diu  
 esset nostra calamitate satiata, deinde congressus nostri  
 lamentationem pertimui, digressum uero non tulissem. atque  
 etiam id ipsum, quod tu scribis, metuebam, ne a me distrahi  
 non posses. His de causis hoc maximum malum, quod te non  
 uidi, quo nihil amantissimus, et coniunctissimis fratri-  
 bus acerbius, ac miserius uideatur accidere potuisse, mi-  
 nus acerbum, minus miserum fuit, quam fuisset tum congressio,  
 tum uero digressio nostra. Nunc, si potes, id quod ego, qui  
 fortis tibi semper uidebar, non possum, erige te, et con-  
 firma, si qua subeunda dimicatio erit. Spero, si quid mea  
 spes habet auctoritatis, tibi et integritatem tuam, et  
 amorem in te ciuitatis, et aliquid etiam misericordiam no-  
 stri praesidii laturam. Sin eris ab isto periculo uacuus,  
 ages scilicet, si quid agi posse de nobis putabis, de quo  
 scribunt ad me quidem multi multa, et se sperare de-  
 monstrant. sed ego quid sperem non dispicio, cum inimi-  
 ci plurimum ualeant. amici partim deseruerint me, par-  
 tim etiam prodiderint, qui in meo reditu fortassis repre-  
 hensionem sui sceleris pertimescant. Sed ista, qualia sint,  
 tu uelim perspicias, mihique declares. ego tamen quam diu  
 tibi opus erit, si quid periculi subeundum uidebis, uiuam.  
 Diutius in hac uita esse non possum. neque enim tantum  
 uirium habet ulla aut prudentia, aut doctrina, ut tan-  
 tum dolorem possit sustinere. Scio fuisse et honestius mo-  
 riendi tempus, et utilius, sed non hoc solum, multa alia  
 praetermisi, quae si queri uelim praeterita, nihil agam,  
 nisi, ut augeam dolorem tuum, indicem stultitiam

## EPIST. AD Q. FR.

meam. Illud quidem nec faciendum est, nec fieri potest, me diutius, quàm aut tuum tempus, aut firma spes postulat, in tam misera, tamq; turpi uita commorari, ut q modo fratre fuerim, liberis, coniuge, copijs, genere ipso pecuniæ beatissimus, dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior, quàm qui unquã fuerunt amplissimi, is nunc in tam afflictâ, perditaq; fortuna, neq; me neq; meos lugere diutius possim. Quare qđ ad me scripsisti de permutatione, quasi uero nunc me non tuæ facultates sustineant. Quia in re ipsa uideo miser, et sentio, quid sceleris admisserim, cum de uisceribus tuis, & filij tui satisfactorius sis quibus debes. Ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine frustra dissiparim? Sed tamen & M. Antonio quantum tu scripseras, Cepioni tantundē solutum est, mihi ad id, quod cogito, hoc, quod habeo satis est. siue enim restituumur, siue desperamur, nihil amplius opus est. Tu, si forte quid erit modestiæ te ad Crassum, & ad Callidium conferas censeo, quantum Hortensio credendum sit, nescio, me summa simulatione amoris, summaq; assiduitate quotidiana sceleratissime, insidiosissimeq; tractauit, adiuncto quoq; Arrio, quorum ego consilijs, promissis, præceptis destitutus in hanc calamitatem incidi. Sed hæc occultabis, neq; ob sint. Illud aueto, & eo puto per Pomponium fouendū tibi esse ipsum Hortensium, ne ille uersus, qui in te erat collatus, cum ædilitatem petebas, de lege aurelia falso testimonio confirmetur. nihil enim tam timeo, quàm ne, cum intelligent homines quantum misericordiæ nobis tuæ preces, & tua salus allatura sit, oppugnent te uehementius. Messalã tui studiosum esse arbitror, Põpeium etiam simulatorem



etiam simulatorem puto, sed hæc utinam non experia-  
 re, quod precarer deos, nisi meas preces audire desissent.  
 ueruntamen precor, ut his infinitis nostris malis con-  
 tenti sint, in quibus non modo tamen nullius inest pec-  
 cati infamia, sed omnis dolor est, quod optime factis pœ-  
 na est maxima constituta. Filiam meam, & tuam, Cice-  
 ronemque nostrum quid ego mi frater tibi commendem?  
 quin illud mæreo, quod tibi non minorem dolorem il-  
 lorum orbitas affert, quam mihi. sed te incolum, orbi  
 non erunt. Reliqua, ita mihi salus aliqua detur, pote-  
 stasque in patria moriendi, ut me lacrymæ non sinunt  
 scribere. Etiam Terentiam uelim tueare, mihique de omni-  
 bus rebus rescribas. Sis fortis quoad rei natura patie-  
 tur. Id. Iulij Thessalonice.

M. T. Cicero Q. Ciceroni Fratri. S.

Mabo te mi frater, ne, si uno meo fato & tu, et  
 a omnes mei corruistis, improbitati, & sceleri  
 meo potius, quam imprudentiæ, misericor-  
 diæque assignes. nullum est meum peccatum, nisi quod  
 ijs credidi, a quibus nefas putarâ esse me decipi, aut eti-  
 am quibus ne id expedire quidem arbitrabar. Inti-  
 mus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi perti-  
 nuit, aut mihi inuidit. ita mihi nihil misero, præter fi-  
 dem amicorum, cautum meum consilium fuit, quod si  
 te satis innocentia tua, & misericordia hominum uin-  
 dicat hoc tempore a molestia, perspicis profecto et quæ  
 nam nobis salutis spes relinquatur. Nam me Pomponi-  
 us, & Sextius, & Piso noster adhuc Thessalonice re-  
 tinuerunt, cum longius discedere, propter nescio quos

## EPIST. AD Q. FR.

motus, uetarent, uerum ego magis exitum illorum lite-  
 ris, quàm spe certa expectabam. Nam quid sperem po-  
 tentissimo inimico, dominatione obrectatorum, infide-  
 libus amicis, pluribus inuidis? Denocius autem Tr. Pl.  
 est ille quidem in me officiosissimus, Sextius, & (spero)  
 Curtius, Milo, Fadius, Gratidius, sed ualde aduersan-  
 te Clodio, qui etiam priuatus eadem manu poterit con-  
 ciones conuolare, deinde etiã intercessor parabitur. Hæc  
 mihi proficiscenti non proponebantur, sed sæpe triduo  
 summa cum gloria dicebar esse rediturus. Quid tu igitur  
 inquires? Quid? multa conuenerunt, quæ mentem  
 exturbarēt meã, subita defectio Põpeiũ, alienatio Coss.  
 etiam Prætorum timor, publicanorũ arma, lacrymæ  
 meorum, me ad mortem ire prohibuerunt. Quod certe  
 & ad honestatem, & ad effugiendos intolerabiles do-  
 lores fuit aptissimum. Sed de hoc scripsi ad te in ea epĩ-  
 stola, quam Phaethonti dedi. Nunc tu, quoniã in tantũ  
 luctum, laborem detrusus es, quantum nemo un-  
 quam, si releuare potes communem casum misericordie  
 hominum, scilicet incredibile quiddam assequeris. Sim-  
 plane occidimus (me miserum) ego omnibus meis exi-  
 tio fuero, quibus ante dedecori non eram. Sed tu, ut an-  
 te ad te scripsi, perspice rem, & pertenta, & ad me, ut  
 tempora nostra, non ut amor tuus fert, uere perscribe.  
 Ego uitam, quoad putabo tua interesse, aut ad spem ser-  
 uandam esse, retinebo. Tu nobis amicissimum Sextiũ  
 cognosces, credo tua causa, uel Lentulum, qui erit Cos-  
 quanquã sunt facta uerbis difficiliora. Tu & qd opus  
 sit, & qd sit uidebis omnino, si tuam solitudinem, com-  
 munemq; calamitatem nemo despexerit, aut per te con-  
 fici aliquid,

fici aliquid, aut nullo modo poterit. Sin te quoq; inimici uexare cœperint, ne cessaris me certiorē facere, ut accurrā. Non enim gladijs mecum, sed litibus agetur, uerū hæc absint uelim. te oro, ut ad me de omnibus rebus scribas, & in me animi potius, aut consilij putes minus esse, q̄ antea, amoris uero, & officij non minus. Vale.

MARCI T. C. EPISTOLARVM  
AD QV. C. FRATREM. LIBER  
SECVNDVS.

M. T. C. QVINTO C. FRATRI. S.

Pistolam, quā legisti, mane dederam, sed fecit humaniter Licinius, quod ad me misso Senatu uesperu uenit, ut, siquid esset actum, ad te, si mihi uideretur, perscriberem. Senatus fuit frequentior, quā putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. consulares nos fuimus, et duo Consules designati P. Seruilius, M. Lucullus, Lupus, Vulcatius, Glabrio Pr. sane frequētes fuimus omnino ad ducētos cōmorat expectationem Lupus. egit causam Agri campani sane accurate, auditus est magno silentio, materiā rei non ignoras. nihil ex nostris actionibus prætermisit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cesarē, contumeliæ in Gellium, ex postulationes, cum absente Pōpeio Causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, nequāonus simultatis nobis imponeret ex superiorū temporum conuitijs, & ex præsentis silentio, quid Senatus

## EPIST. AD Q. FR.

sentiret, se intelligere dixit. Milo cœpit dimittere. Tum Marcellinus noli inquit ex taciturnitate nostra Lupe quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, iudicare. Ego, quod ad me attinet, idemq; arbitror cæteros, idcirco taceo, quod non existimo, cum Põpeius absit, causam a gri campani a gi conuenire. tum ille se Senatam negauit tenere. Raclius surrexit, & de iudicijs referre cœpit. Marcellinum quidem primum rogauit. is cum grauiter de clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus questus esset, sententiam dixit, ut ipse iudices per Pr. urbanum sortiretur. iudicium sortitione facta, comitia haberentur. qui iudicia impediisset, eum contra rem p. esse facturum. A pprobata ualde sententia, Cato contradixit, & Cassius, maxima adclamatione Senatus, cum comitia iudicijs anteferret. Philippus assensit Lentulo. postea Raclius de primatis me primum sententiam rogauit. Multa feci uerba de toto furore, latrocinioq; P. Clodij. eum tanquam reum accusaui multis, et secundis admurmurationibus cuncti Senatus. Orationem meam collaudauit satis multis uerbis, non mehercule indiferte Seuerus Antistius, isq; iudiciorum causam suscepit, antiquissimamq; se habiturum dixit. Ibat in eam sententiam. tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. furebat a Raclio se contumaciter, urbaneq; uexatum, deinde eius operæ repente a Græcostasi, & Gradibus, clamorem satis magnũ sustulerunt, opinor in Quintum Sextilium, & amicos Milonis incitata. Eo metu iniecto, repente magna querimonia omnium discessimus. Habes acta unius diei, reliqua, ut arbitror, in mensem Ianuariũ reijcientur. De

Tr. Pl. longe

Tr. Pl. longe optimum Raclium habemus uidetur etiã  
 Antistius amicus nobis fore. Nã Plautius, noster totus  
 est. Fac, si me amas, ut cõsyderate, diligenterq; nauiges,  
 de mense Decembri. Vale.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

On occupatione, qua erã sanè impeditus, sed  
 n paruula lippitudine adductus sum, ut dicta  
 rem hanc epistolã, et non, ut soleo, ad te ipse  
 scriberem. & primum me tibi excuso in eo ipso, in quo  
 te excuso. Me enim adhuc nemo rogauit nunqd in Sar  
 diniam uellem, te puto sæpe habere, & si non semper,  
 qui num qd Romæ uelis, querant. Quod ad me Len  
 tuli, & Sexti nomine scripsisti, locutus sum cum Cin  
 cio. quomodo res se habet, non est facillima, sed habet  
 profecto quoddam Sardinia appositum ad recordatio  
 nem præteritæ memoriæ. Nam, ut ille Gracchus Au  
 gur, posteaquam in istam Prouinciã uenit, recorda  
 tus est, quid sibi in campo Martio comitia consulibus ha  
 bentibus contra auspicia accidisset, sic tu mihi uideris  
 in Sardinia de forma Minutiana, & de nominibus Põ  
 ponianis in ocio recogitasse. Sed ego adhuc emi nihil. Cis  
 leonis auctio facta est. Tusculano emptor nemo fuit.  
 si conditio ualde bona fuerit, fortasse non omittam. De  
 ædificatione tua Cyrum urgere non cesso. Spero enim  
 in officio fore. sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ  
 ædilitatis expectationem. Nam comitia sine mora fu  
 tura uidentur. edicta sunt ad XI Calendarum Febr.  
 Te tamen sollicitum esse nolo. omne genus à nobis cau  
 tionis adhibebitur. De Rege Alexandrino factum est.

EPIST. AD Q<sup>u</sup>. FR.

S. C. cum multitudine eum reduca periculosum reip. uideri. Reliqua cum esset in Senatu contentio, Lētulus ne, an Pompeius reduceret, obtinere atusam Lentulus uidebatur. In ea re nos & officio erga Lētulum mirifice, & uoluntati Pompeij præclare satisfacimus. sed per obrectatores Lentuli res calumnia extracta est. consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non diuino, sed tamen suspicor, per uim rogationem Caninium perlaturum. In ea re Pompeius quid uelit, non dispicio. Familiæ eius quid cupiant, omnes uident. Creditores uero Regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. Sine dubio res à Lentulo remota uideatur esse, cum magno meo dolore, quanquam multa fecit. Quare, si fas esset, iure eis succensere possumus. Tu, si ita expedit, uelim quamprimum bona, & certa tempestate cōscendas, ad meq; uenias. Innumerabiles enim res sunt, in quibus te quotidie in omni genere desyderē, tui, nostriq; ualent. Vale. XIII Calendarū Febr.

M. T. C I C E R O Qu. Ciceroni Fratri. S.

Cripsi ad te antea superiora. nunc cognosce  
 s     postea quæ sint acta. A Cal. Febr. legationes in Id. Febr. reijciebantur. eo die res confecta non est. Ad IIII Nonarum Febr. Milo affuit, ei Pompeius aduocatus uenit. Dixit Marcellus à me rogatus. honeste discessimus. producta dies est in IIII Iduū Febr. Interim reiectis legationibus, III Iduū referebatur de Prouincijs quæstorum, & de ordinandis Prætoribus, sed res multis querelis de rep. interponendis nulla

dis nulla transacta est. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Vestem tum filius mutauit ad IIII Iduum Febr. Milo affuit, dixit Pompeius, siue uoluit. Nam, ut surrexit, operæ clodianæ clamorem sustulerunt, idq; ei perpetua oratione contigit, non modo, ut adclamatione, sed ut conuictio, & maledictis impediretur. qui ut perorarit (nam in eo sanè fortis fuit) non est deterritus, dixit omnia, atque interdum etiam silètio, cum authoritate peregerat, sed, ut perorauit, surrexit Clodius, & tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret. Ea res acta est, cum hora VI uix Pompeius perorasset usque ad horam octauam, cum omnia maledicta, uersus etiam obscœnissimè in Clodium, & Clodiam dicerentur, ille furens, & exanguis interrogabat suos in clamore ipso, quis esset, qui plebem fame necaret, respondebant operæ, Pompeius, quis Alexandriam ire cuperet, respondebant, Pompeius. quem ire uellent, respondebant, Crassum. Is aderat tum Miloni animo non amico. hora ferè nona, quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt. Exarsit dolor. urgere illi, ut loco nos mouerent. Factus est à nostris impetus, fugz operarum. Eiectus de rostris Clodius, ac nos quoque tum fugimus, nequid in turba. Senatus uocatus in Curiam, Pompeius domum. Neque ego tamen in Senatum, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nam is carpebatur à Bibulo, Curione, Fauonio, Seruilio filio) animos bonorum offenderem. res in posterum delata est. Clodius in Quirinalia produxit diem. Ad

## EPIST. AD Q. .FR.

VI Iduum Febr. Senatus ad A pollinis fuit, ut Pōpeius adesset. Acta res est grauius à Pompeio. eo die nihil perfectum est. Ad VII Iduum Febr. ad A pollinis. S. C. factum est, ea, quæ facta essent ad VI Iduum Febr. contra remp. esse facta. Eo die Cato est uehementer in Pompeium inuectus, & eum oratione perpetua tanq̄ reum accusauit. De me multa, me inuito, cum mea summa laude dixit. Cum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum. respondit ei uehementer Pompeius, Crassumq; descripsit, dixitq; aperte, se munitiorem ad custodiendam uitam suam fore, quàm Africanus fuisset, quem C. Carbo interemisisset. Itaq; magnæ mihi res iam moueri uidebantur. Nā Pompeius hæc intelligit, nobiscumq; communicat insidias uitæ suæ fieri. Catonem à Crasso sustentari. Clodius pecuniam suppeditari. utrumq; & ab eo, & à Curione, Bibulo, cæterisq; suis obrectatoribus cōfirmari, uehementer esse prouidendum, ne opprimatur, concionario illo populo à se propè alienato, nobilitate inimica, non æquo Senatu, inuentute improba. Itaq; se comparat, homines ex agris acersit. Operas autem suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. in ea multo sumus superiores ipsius copijs. Sed magna manus ex Piceno, & Gallia expectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone, et Lentulo resistamus. Ad III Iduum Febr. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus. & eodem die à quodam Marco Tullio de ui. Is erat æger. domum (ut debuimus) ad eum statim uenimus, eiq; nos totos tradidimus, idq; fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere putabant,



putabant, ut humanissimi, gratissimiq; & ipsi, & omnibus uideremur. itaq; faciemus. Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam, & C. Corneliwm. Eodem die S. C. factum est, ut sodalitates, decuriatiq; discederent, lexq; de ijs ferretur, ut qui non discessissent, ea poena, quæ est de ui, tenerentur. Ad III Iduum Febr. dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorē Cn. Domitiū in foro medio, maximo conuentu, in cidiq; in eum locum in dicendo, cum Sestius multis in templo Castoris uulneribus acceptis, subsidio Bestiæ seruatus esset. Hic προνονο μῆσα μὲν quidem ὀνοί πωσ de his, quæ in Sestium apparabantur crimina, et eum ornavi ueris laudibus, magno assensu omniū. res homini fuit uehementer grata. Quæ tibi eo scribo, q̄ me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. Pridie Iduum Feb. hæc scripsi ante lucem. eo die apud Pomponium in eius nuptijs eram coenaturus. Cætera sunt in rebus nostris huiusmodi (ut tu mihi ferè diffidentē prædicabas) plena dignitatis, & gratiæ. quæ quidem tua mi frater prudentia, patiētia, uirtute, pietate, suauitate etiā tibi, mihiq; sunt restituta. Domus tibi ad Lucum Pisonis Luciniana conducta est. sed, ut spero, paucis mensibus post Calendas Quintilis in tuā commigrabis. Tuā in Carinis mundi habitatores Canniæ cōduxerunt. A te post illā olbiensem epistolam nullas literas accepi. Quid agis, & ut te oblectes, scire cupio, maximeq; te ipsum uidere quamprimū. Cura mi frater, ut ualeas, & quāquam est hyems, tamen Sardinia istam esse cogites. Vale. XV Calendarum Martij.

## EPIST. AD Q. FR.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. 5.

Estus noster absolutus est III Iduum Martij,  
 s. & quod uehementer interfuit reip. nullam  
 uideri in eiusmodi causa dissensionem esse, om-  
 nibus sententijs absolutus est. Illud, quod tibi saepe cu-  
 ra esse intellexeram, necui iniquo relinqueremus uitu-  
 perandi locum, qui nos ingratos esse diceret, nisi illius  
 peruersitatem quibusdam in rebus quam humanissime  
 feremus. scito hoc nos in eo iudicio consecutos esse, ut  
 omnium gratissimi iudicaremur. Nam in defendendo  
 moroso homine cumulatissime satis fecimus, & (id, quod  
 ille maxime cupiebat) Vatinium, à quo palàm oppu-  
 gnabatur, arbitrato nostro concidimus, Djs, homni-  
 busq; plaudentibus. quin etiam Paulus noster, cum te-  
 stis productus esset in Sestium, confirmauit, se nomen  
 Vatinij delaturum, si Macer Licinius cunctaretur. &  
 Macer à Sestij subsellijs surrexit, ac se illi non de futu-  
 rum affirmauit. Quid quæris? homo petulans, & au-  
 dax Vatinius, ualde perturbatus, debilitatusq; disces-  
 sit. Quintus filius tuus, puer optimus, eruditur egregie.  
 Hoc nunc magis animaduerto, qd Tyrânio docet apud  
 me. Domus utriusq; nostrum ædificatur strenue. Redē-  
 ptori tuo dimidium pecuniæ curauim. Spero nos ante hyc  
 mem contubernales fore. De nostra Tullia tui meher-  
 cule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse.  
 Dies erant duo, qui post latinas habentur religiosi. cæ-  
 terum confectum erat. latiar erat exiturus. Ad VIII  
 Iduum April. Sponsalia Crassipedi præbui. Huic con-  
 uuiuo puer optimus Quintus tuus, meusq; quod perle-

uiter commotus fuerat, de fuit. Ad III Iduum Apr. prueni ad Quintum, eumq; uidi planè integrum. multumq; is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordijs mulierum nostrarum. Quid quæris? nihil festiuus. Pomponia autem etiam de te quæstæ est. sed hæc coràm agemus. A puero ut discessi, in aream tuam ueni. res agebatur multis structoribus. Longiliū redemptorem cohortatus sum. idem mihi aiebat se uelle nobis placere. Domus erit egregia. magis enim cerni poterat, quàm quantum ex forma iudicabamus. itemq; nostra celeriter ædificabatur. Eo die cœnaui apud Cras sipedem. cœnatus, in hortos ad Pompeium lecticatatus sum. Luceium conuenire non potuerã, quod abfuerat. uidere autem uolebam, quod eram postridie Roma exiturus, & quod ille in Sardiniam iter habebat. Hominem conueni. et ab eo petiui, ut quamprimum te nobis redderet. statim dixit. Erat autem iturus (ut aiebat) ad III Iduum April. ut aut Labrone, aut Pisis conscenderet. Tu mi frater, simulac ille uenerit, primam navigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris. Ad III Iduum Apr. ante lucem hanc epistolam dictauerã, scripseramq; in itinere, ut eo die apud T. Titium in Anagnino manerem. postridie autem in Laterino cogitabã, inde, cum in Arpinati quinque dies fuisset, ire in Pompeianũ, rediens aspicerẽ Cumanũ, ut quoniam in Nonas Maias Miloni dies producta est, pridie Nonarũ Romæ essem, teq; mi carissime, & suauissime frater ad eam diẽ (ut sperabam) uiderem. ædificationem Aratni ad tuũ aduentũ sustentari placebat. Fac mi frater, ut ualeas, quamprimumq; uenias. Vale.

Literas mihi tuas iucundissimas expectatas,  
 o ac primo quidem cum desyderio, nunc uero  
 etiã cum timore, atq; has scito literas me solas  
 accepisse post illas, quas tuus nauita attulit Olbia datas.  
 sed cætera (ut tu scribis) præsentis sermoni reseruentur.  
 Hoc tamẽ nõ queo differre. Idibus Maijs Senatus frequẽs  
 diuinus fuit in supplicatione Gabinio denegetanda. Ad-  
 iurat Proclius hoc nemini accidisse. Foris ualde plau-  
 ditur mihi cum sua sponte iucundum, tum iucundius  
 quod me absente (est enim εὐλαμπιῆς iudicium) sine  
 oppugnatione, sine gratia nostra erat ante. Quod idi-  
 bus, et postridie fuerat dictum de agro Cãpano actũ  
 iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Sed  
 plura, quàm constitueram. Corãm enim. Vale mi opti-  
 me, ac optatissime frater, & aduola. Idem te nostri ro-  
 gant pueri, illud scilicet, cœnabis, cum ueneris.

M. T. CICERO Quinto Ciceroni Fratri. S.

Laciturum tibi esse librum meum suspicet  
 p bar. tam ualde placuisse, quàm scribis ualde  
 gaudeo. Quod me admones de non curantia  
 suadesq; ut meminerim. Iouis orationẽ, quæ est in ex-  
 tremo illo libro. ego uero memini, & illa omnia mihi  
 magis scripsi, quàm cæteris. Sed tamẽ postridie, quàm  
 tu es profectus, multa nocte cum Vibullio ueni ad Pom-  
 peiũ. Cumq; ego egissem de istis operibus, atq; inscri-  
 ptionibus, perbenigne mihi respondit. magnam spem  
 attulit. cum Crasso se dixit loqui uelle, mihiq; ut idem

facerem, suavit. Crassum Cos. ex Senatu domum redu-  
 xi. suscepit rem, dixitq; esse, quod Clodius hoc tem-  
 pore cuperet, per se, et per Pompeium consequi. putare se,  
 si ego eum non impedirem, posse me adipisci sine con-  
 tentione, quod uellem. totum ei negocium permissi, meq;  
 in eius potestate dixi fore. Interfuit huic sermone P.  
 Crassus adolescens, nostri (ut scis) studiosissimus. Illud  
 autem, quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus  
 per Senatum, per populum libera, aut Byzantium, aut  
 Bregitarum, aut utrunq;. Plena res numerorum. Quod  
 ego non nimium laboro, etiam si minus assequor quod  
 uolo. Pompeius tamen cum Crasso locutus est. uidentur  
 negocium suscepisse. si perficiunt, optime. sin minus ad  
 nostrum Iouem reuertamur. ἀμφιλῶπιαν autem il-  
 lam, quam tu soles dicere, bono modo desydero, si pror-  
 sus, ut aduenientem excipiam libenter, latentem etiam  
 nūc non excitem. Tribus locis ædifico, reliquæ reconcin-  
 no, uiuo paulo liberalius, quàm solebam. Opus erat,  
 si te haberem paulisper, fabri locum dare. sed & hæc  
 (ut spero) breui inter nos communicabimus. Res autem  
 romanæ sic se habent. Consul est egregius Lentulus  
 non impediens Collegæ, sic inquam bonus, ut meliorem  
 non uiderim. dies comitiales exemit omnes, nã etiã  
 Latine instauratur, nec tamen deest supplicationes,  
 sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis,  
 cui tamen egregie impositus Milo noster. Nam ille uin-  
 dex Gladiatorum & Bestiariorum emerat de Cosco-  
 nio, et Pomponio Bestiarios, nec sine his armatis unq; in  
 publico fuerat, hos alere nõ poterat. Itaq; uix tenebat.  
 Sensit Milo. dedit cuidam non familiari negocium, qui

sine suspitione emeret eam familiam à Catone, quæ, si-  
mulatq; abducta est, Raclius, qui unus est hoc tempore  
Tr. Pl. rem patefecit, eosq; homines sibi emptos esse di-  
xit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se fa-  
miliam Catonianam uenditurum. In eam tabulã ma-  
gni risus consequebantur. Nũc igitur Catonẽ Lentulus  
à legibus remouit, & eos, qui de Cæsare monstra pro-  
mulgarunt, quibus intercederet nemo. Nã qđ de Pom-  
peio Caninius agit, sanẽ quam refrixit, neq; enim res  
probat, & Pompeius noster in amicitia P. Lẽtuli uĩ-  
tu peratur, & Hercule non est idẽ. Nam apud illã per-  
ditissimam, atq; infimam fecem populi propter Milo-  
nem suboffendit, & boni multa ab eo desyderant. mul-  
ta reprehendunt. Marcellinus autem hoc uno mihi quĩ-  
dem nõ satisficit, quod eum nimis aspere tractat, quã-  
quã id Senatu non inuito facit. quo ego me libentius à  
curia, & ab omni parte reip. subtraho. In iudicijs ij su-  
mus, qui fuimus. domus celebratur, ita, ut cum maxime  
unum accidit imprudentia Milonis. incõmode de Se-  
xto Caelio, quem neq; hoc tempore, neq; ab imbecillis ac-  
cusatoribus mihi placuit accusari. ei tres sententiæ te-  
rerrimæ in consilio defuerunt. Itaq; hominẽ populus  
reuoat, & retrahatur necesse est (nõ enim fuerunt ho-  
mines) & quia, cum apud suos diceret, pene damnatus  
est, uident damnatum. ea ipsa in re Pompeij offensio no-  
bis obstitit. Senatorum enim urna copiose absoluit, eq-  
tum adæquauit. Tribuni ærarij condẽnarunt. sed hoc  
incommodum consolãtur quotidianæ damnationes ini-  
morum, in quibus me perlubente Seruius allisus est.  
ceteri conciduntur. Cato concionatus est comitia habe-

ri nõ siturum, si sibi cum populo dies agendi essent exẽ  
 pti. Appius à Cesare non dum redierat. Tuas mirifi-  
 ce literas ex pecto, atq; adhuc clausum mare scio fuisse.  
 sed quosdam uenisse tamen Ostra dicebant, qui te uni-  
 ce laudarent, plurimiq; in Prouincia fieri diceret. ijde  
 aiebant nuntiare te prima nauigatione transmssurũ.  
 id cupio, & quanquã te ipsum scilicet maxime, tamen  
 etiam literas tuas ante ex pecto. Mi frater. Vale.

## M. T. C. QUINTO C. FRATRIS.

Ederam ad te literas antea, quibus erat scri-  
 d ptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie  
 Non. Apr. esse desponsatam, cæteraq; de rep.  
 & priuata perscripseram. Postea sunt hæc acta. Non.  
 Apr. S. C. Pompeio pecunia decreta in rem frumenta-  
 riã ad HS M CCCC. Sed eodem die uehementer a-  
 ctum de agro Campano clamore Senatus propè con-  
 gionali. acriorem causam inopia pecuniæ faciebat, et an-  
 nõnæ atritas. Non prætermittam, ne illud quidem, M.  
 Furium Flaccum eqtem Romanum hominem nequã,  
 Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt, præ-  
 sentem ad pedes uniuscuiusq; iacentem. Ad III Iduũ  
 Maij S. C. factum est de ambitu in Afraniũ sententiã,  
 quam ego dixerã, cum tu adesses. sed magno cum gemitu  
 Senatus. Coss. non sunt persecuti eorum sententias,  
 qui Afranio cum essent assensi, addiderunt, ut Præto-  
 res, ita crearentur, ut dies LX priuati essent. eo die Ca-  
 tonem planè repudiarũt. Quid multa? tenent omnia.  
 idq; ita omnes intelligere uolunt. Vale.

V metuis, ne me interpelles? primū si in isto  
 t essem, tu scis quid sit interpellare. an te Ate-  
 ius? mehercule mihi docere uidebaris istius  
 generis humanitatem, qua quidem nihil utor abs te. Tu  
 uero, ut me & appelles, & interpelles, & obloquare,  
 et colloquare, uelim. Quid enim mihi suauius? Nō me  
 hercule quisquam *μισοπατάτος* libentius sua recē-  
 tia poemata legit, quā ego te audio quacūq; de re pu-  
 blica, priuata, rustica, urbana. Sed mea factum est inui-  
 sa uerecundia, ut te proficiscens non tollerem. Opposui  
 sti semel *ἀντίετον* causā Ciceronis nostri ualetudinē,  
 conticui. iterum ceteri omnes, quieui. Nunc mihi iucun-  
 ditatis plena epistola hoc aspersit molestiæ, quod uide-  
 ris, ne mihi molestus esses, ueritus esse, atq; etiam nunc  
 uereri. litigare tecum, si fas esset. sed mehercule, istuc  
 si unquam suspicatus ero, nihil dicam aliud, nisi uere-  
 bor, ne quando ego tibi, cum sum unā, molestus sim. ui-  
 deo te ingenuisse. sic fit. *εἰδ' ἔζησας ἐν τῇ γαίᾳ*. nunq̄  
 enim dicam *ἔα πάσας τὰς μιληδόνας*. Marium au-  
 tem nostrum in lecticam mehercule coniecissem, non il-  
 lam Regis Ptolemæi Anitianam. Memini enim, cum ho-  
 minem portarem ad Baias, Neapoli Octophoro Ani-  
 tiano Machærophoris centum sequentibus, muros risus  
 nos edere, cum ille ignarus sui comitatus, repente ape-  
 ruit lecticam, & penè ille timore, ego risu corruui. Tūc,  
 ut dico, certe sustulissim, ut aliquando subtilitatem ue-  
 teris urbanitatis, et humanissimi sermonis attingerem.  
 sed hominem infirmum in uillam apertam, ac ne ru-  
 dem quidem



dem quidem etiam nunc inuitare nolui. Hoc uero mihi peculiare fuerit hic etiam isto frui. Nam illorū prædiorum scito mihi uicinum Marium. lumen esse apud Anitum uidebimus, ut paratum sit. Nos enim ita Philologi sumus, ut uel cum fabris habitare possimus. Habemus hanc philosophiam, non ab Hymeto, sed ab Area Syra. Marius & ualetudine est, & natura imbecillior. De interpellatione tantum sumam à uobis temporis ad scribendum, quantum dabitis utinam nihil detis, ut potius uestra iniuria, quam ignauia mea cessem. De reprimium te laborare doleo, et meliorem ciuē esse, quam Philoctetā, qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse uideo. Amabo te aduola, conso labor te, & omnem abstergebo dolorem. & adduc, si me amas, Marium. sed appropere. Hortus domus est. Vale.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. 5.

e Pistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Nam res quidem ipsa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sanè dabat. Sed, quemadmodū coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdū hallucinari. Tenediorū igitur libertas, securi Tenediæ præcisa est, cum eos præter me, & Bibulum, & Calidum, & Fauonium, nemo defenderet. De te magis ab Sipiilo mentio est honorifica facta, cum te unum dicerent postulationi L. Sestij Pansæ restitisse. Reliquis diebus, siquid erit, quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie aliquid. Pridie Id. Apr.

## EPIST. AD Q. FR.

neq; tibi, neq; Pomponio deero. Lucretij poemata (ut scribis) lita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamē artis. Sed, cum ueneris, uirum te putabo. si Sallustij Empedoclea legeris, hominem non putabo. Vale.

M. T. Cicero Q. Ciceroni Fratri. S.

Audeo tibi iucundas esse meas literas, nec ta-  
 g men habuissem scribendi nunc quidem ullū  
 argumentum, nisi tuas accepiissem. Nā pridie  
 Id. cum Appius Senatū in frequentem coegisset, tan-  
 tum fuit frigus, ut populi conuictio coactus sit nos dimit-  
 tere. De Commageno Rege quod rem discusseram, mi-  
 rifice mihi, & per se, et per Pomponium blanditur Ap-  
 pius. Videt enim hoc genere dicendi si utar in cæteris,  
 Februariū sterilem futurum, eumq; lusi iocose satis,  
 neq; solum illud extorsi oppidulum, quod erat posi-  
 tum in Euphrate, & Zeugmate, sed præterea togam  
 sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare Con-  
 sule, magno hominum risu cauillatus. qđ nolit inquā  
 renouare honores eosdem, quo minus togam prætextā  
 quotannis inter pollet, decernendum nihil censeo. Vos  
 autem homines nobiles, qui Buscycū prætextatum non  
 ferebatis, Commagenum feretis? Genus uides, & locū  
 iocandi. Multa dixi in ignobilem Regem, quibus totus  
 est ex plosus. quo genere commotus (ut dixi) Appius to-  
 tum me amplexatur. Nihil est enim facilius, quām reli-  
 qua discutere. sed non faciam, ut illum offendam. ne im-  
 ploret fidem Iouis Hospitalis. Gratos omnes conuocet,  
 per quos mecum in gratiam redijt. Theopompo satisfac-  
 ciemus.

ciemus. De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim quas tu literas expectaris. sed ille scripsit ad Balbum fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse, ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. sed ex Balbi epistola pauca uerba intellexerat, ad quæ rescripsit his uerbis. De Cicerone uideo te quiddam scripsisse, quod ego non intellexi. quantum autem coniectura conseq̄uebar, id erat huiusmodi, ut magis optandum, quàm sperandum putarem. Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo literas. Iocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus, ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod posthac artis nostræ fiducia cōturbaret. Iusq; in eo genere et familiariter, et cum dignitate. Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntijs singularis. et literæ quidem ad id, quod expectas, ferè cum tuo reditu iungentur. Reliqua singulorū dierum scribemus ad te, si modo tabellarios tu præbebis. quanquam eiusmodi frigus impendebat, ut summum periculum esset, ne Appio suæ ædes urerentur. Vale.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

r I si niuem atram, teq; hilari animo, et prompto ad iocandum ualde me iuuat. De Pompeio assentior tibi, uel tu potius mihi. nam, ut scis, iam pridem istum tanto Cæsarem. mihi crede, in sinu est, neq; ego discingor. Cognosce nunc Idus. decimus erat Coelio dies. Domitius ad numerum iudices nõ habuit. uereor, ne homo teter, et ferus Pola Seruius ad

EPIST. AD Q. FR.

accusationē ueniat. nā noster Coelius ualde oppugnatur à gente clodia. certi nihil est adhuc. sed ueremur. Eodem igitur die Tyrijs est Senatus datus frequens. frequentes contra Syriaci publicani. uehementer uexatus Gabinius. ex agitati tamen à Domitio publicani, quod eum essent cum equis persecuti. C. noster Lanna paulo ferocius, cum Domitius dixisset, uestra culpa hæc acciderunt. Equites romani (dissolute enim iudicatis) nos iudicamus, uos laudatis inquit. Actum est eo die nihil. nox diremit. Comitibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Puppia, quo minus habeat Senatum. et, quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Cal. Febr. usq; ad Calendas Martias legatis Senatum quotidie dari. ita putantur de trudi comitia in mensem Martiū. sed tamen his comitibus Tr. Pl. de Gabinio se acturos esse dicunt. Omnia colligo, ut noui scribam aliquid ad te, sed, ut uides, res me ipsa deficiat. Itaq; ad Callisthenem, & Philistum redeo, in quibus te uideo uoluntatum. Callisthenis quidē uulgatum, et notum negocium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt. secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè pusillus Thucydides. sed utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosq; nescio. Me magis de Dionysio delectat. ipse est enim ueterator magnus, & per familiaris Philisto. Sed quod scribis, aggrediaris ne ad historiam, me enim auctore potes. & quoniam tabellarios sumministras hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicero nostro quambellissime. Duas adhuc à te accipias epistolas, quarum alteram in ipso discessu nostro, alteram Arimino

ram ex Arimino datã. plures, quas scribis te dedisse, nõ acciperẽ. Ego me in Cumano, & Põpeiano, præter quã, quod sine te, cæterũ satis commode oblectabar, & eram in eisdem locis usq; ad Calendas Iun. futurus. Scribebam illa, quæ dixeram πολιτικὰ, spissum sanè opus, & operosum. Sed, si ex sententia successerit, bene erit opera posita, sin minus, in illud ipsum mare deiciemus, quod scribentes spectabamus. aggrediemur alia, quoniam quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, & adiungendis hominibus, et in quibusdam non alienandis. Maxime uero mihi curæ erit, ut Ciceronem tuum, nostrumq; uideam scilicet quotidie, sed inspiciam quid discat quam sæpissime. et, nisi ille contemnat, etiam magistrum me ei profitebor. cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum ocio, Cicerone nostro minore perdocendo. Tu, quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligentissime sciebam, tamen facies, scilicet, ut mea mandata digeris, persequare, conficias. Ego, cum Romam uenero nullum prætermittam Cæsaris tabellarium, cui literas ad te non dem. His diebus (ignosces) cui darem fuit nemo ante hunc M. Orfium equitem Romanum nostrum, & perneccesarium, & quod est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. Itaq; eum tibi commendo in maiorem modum. hominem domi splendidum, gratiosum etiã extra domum, quem fac, ut tua liberalitate tibi obliges. est Tribunus Militum in exercitu nostro. gratum hominem, obseruãtemq; cognosces. Trebatium ut ualde ames, uehementer te rogo. Vale.

## EPIST. AD Q. FR.

M. T. CICERO *Quinto Cicero Fratri. S.*

D IIII Nonarum Iun. quo die Romam ueni, accepi tuas literas datas Placentiæ. Deinde alteras postridie datas Blandenonæ, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suauitate. sunt ista quidem uel magna, uel potius maxima. Habent enim uim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quæ nosti, quod in istis rebus ego plurimè æstimo, id iam habeo, te scilicet primum tam in seruientem communi dignitati, deinde Cæsaris tantum in me amorem, quem omnibus his honoribus, quos me à se expectare uult, antepono. Literæ uero eius unà datæ cum tuis, quarum initium est, quam suauis ei tuus adnētus fuerit, & recordatio ueteris amoris. deinde se effecturum, ut ego in medio dolore, ac desyderio tui te, cum à me abesses, potissimum secum esse lætarer, incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego uero ardenti quidem studio hoc fortasse efficiam, quod sæpe uiatoribus, cū properant, euenit, ut si serius, quàm uoluerint, forte surrexerint, properando etiam citius, quàm si de multa nocte uigilassent, perueniāt quò uelint. sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum uelis. Quoniam scribis poema ab eo nostrum probari, quadrigis poeticis modo mihi date Britāniam, quam pingam coloribus tuis pennicillo meo. Sed qd ago, quod mihi tempus

mihi tempus Romæ, præsertim, ut iste me rogat manen-  
 ti uacuum ostenditur? sed uidero. fortasse enim (ut fit)  
 uincet tuus amor omnes difficultates. Trebatium quæ  
 ad se miserim, peralse, & humaniter etiam gratias  
 mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum, qui  
 unâ essent, quenquam fuisse, qui uadimonium concipe-  
 re posset. Marco Curtio Tribunatum ab eo petui. nam  
 Domitius se derideri putasset, si esset à me rogatus. hoc  
 enim est eius quotidianum, se ne Tr. Mil. quidē facere.  
 etiam in Senatu lusit Appium collegam, propterea isse  
 ad Cæsarem, ut aliquem Tribunatum afferret, sed in  
 alterum annum. id & Curtius ita uolebat. Tu quæ ad  
 modum me censes oportere esse in rep. et in nostris in-  
 micitijs, ita & esse, & fore auricula infima scito mol-  
 liorem. Res Romanæ sic se habebant. Erat nonnulla  
 spes comitorum, sed incerta. erat aliqua suspicio Dicta-  
 turæ, ne ea quidē certa. summum oculi forense, sed sene-  
 scentis magis ciuitatis, quàm acquiescentis. Sētentia au-  
 tem nostra in Senatu eiusmodi, magis ut alij nobis as-  
 sentiantur, quàm nos metipsi. τοιαῦτα ὀτλήμων ἐξε-  
 ράξεται πόλιμος calamo, & atramento temperato,  
 charta etiã dentata res agetur. Scribis te meas literas su-  
 periores uix legere potuisse. in quo nihil eorum mi fra-  
 ter fuit, quæ putas. neq; enim occupatus eram, neq; per-  
 turbatus, neq; iratus alicui. sed hoc facio semper, ut qui-  
 cunq; calamus in manus meas uenerit, eo sic utar, tanq̃  
 bono. Verum attende nunc mi optime, & suauissime  
 frater ad ea dum rescribo, quæ tu in hac eadem bre-  
 ui epistola πραγματικῶς ualde scripsisti. de quo  
 petis, ut ad te nihil occultans, nihil dissimulās, nihil tibi

## EPIST. AD Q. FR.

indulgens, germane, fraternèq; rescribam. id est utrum uoles, ut dixerimus, ad expediendum te, si causa sit, commorere. Si mihi Quinte parua aliqua res esset, in qua sciscitarere, quid uellē, tamen, cum tibi permissurus essem, ut faceres, quod uelles, ego ipse quid uellem ostenderem. In hac uero re, hoc profecto quæris, cuiusmodi illum annum, qui sequitur, expectem. planè aut trāquillū nobis, aut certe munitissimum. Quod quotidie domus, quod forum, quod Theatri significationes declarant. neque laborant, quod mea conscientia copiarū nostrarum, quod Cæsaris, quod Pompeij gratiam tenemus. hæc me, ut confidam, faciunt. Sin aliquis erumpet amētis hominis furor, omnia sunt ad eum frangendum expedita. hæc ita sentio, iudico, ad te explorate scribo. Dubitare te nō assentatorie, sed fraternè ueto. Quare suauitatis equidem nostræ fruendæ causa, cuperem te ad id tempus uenire, quod dixeras, sed illud malo tamen, quod putas, magis etiam, illa etiam magni æstimo me ἀμφιλαφίαν illam tuam, & expectationem debitorum tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si ualebimus, fore fortunatius. parua sunt, quæ de sunt. quo nostris quidem moribus & ea sunt ad explicandum expeditissima. modo ualeamus. Ambitus reddit immanis. nāquam fuit par. Qui ne tantus fuit excoitione Mennij, quā cū Domitio habuit Scaturus unū uincere Messalam staret, nō dico ὑπερβολῶς uel HS centies constituunt in prærogatiua pronuntiare. Res ardet inuidia. Tribunitij candidati compromiserunt HS CCCC in singulos apud M. Catonem depositis petere eius arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo condemnaretur.



demnaretur. quæ quidem comitia, gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit, quàm omnes leges, omnesq; iudices. Cum à me literas Librarij manu acceperis, ne paulum ocij me habuisse iudicatio. cum autem mea, nullum. sic enim habeto nunquam me à causis, & iudicijs districtiorem fuisse, atq; id anni tempore grauissimo, et caloribus maximis. Sed, quoniam hæc tu ita perscribis, ferenda sunt. neq; committendū, ut aut spei, aut cogitationi uestræ ego uidear defuisse, præsertim, cum tametsi id difficilius fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiã, magnamq; dignitatem sim collecturus. Itaq; ut tibi placet, danus operam, ne cuius animū offendamus. atq; ut etiam ab ijs ipsis, qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligimur. ab æquis uero, aut etiam à propensis in hanc partem uehementer excolamur, & amemur. De ambitu cum atrocissime ageretur in Senatu multos dies, q; ita erant progressi candidati consulares, ut non esset ferendum, in Senatu non fieri. Statui ad nullam medicinam rei p. sine magno præsidio accedere. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuicatione à Tribunis ærarij absolutus, in summa quatuor sententijs, cum Senatores, & equites damnassent. Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus. ea res facilis est. Comitia in mensem Septembrem reiecta sunt. Saturni iudicium statim exercebitur, cui nos non deerimus *συνδέκτες σοφικλεις*, quanq̃ à te actam fabellam uideo esse festiue, nullo modo probauit. Venio nunc ad id, quod nescio, an primum esse debuerit. O iucundas mihi tuas de Britania literas. timebam Oceanum. timebam litus insulæ. Reliqua non

EPIST. AD Q. FR.

equidem contemno, sed plus habent tamen spei, quam timoris, magisq; sum sollicitus expectatione ea, quam metu. te uero ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere uideo. Quos tu situs, quas naturas rerum, & locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quæ uero ipsum imperatorem habes? Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus uis adiuuabo, & tibi uersus, quos rogas, πλάνα eis ἀδύνας mittam. Sed heus tu, cælari uideor à te. quomodo nam mi frater de nostris uersibus Cæsare primum librum se legisse scripsit ad me ante, & prima sic, ut neget se ne græca quidem meliora legisse. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμώτερα. hoc enim utitur uerbo. Dic mihi uerum, num aut res, aut χαρακτήρ non delectat? nihil est, quod uereare. Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. hac de re φιλαλήθως, ut soles, scribe fraterne. Vale.

MARCI T. C. EPISTOLARUM  
AD QV. C. FRATREM. LIBER  
TERTIVS.

M. T. C. QVINTO C. FRATRI. 5.

Go ex magnis caloribus (nō enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus cōmendatis. In Aratno ad IIII Idus Septembr. fui. ibi Mensidium cū Philoxeno, aquamq; quam ij ducebant non longe à uilla belle sanè fluctem

uidi, præsertim maxima siccitate, uberioremq; ali-  
 quanto sese collecturos esse dicebant. Apud Herum re-  
 cte erat. In Maniliano offendi Diphilum Diphilo tar-  
 diorem. sed tamen nihil ei restabat præter balnea-  
 ria, & ambulationem, & auarium. Villa mihi ual-  
 de placuit, propterea, quod summam dignitatem pau-  
 imenta porticus habebant. quod mihi deniq; apparuit,  
 posteaquam & ipsa tota patet, & columnæ politæ  
 sunt. Totum in eo est, quod mihi erit curæ tectorium, ut  
 concinnum sit. pauimenta recte fieri uidebantur. cime-  
 ras quasdam non probaui, mutariq; iussi. Quo loco in  
 porticu te scribere aiunt, ut Atrium fiat. mihi, ut est,  
 magis placebat. neque enim satis loci esse uidebatur  
 Atrio, neque serè solet, nisi in his ædificijs fieri, in  
 quibus est Atrium maius, nec habere poterat adiu-  
 cta cubicula, & eiusmodi membra. Nunc hoc uel ho-  
 nestate testudinis, uel ualde bonũ æstiuum locum obti-  
 nebit. tu tamen, si aliter sentis, rescribe quamprimum.  
 In balnearijs Assa in alterum Apoditerij angulum  
 promouit, propterea, quod ita erant posita, ut eorum  
 Vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tectũ cu-  
 biculi. sub grande cubiculum autem, & hybernũ altũ  
 ualde probaui, q̄ & ampla erant, & loco posite am-  
 bulationis uno latere, eo quod est proximũ balnearijs.  
 Columnas neq; rectas, neq; è regione Diphilus colloca-  
 rat. eas scilicet demolietur, aliquando perpendicularo, et  
 linea discet uti. Omnino spero paucis mēsis opus Di-  
 phili perfectum fore. curat enim diligentissime Cæ-  
 sius, qui tum mecum fuit. ex eo loco recta Vitularia uia  
 profecti sumus in Fusidianum fundũ, quæ tibi proxi-

## EPIST. AD Q. FR.

*mis nuntijs Arpini de Fusidio HS CCCC emeramus.*  
 Ego locum æstate umbrosiorem uidi nunquam. permul-  
 tis locis aquam profluentem, & eam uberem. Quid  
 quæris? Ingera L. prati Cæsii irrigaturum facile te  
 arbitratur. Equidem hoc, quod melius intelligo, affir-  
 mo, mirifica suauitate te uillam habiturum, piscina, &  
 salientibus additis, palestra, & sylua uiridicata. Fun-  
 dum audio te hunc Bombilianum uelle resinere. de eo  
 quod uideatur, ipse constitues. Caluus aiebat aqua dem-  
 pta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute fundo illi  
 imposita, tamen nos pretium seruare posse, si uendere  
 uellemus. Messidium mecum habui. is se ternis numis in-  
 pedem tecum transe gisse dicebat. sese autem mensum  
 pedibus aiebat passuum CCCC M, mihi plus uisum  
 est. sed præstabo sumptum nusquam melius posse poni.  
 Chilonem arcesseram Vena fro. sed eo ipso die quatuor  
 eius conseruos, & discipulos Vena fri cuniculus oppres-  
 serat Idib. Septembr. in Laterio sui. uiam perspexi.  
 quæ mihi ita placuit, ut opus publicum uideretur esse  
 præter CL passuum. sum enim ipse mensus ab eo ponti-  
 culo, qui est ad Furninæ Satricum uersus. eo loco puluis,  
 non glareæ iniecta est, & mutabitur, & ea uia pars  
 ualde accliuis est. sed intellexi aliter duci non potuisse,  
 præsertim, cum tu, neque per Locustæ, neque V arronis  
 uelles ducere. V eluinus ante suum fundum propè mi-  
 nuerat. Locusta non attigerat. quem ego Romæ aggre-  
 diar, & ut arbitror, commouebo, & simul inde Tau-  
 rum, quem tibi audio promississe, qui nunc Romæ erat,  
 de aqua perfundum eius ducenda rogabo. Nicophorum  
 uillicum tuum sanè probaui, quæsiuimusque ex eo quid ei de

illa ædificatiuncula Lateri, de qua mecum locutus es, mandauisses. tum is mihi respondit se ipsum eius operis HS CCC XVI conductore fuisse. sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium. itaq; id se obmisisse. mihi hercule ualde placet te illa, ut constituebas ad dederè, quanquam ea uilla, quæ nunc est, tanquam philosophia uidetur esse, quæ obiurget cæterarum uillarum insaniam, ueruntamen illud additum delectabit. Topiariam laudauit, ita omnia conuestiuit edera, qua basim uillæ, qua intercolumnia ambulationis, ut deniq; illi palliati topiariam facere uideantur, & ederam uendere. Iam ἀποδύτηριον nihil alius, nihil muscosius. Habes ferè de rebus rusticis, urbanam ex politionem urget ille quidem & Philotimus, & Cincius, sed etiam ipse crebro interuiso, quod est facile factu. Quæ ob rē ea te cura liberatum uolo. De Cicerone, quod me semper rogat, ignosco equidē tibi, sed tu quoq; mihi uelim ignoscas. Non enim concedo tibi, plus ut illū ames, quàm ipse amo. Atque utinam his diebus in Arpinati, quod & ipse cupierat, & ego non minus, mecum fuisset. quod ad Pomponiam, si tibi uidetur, scribas uelim, cum aliquò exhibimus, eat nobiscum, puerumq; duat. clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum, nam Romæ respirādi non est locus. Id me scis ante gratis tibi esse pollicitum. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epistolis accepi dum sum in Arpinati. nam mihi uno die tres sunt redditæ, equidem, ut uidebantur eodē abs te datæ tempore, una pluribus uerbis, in qua primū erat, quod antiquior dies in tuis fuis

## EPIST. AD Q. FR.

set ascripta literis, quàm in Cæsaris. id facit Appius nonnunquam necessario, ut cum tabellarios constituerit mittere, literas, quia à nobis acceperit, aliqua re noua impediatur, et necessario serius, quàm constituerat, mittat, neq; nos datis iam epistolis diem commutari curemus. Scribis de Cæsaris summo in nos amore, hunc et tu fouebis, et nos quibuscunq; poterimus rebus augebimus. De Pompeio & facio diligenter, & faciam, quod mones. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore, & desiderio, tamen ex parte gaudeo. In Hippodamus, & nonnullis alijs arcesfendis quid cogites, non intelligo. Nemo istar uest, qui nõ abs te munus fundi suburbanĩ instar expectet. Trebatium uero meum, quod isto admisceas nihil est. Ego illud ad Cæsarem misi, qui mihi iam satisfecit, si ipsi munus prestare nihil debeo, teq; item ab eo uindico, et libero. Quod scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbum uero, qui est istius rei, quemadmodum scribis, adiutor, in oculis fero. Trebonium meum à te amari, teq; ab illo, pergaudeo. De Tribunatu quod scribis, ego uero nominatim petiui Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratum esse rescripsit, meamq; in rogando uerecundiam obiurgauit. si cui præterea petiero (id, quod etiam Appio dixi, ut ad illum scriberet) facile patiar mihi negari, quoniam illi, qui sibi molesti sunt, sibi negari à me non facile patiantur. Ego Curtium, id, quod ipsi dixi, non modo rogatione, sed etiam testimonio tuo diligo, quod literis tuis studium illius in salutem nostram facile perspexi. De Britanicis rebus cognoui ex tuis literis nihil esse, nec quod

metuamus, nec quod gaudeamus. De publicis negocijs, quæ uis ad te Tironem scribere, negligentius ad te ante scribebam, quod omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. Rescripsi epistolæ maximæ. Audi nunc de minuscula, in qua primum est, de Clodij ad Cæsarem literis, in quo Cæsaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti ueniã non dedit, uti illum ad illam furiam uerbum rescriberet. Alterum est de Caluenti Marij oratione. Quod scribis, miror tibi placere me ad eum rescribere, præsertim cum illam nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero, mea in illum pueri omnes tanquã dictata perdiscant. Libros meos, quos expectas incohaui, sed conficere non possum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro, & pro Plantio absolui. Poema ad Cæsarem quod composuerã, incidi. Tibi, quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habeo spatij, scribam. Venio ad tertiam. B. album, quod ais mature Romam bene comitatum esse uenturum, mecumq; assidue usq; ad Id. Maias futurum, id mihi pergratum, perq; iucundum erit. Quod me in eadem epistola, sicut sæpe antea, cohortaris ad ambitionẽ, & ad laborem, faciam equidem, sed quando uiuemus? Quarta epistola mihi reddita est Id. Septemb. quã ad IIII Id. Sextil. ex Britãnia dederas. In ea nihil sanẽ erat noui, præter Erigonam, quã si ab Appio accepero, scribam ad te qd sentiam, nec dubito, quin mihi placitura sit, et qd præterij de eo, qd scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Cæsare. Ego uero facile patior, ita Cæsare aestimare illũ quam maximũ fuisse plausum, et prorsus ita fuit, et tamẽ ille plausus, qui illi datur, quodã modo

## EPIST. AD Q. FR.

*nobis uidetur dari. Reddita est etiã mihi peruetus epi-  
 stola, sed serò allata, in qua de æde Telluris, et de porti-  
 cu Catuli me admones, sit utrunq; diligenter. Ad Tellu-  
 ris quidem etiam tuam statuam locatui. Item de hortis,  
 quod me admones, nec fui unquam ualde cupidus, &  
 nunc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem.  
 Romam cum uenissem ad XIII Calendarũ Octob.  
 absolutum offendi in ædibus tuis tectum, qđ super con-  
 clauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum,  
 id nunc honeste uergit in tectum inferioris porticus.  
 Cicero noster, dum ego adsum, non cessauit apud Rhe-  
 thorem. De eius eruditione, quod labores, nihil est, quo-  
 niam ingenium eius nosti, studiũ ego uideo, cætera eius  
 suspicio, ut me putem præstare debere. Gabinium tres  
 adhuc factiones postulant. L. Lætulus Flaminis filius,  
 qui iam de maiestate postulauit. Titius Nero cum bo-  
 nis subscriptoribus. C. Memmius Tr. Pl. cum L. Capi-  
 tone, ad urbem accessit ad XII Calendarum Octob.  
 Nihil turpius, nec desertius, sed his iudicijs nihil audeo  
 confidere, quod Cato non ualebat, adhuc de pecunijs re-  
 petundis non erat postulatus. Pópeius a me ualde con-  
 tendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit,  
 nec, si ullam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas li-  
 teras uehementer expecto. Quod scribis, te audisse in  
 Candidatorum consularium coitione me interfuisse, id  
 falsum est. eiusmodi enim pactiões in ea coitione factæ,  
 quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus inter-  
 esse debuerit, & simul mihi committendum nõ fuit, ut  
 his coitionibus interessem, quibus Messala excludere-  
 tur, cui quidem uehementer satisfacio rebus omnibus, ut  
 arbitror, etiam*



arbitror, etiam Memmo Domitio ipsi multa iam feci, quæ uoluit, quæq; à me petiuit. Saturnum beneficio defensionis ualde obligavi, adhuc erat ualde incertum, eo quando comitia, et qui Consules futuri essent. Cū hæc iam epistolam complicarem, tabellarij à uobis uenerunt ad XI Calendarum Septemb. uicesimo die. O me sollicitum, quantum ego dolui in Cæsaris suauissimis literis, sed quo erant suauiores, eo maiorem dolorem illius ille casus afferebat. Sed ad tuas uenio literas, primum tuam remansionem etiam, atq; etiam probo, præsertim cum, ut scribis, cum Cæsare communicaris. Oppium miror quicquam cum Publico, mihi enim nõ placuerat. Quod interiore epistola scribis me Id. Septemb. Pompeio legatum iri, id ego nõ audiui, scripsiq; ad Cæsarem Vibulum Cæsaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium quo consilio, quanquam Oppium ego tenui, quod priores partes Bibuli erant. cum eo enim coràm Cæsare egerat, ad Oppium scripserat. Ego uero nullas *ἄντιπας φροντίδας* habere possum in Cæsaris rebus. ille mihi secundum te, & liberos nostros ita est, ut sit penè par. uideor id iudicio facere, iam enim debeo, sed tamen amore sum incensus. Cum scripsem hæc infima, quæ sunt mea manu, uenit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cum Pomponia foris cœnaret, deditq; mihi epistolam legendam tuam, quam paulo ante acceperat ab Aristophaneo meo, ualde mehercule & suauem, & grauem, qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, qua iubet eum mihi esse affixum tanquam magistro, quàm illum epistolæ illæ delectarunt? quàm me? Nihil puero

## EPIST. AD Q. FR.

illo suauius, nihil nostri amantius. Hæc inter cœnam Tironi dictaui, ne mirere alia manu esse. Annali literæ tuæ per gratæ fuerunt, quod et curares de se diligenter, & tamen consilio seuerissimo iuuares. P. Seruilius patet ex literis, quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat ualde te sibi gratum fecisse, quod de sua uoluntate erga Cæsarem humanissime, diligentissimeq; locutus esses. Cum Romã ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis ad te proficisceretur. Illud scribo mihi molestum fuisse. iam enim diu cogitauerã, ex eo, quod tu ad me scripseras, ut, siquid esset, quod ad te diligentius perferri uellem, illi darem, quod mehercule hæc literis, quas uulgo ad te mitto, nihil ferẽ scribo, quã si in alicuius manus inciderit, moleste ferẽdum sit. Minutio me, & Saluio, & Labeoni reseruabã. Labeo autem tarde proficiscetur, aut hic manebit. Hippodamus, ne nunc quidẽ quid uelim rogauit. T. Pinarius amabilis ad me de te literas mittit, se maxime literis, sermonibus, cœnis deniq; tuis delectari. Is homo semper me delectauit, fraterq; eius mecũ est multum, quare, ut instituisi, complectere adolescentem. Quod multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum, ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore, uelut hoc. T. Annius mihi sæpe iam dixit, sese tibi, Suburbanum, siquod inuenisset, nõ dubitaturũ esse emere. In eius sermone ego utrunq; soleo admirari, & te de Suburbano emendo, cum ad illum scribas, nõ modo ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiã de

Suburbio

Suburbio scribere, et cum ad illū scribas nihil te recordari de se de epistolis illis, quas in Tusculano eius māhi ostēdisti, nihil de praeceptis Epicarum *πρὸς πῶς ἀλλὰ οὐκ ἔχρηται*, totū deniq; uultum, animū, sermonē eius, quē admodū coniūcio, quasi, sed hęc tu uideris. De Suburbano cura, ut scīā quid uelis, & simul, neqd ille turbet, uide. Quid praeerea? qd etiā? Gabinus ad IIII Calendarum Octobr. noctu in urbem introiuit, et hodie hora octaua cum edicto C. Alfij de maiestate, cum adesse oporteret, concursu magno, & odio uniuersi populi pene afflictus est. Nihil illo turpius, proximus est tamen Piso. Itaq; mirificum ἐμβολίον cogito in secundum librum meorum librorum inducere, dicentem Apollinem in consilio deorum, qualis reditus duorum Imperatorum futurus esset, quorū alter exercitum perdidisset, alter uendidisset. Ex Britānia Caesar ad me Cal. Septembr. dedit literas, quas ego accepi ad IIII Calendarum Octobr. satis commodas de Britānicis rebus, quibus, ne admirer, qd a te nullas acceperim, scribit se sine te fuisse, cum ad mare accesserit. ad eas ego literas nihil rescripsi, ne gratulandi quidem causa, propter eius luctum. Te oro etiam, atq; etiam, mi frater, ut ualeas.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. .S

D VI Iduum Octobr. Saluius Ostiam usque sperī nauī profectus erat cū his rebus, quas tibi domo mitti uolueras. Eodem die Gabinium ad populum luculente calescerat. Memmius sic, ut

## EPIST. AD Q. FR.

Calidius uerbum facere pro eo non licerit. Postridie autem eius diei, qui erat tum futurus, cum hæc scribebam ante lucem, apud Catonem erat diuination in Gabiniũ futurum inter Memmium, et T. Neronem, & C. Antonium M. Filium putabamus fore, ut Memmio daretur, et si erat Neronis iura contẽtio, Quid quæris? probe premitur, nisi noster Põpeiũ Dũs, hominibusq; inuitis, negotium inuertit. Cognosce nunc hominis audaciam, et aliquid in rep. perditã delectare. Cum Gabinius quacunq; ueniebat triumphum se postulare dixisset, subitoq; bonus Imperator noctu urbem hostium planẽ inuasisset, in Senatũ se non committebat. Interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostium numerum, et militum renuntiare, in re hæsit, summa in frequentia, cum uellet exire, à Coss. retentus est, in introducti publicani, homo cum undiq; à tuis, & à me maxime uulneraretur, non tulit, & me trementi uoce exulem appellauit. Hic o Dũ, nihil unquam honorificentius nobis accidit. Consurrexerunt Senatus cum clamore ad unum, sicut ad corpus eius accederet, pari clamore, atq; impetu publicani. Quid quæris? omnes, tanquã si tu esses, ita fuerunt. Nihil hominum sermone foris clarius, ego tamen teneo ab accusando uix mehercule, sed tamen teneo id, quod nolo cum Pompeio pugnare. Satis est, quod instat de Milone id, quod iudices nullos habemus, à τὸ τάρμα formido. addo etiam maleuolẽtiã hominũ & timeo, ne illi me accusante aliquid accidat. Nec despero rem, & sine me, & non nihil per me confici posse. De ambitu postulati sunt omnes, qui consulatum petũt, à Memmio Domitius, à Quinto Curtio bono, & erudito adolescente,

dito adolescente, Memmius, à Quinto Pompeio Messala, à Triario Scaurus. magna res in motu est, propterea, quod aut hominū, aut legum interitus ostenditur. Opera datur, ut iudicia ne fiant. Res uidetur spectare ad Interregnum. Coss. comitia habere cupiūt, Rei nolūt. & maxime Memmius, q̄ Cæsaris aduentu sperat se futurum Consulem, sed murum in modum tacet. Domitius cum Messala certus esse uidebatur. Scaurus re frixerat. Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum, qui quidem mirificus illo die (quod penè præterij) fuit. Gabinium accusauit maiestatis, nomina data, tum ille uerbum nullum. Habes forensia. Domi recte, & ipsa domus à redemptoribus tractatur non indiligenter. Vale.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

• Occupationum mearū signum tibi sit Librarij manus. Diem scito esse nullum, quo die nõ dicam pro reo, ita quicquid conficio, aut cogito in ambulationis ferè tempus confero. negocia nostra sic se habent. Domestica uero, ut uolumus. Valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur, & nos, & inter se amant. Expositiones utriusq; nostrū sunt in manibus, sed tua ad perfectum. Iam res est rustica Arcani, & Laterij. præterea de aqua, & uia nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem, sed me illa cura sollicitat, angitq; uehementer, quod dierum iam amplius L. interuallo, nihil à te, nihil à Cæsare, nihil ex istis locis, non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit. Me autem iam & mare istuc,

## EPIST. AD Q. FR.

Et terra sollicitat, neq; desino (ut fit in amore) ea, quæ  
 minime uolo, cogitare. Quare non equidē iam te rogo,  
 ut ad me de te, de rebus istis scribas (nunquam enim, cū  
 potes prætermittis) sed hoc te scire uolo, nihil ferè me  
 unq̄ ita expectasse, ut cum hæc scribebam, literas tuas.  
 Nunc cognosce ea, quæ sunt in rep. comitiorum quoti-  
 die singuli dies tolluntur obnuntiationibus magna uo-  
 luntate bonorum omniū. tanta inuidia sunt Coss. pro-  
 pter suspicionem pactorum à Candidatis præmiorum.  
 Candidati Consulares quatuor, omnes rei causæ sunt  
 difficiles, sed enitemur, ut Messala noster saluus sit, qđ  
 est etiā cum reliquorum salute coniunctum. Gabinium  
 de ambitu reū fecit P. Sylla subscribēte priuigno Mem-  
 mio, Cælio Syllæ filio. Contradixit L. Torquatus, o-  
 mnibusq; libentibus nō obtinuit. Queris quid fiat de  
 Gabinio, sciemus de maiestate triduo, quo quidem in iu-  
 dicio odio premitur omnium generum. maxime testi-  
 bus ceditur. accusatoribus frigidissimus utitur. consilium  
 uarium, quæsitior grauis, et firmus Alfius. Pompeius  
 uehemens in iudiciabus rogandis. Quid futurū sit, ne-  
 scio, locum tamen ullum in ciuitate non uideo. animum  
 præbeo ad illius perniciem moderatum, ad rerū euen-  
 tum lenissimum. Habes ferè de omnibus rebus. Vnum  
 illud addam. Cicero tuus, nosterq; summo studio est  
 Pæoniū sui rhetoris hominis, opinor, ualde exercitati, et  
 boni, sed nostrum instituēdi genus est paulo eruditus,  
 et *τεχνηώτερον* non ignoras. Quare neq; ego im-  
 pediri Ciceronis iter, atq; illā disciplinam uolo, et ipse  
 puer magis illo declamatorio genere duci, et delectari  
 uidetur. In quo, quoniam ipsi quoq; sumus, patiamur  
 illum ire.

illum ire nostris itineribus. eodem enim peruenturum esse confidimus, sed tamen, si nobiscum eum rus aliquò eduxerimus, in hanc nostram rationem, consuetudinemq; inducemus. Magna enim nobis à te proposita merces est, quam certe nostra culpa nunq̃ minus assequemur. Quibus in locis, et qua spe hyematurus sis, ad me quam diligentissime scribas, uelim. Vale.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

Abinius absolutus est, omnino nihil accusato  
 g re Lentulo, subscriptoribusq; eius infantius,  
 nihil illo consilio sordidius. Sed tamen, nisi im-  
 credibilis contentio, & preces Pompeij, dictaturæ etiã  
 rumor plenus timoris fuisset, ipsi Lentulo non respon-  
 disset, qui, cum illo accusatore, illoq; cõsilio sententijs cõ-  
 demnatus sit XXII, cum LXX tulissent. Est omnino  
 tam graui fama hoc iudicium, ut uideatur reliquis iu-  
 dicijs periturus, et maxime de pecunijs repetundis. Sed  
 uides nullam esse remp. nullum Senatam. nulla iudi-  
 cia. nullam in ullo nostrum dignitatem. Quid plura  
 de iudicijs? duo Prætorij sederunt. Domitius Calui-  
 nus, is aperte absoluit, ut omnes uiderent, & Cato, is  
 disruptis tabellis, de circulo se subduxit, et Pompeio præ-  
 mus nuntiavit. Auunt nonnulli, Sallustius item me oportu-  
 iusse accusare. Iis ego iudicijs committerem? Quid  
 essem, si me agente esset elapsus? sed me alia mouerunt.  
 Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua  
 dignitate mecum esse certamen. In urbem introisset, ad  
 inimicitias reus uenisset, si cum Efernino Samnite Pa-  
 cideianus comparatus uideretur, auriculam fortasse

## EPIST. AD Q. FR.

*mordicus abstulisset, cum Clodio quidem certe redisset in gratiam. Ego uero meum consilium (si praesertim nō improbas) uehementer approbo. Ille cum à me, tum singularibus meis studijs ornatus esset, tumq; ego illi nihil deberem, ille mihi omnia, tamen in rep. me à se dissentientem non tulit. Nihil dicam grauius, & minus potēs eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. Nunc, cum ego ne curem quidem multum posse, Res quidem P. certe nihil possit, unus ille omnia possit, cum illo ipso contenderem? sic enim faciendum fuisse. Non existimo te putare id mihi suscipiendum fuisse. Alterutrum inquit idem Sallustius defendisses, idq; Pompeio contendēti dedisses. etenim uehementer orabat Lepidum amicum Sallustum, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam. Ego uero hac mediocritate delector, ac mihi illud iucundum est, quod, cum testimonium secundum fidem, & religionem grauissime dixissem, reus se dixit, si in ciuitate licuisset sibi esse, mihi se satisfacturum, neq; me quicquā interrogauit. De uersibus, quos tibi à me scribi uis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiā animum uacuum ab omni cura desyderat, sed abest etiā*

*ἄνθρωπος μὲν. non enim sumus omnino sine cura uenientis anni, etsi sumus sine timore. Simul & illud (sine ulla mehercule ironia loquor) tibi istius generis in scribēdo priores partes tribuo, q̄ mihi. De Bibliotheca tua græca supplenda, libris commutandis, latinis comparandis, ualde uelim ista confici, praesertim, cum ad meū quoq; usum spectēt. Sed ego mihi ipsi ista per quæ agā, non habeo, neq; enim uenalia sunt, quæ quidē placeāt,*

*& confici*



& confici nisi per hominem & peritum, & diligentem  
 non possunt. Chrysippe tamen imperabo, & cum Ty-  
 rannione loquar. De physico quid egerit Scipio, quæ-  
 ratur quod uidebitur rectum esse, curabo. De Ascensione tu  
 uero quod uoles, facies, me nihil interpono. De Suburba  
 no quod non properas, laudo, ut tu habeas, hortor. Hæc  
 scripsi ad VIII Calendarium Nouembr. quo die ludum  
 committebatur, in Tusculanum proficiscens, ducensque  
 mecum Ciceronem meum in ludum discendi non lusio-  
 nis, ea re non longius, quam uellem, quod Pomptino ad triu-  
 mphantum ad III Nonarum Nouembr. uolebam adesse.  
 etenim erit nescio quid negocioli. Nam Cato, & Ser-  
 uilius Prætores prohibitoros se minantur, nec quid pos-  
 sunt, scio. Ille enim & Appium Cos. secum habebit, et  
 Prætores, & Tr. Pl. sed minatur tamen in primis, quæ  
 ἀπαυτίωv Q. Scaeuola. Cura mi suauissime, & at-  
 tissime frater, ut ualeas.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

Quid quæris quid de illis libris egerim, quos,  
 cum essem in Cumano scribere institui, non ces-  
 saui, neque cesso, sed sæpe iam scribendi totum  
 consilium, rationemque mutauit. Nam iam duobus feci li-  
 bris, in quibus nouendialibus ijs ferijs, quæ fuerunt Tu-  
 ditano, & Aquilio Coss. Sermo est à me institutus A fratri  
 paulo ante mortem, & Lælij Philii, Manlijque Tu-  
 beronis, & Lælij generorum Fannij, & Scaeuolæ. Ser-  
 mo autem in nouem & dies, & libros distributus de  
 optimo statu ciuitatis, & de optimo ciue. Sanè texeba-  
 tur opus luculenter, hominumque dignitas, aliquantum

## EPIST. AD Q. FR.

orationi ponderis afferebat. Hi libri cum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo multo maiore authoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de rep. praesertim cum essem non Heraclides poeticus, sed consularis, & is, qui in maximis uersatus in rep. rebus essem. quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea uisu mirifica esse, oratorum sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi belle a me remouisse, ad eos tamen retulisse, quos ipse uidiissem. Aristotelem denique, quae de rep. & praestante uiro scribat, ipsum loqui. commouit me, et eo magis, quam maximos motus nostrae ciuitatis attingere non poteram, quam erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum erant secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc & id uitabo, et loquar ipse tecum, et tamen illa, quae institueram ad te, si Romam uenero, mittam. Puto enim te aestimaturum a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. Caesaris amore, quae ad me perscribit unice delector. promissis ijs, quae ostendit, non ualde pendeo. nec honores sitio, nec desydero gloriam, magisque eius uoluntatis perpetuitatem, quam promissorum exitum expecto. uero tamen in ea ambitione, & labore, tanquam id, quod non postulo, expectem. Quod me de faciendis uersibus rogas, incredibile est mihi frater, quam egeam tempore. nec sane satis commoueor animo ad ea, quae uis canenda ἀμικρῶς. Ad ea uero, quae ipse ego ne cogitando quidem confiteor, tu qui omnes isto eloquendi, et exprimendi genere superasti, a me petis? facere tamen, ut possem, sed (quod te minime fugit) opus est ad poema quadam animi ala-

eritate, quam plane mihi tempora eripiunt. Abduco  
equidem me ab omni rei p. cura, dedoq; literis, sed tamē  
indicabo tibi, quod me hercule in primis te cælatum uo-  
lebam. Angor mi suauissime frater, angor, nullam esse  
remp. nulla iudicia, nostrumq; hoc tēpus ætatis, quod  
in illa auctoritate Senatoria florere debet, aut forensi  
labore iactari, aut domesticis literis sustentari. Illud ue-  
ro, quod a puero adamaram αὐτὸ ἀπίστευεν καὶ ὑπερ-  
χος ἔμμενοι ἄλλων totum occidisse, inimicos à me par-  
tim non oppugnatos, partim etiam esse defensos. meum  
nō modo animum, sed ne odium quidem esse liberum,  
unumq; ex omnibus Cæsarem esse inuentum, qui me  
tantum, quantum ego uellem, amaret, aut etiā (sicut alij  
putant) hunc unū esse, qui uellet, quorū tamen nihil est  
eiusmodi, ut ego me multa consolatione quotidie leniā.  
sed illa erit consolatio maxima, si unā erimus, nūc ad  
illa uel grauissimum accedit tui desyderium. Gabinū  
si, ut Pansa putat oportuisse, defendissem, concidissem,  
qui illum oderunt. Il sunt toti ordines, propter quem  
oderunt me ipsum, odisse cœpissent, tenui me, ut puto,  
egregie, tantum, ut facerem, quantum omnes uiderent,  
et in omni summa, ut mones ualde me ad ociū, pacamq;  
conuerto. De libris, Tyrannio est cæssator, Chrysiippo dē  
tam, sed res operosa est, & hominis per diligentis. Sen-  
tio ipse, qui in summo studio nihil assequor. De latinis  
uero quò me uertam, nescio, ita mendose & scribuntur,  
& ueneunt, sed tamen quod fieri poterit, non negli-  
gā. Cerbrius, ut ante ad te scripsi, Romæ est, & qui omnia  
adiurant, debere tibi ualde renuntiant. Ab æratio pū-  
to confectum esse, dum absum. Vale.

## EPIST. AD Q. FR.

M. T. Cicero Quinto Ciceroni Fratri. S.

q Vatuor Tragœdias XVI diebus absoluisse  
 cum scribas, tu quicquã ab alio mutuaris? &  
 κρείος quæris? cum Electram, & Troadam  
 scripseris. cessator esse noli, & illud *πῶθι σεαυτὸν*  
 noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse di-  
 ctum, uerum etiam, ut bona nostra norimus, sed &  
 istas, & Erigoniã mihi uelim mittas. Habes duas epi-  
 stolas proximas. Vale.

M. T. CICERO Qu. Ciceroni Fratri. S.

y Omæ & maxime Appia ad Martis, mira  
 proluuias. Crassipedis ambulatio ablata, hor-  
 ti, tabernæ plurimæ, magna uis aquæ usque  
 ad piscinam publicam. Viget illud Homeri ἢ μάτι ὀ-  
 πωρινῶ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ ζῶς ἄτε δὴν ἀνέριαι  
 κοτεαράμενος χαλεπαίνει. cadit enim in absolutionẽ  
 Garrini, sed hoc non curare decreui. Romam cum ue-  
 nero, quæ perspexero, scribam ad te, & maxime de Di-  
 ctatura, & ad Labienum, & ad Ligurium literas da-  
 bo. Hanc scripsi ante ad Lychnum Ligneolum, qui mi-  
 hi erat periucundus, quod eum te aiebant, cum esses sa-  
 næ mentis curasse faciendum. Vale mi suauissime, &  
 optime frater.

M. T. CICERO Quinto Ciceroni Fratri. S.

s V periori epistolæ quid respõdeam, nihil est,  
 quæ plena stomachi, & querelarum est, quo  
 in genere alteram quoq; te scribis pridie La-

bieno dedisse, qui adhuc nõ uenerat. Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola. tantum te et moneo, & rogo, ut in istis molestijs, & laboribus, & desiderijs recordere consilium nostrum, quod fuerit profectiõnis tuæ. Non enim cõmoda quædam sequebamur, parua, ac mediocria. Quid enim erat, quod discessu nostro emendum putaremus? Præsidium firmissimum petebamus ex optimi, et potentissimi uiri beneuolentia ad omnẽ statum nostræ dignitatis. plura ponuntur in spe, quàm in pecunijs, reliqua ad iacturã struentur. Quare, si crebro referes animum tuũ ad rationẽ & ueteris consilij nostri, & spei, facilius istos militiæ labores, cæterãq; quæ te offendunt, feres, & tamen, cum uoles, depones. Sed eius rei maturitas, neq; dum uenit, & tamẽ iam appropinquat. Etiam illud te admoneo, ne quid ullis literis cõmittas, quod, si prolatum sit, moleste feramus. Multa sunt, quæ ego nescire malo, quàm cũ aliquo periculo fieri certior. Plura ad te uacuo animo scribã, cũ (ut spero) se Cicero meus belle habebit. Tu uelim cures, ut sciam quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus. Cæsaris ne tabellarijs, ut is ad te protinus mittat, an Labieno. ubi enim isti sint Neruij, & quàm longe absint, nescio. De uirtute, & grauitate Cæsaris, quã in summo dolore adhibuisset, magnã ex epistola tua accepi uoluptatem. Quod me institutũ ad illũ poema iubes perficere, & si distentus cum opera, tuũ animo sum multo magis, quoniam tũ ex epistola, quã ad te miseram, cognouit Cæsar me aliqd esse exorsum, reuertar ad institutum, idq; perficiam his supplicationum ociosis diebus. quibus Messalã iam nostrũ, reli-

## EPIST. AD Q. FR.

quosq; molestia leuatos uehementer gaudeo, eumq; qd̄  
certum Cos. cum Domitio numeraris, nihil à nostra opi  
nionē dissentis. Ego Messalā Cæsari præstabo. Sed Mē  
mus in aduentu Cæsaris habet spem, in quo illum pu  
to errare. hic quidem friget. Scaurum autem iam pridē  
Pompeius abiecit. res prolatae. ad interregnum comi  
tia adducta. rumor dictatoris iniucundus bonis. mihi  
etiam magis, quæ loquuntur. Sed tota res & timetur,  
& refrigescit. Pōpeius planē se negat uelle. antea ipse  
mihi non negabat. Hircius auctus fore uidetur. O Dū  
quàm ineptus, quàm se ipse amās sine rivali. Crassum  
Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit.  
uelit, nolit, scire difficile est. Hircio tamen agente nolle  
se non probabit. Aliud hoc tempore de re. nihil loque  
bantur. agebatur quidē certe nihil. Serrani domestici fi  
lij funus perluctuosum fuit, ad IIII Calendarum  
Decembr. laudauit pater scripto meo. Nunc de Milone.  
Pompeius ei nihil tribuit, & omnia Guttae, dicitq; se  
perfecturum, ut in illo Cæsar incumbat. hoc horret  
Milo, nec iniuria, & si ille dictator factus sit, penē dif  
fidit, Intercessorem Dictaturæ si iuuerit manu, et præ  
sidio suo, Pompeium metuit inimicum. si non iuuerit, ti  
met, ne per uim perferatur. ludos apparat magnificen  
tissimos, sic inquam, ut nemo sumptuosiores. stulte. bis,  
terq; non postulatus, uel quia munus magnificum dede  
rat, uel quia facultates nō erant, uel quia magister, uel  
quia potuerat magistrum se non Aedilem putare. Oia  
ferē scripsi. Cura mihi carissime frater, ut ualeas. De Ga  
binio nihil fuit faciendum istorū, quæ amantissime cog  
itata sunt τὸτὶ μοι χάρις feci summa cum grauitate

te, ut omnes sentiant, & summa cum lenitate, quæ feci. Illum neq; urfi, neq; leuuii. testis uehemens fui. prætere qua qui eui. exitum iudicij fœdum, et perniciosum lenis sine tuli. Quod quidem bonum mihi nunc deniq; redū dat, ut his malis reip. licentiāq; audacium, qua ante rū pebar, nunc ne mouear quidē. Nihil est enim perditius his hominibus his temporibus. Itaq; ex rep. nihil iā capi potest. Cur stomacher nescio. Literæ me, & studia nostra, & ocium, uillæq; delectant. maximèq; pueri nostri. Angit unus Milo. sed uelim finem afferat Consulatus. In quo enitar, non minus, quàm sum enisus in nostro. Tuq; istinc, quod facis, adiuuabis. De quo cætera (nisi planè uis eripuerit) recte sunt. de re familiari timeo ὁ δὲ μαίεταυ ἔτ' ἀνιτῶς qui ludos HS CCC comparet, cuius in hoc uno consyderant iam, & ego sustinebo, ut potero, et tu, ut possis, est tuorum neruorum. de motu temporū uenientis anni nihil te intelligere uolueram domestici timoris, sed de communi reip. statu. in quo etiam si nihil procuro, tamen nihil curare uix possum. quàm autem te uelim cautum esse in scribendo ex hoc conijcito, qđ ego ad te ne hæc qđdem scribo, quæ palàm in rep. turbantur. ne cuiusquam animum meæ literæ interceptæ offendant. Quare domestica cura te lenatum uolo. In rep. scio qđ sollicitus esse soleas. Video Messalā nostrū Cos. si per Interregē, sine iudicio. si per Dictatorē tamen, sine piculo. odij nihil habet. Hortēsiy cælor multū ualebit. Gabinij absolutio lex impunitatis putatur ἐν κρηπίδω. De Dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pōpeius abest. Appius miscet. Hirtius præparat. multi intercessores numerantur. populus non cu

## EPIST. AD Q. FR.

rat principes nolunt. ego quiesco. De mancipijs, quæ mihi polliceris, ualde te amo, et sum equidem, uti scribis, et Romæ, et in prædijs infrequens. sed caue amabo quicquam, quæ ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate mihi frater cogitaris. De epistola Vatinijsi. sed me ab eo ita obseruari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Quod me hortaris, ut absoluam, habeo absolutum. suauis mihi quidem, ut uidetur, est res ad Cæsarem. sed quaero locupletem tabellarium accipiat. quod ego nactus, quid, si Cæsare Imperatore iter ex Gallia tutum non fuit? quid, si cementum bonum non haberem, deturbem aedificium? quod quidem quotidie mihi magis placet. in primisque inferior porticus, et eius Coclauia fiunt recte. De Arcano Cæsaris, opus est uel mehercule etiam elegantioris alicuius. imagines enim istæ, et palæstra, et piscina, et multorum Philotimorum est, non Diphilorum. sed et ipsi ea adhibemus, et mitte mus, et mandabimus. De Felicis testamento tum magis quererere, si scias. Duas enim tabulas se putauit obsignare, in quibus in uncijs firmissimum. Tenes uero lapsus est per errorem, et suum, et Sicuræ serui non ob signauit, quas noluit, eas ob signauit ἄλλ' οἰμωζέτω nos modo ualeamus. Ciceronem et ut rogas, amo, et ut meretur, et ut debeo. Dimitto autem à me, et ut à magistris ne abducatur, et quod mater Porcia non discedit, sine qua, edacitatem pueri pertimesco, sed sumus una tamen ualde multum. Rescripsi ad omnia, mihi suauissime, et optime frater. Vale.



M. T. CICERONIS AD OCTAVIUM  
 EPISTOLA, QUAM PVTO FVIS-  
 SE OMNIUM CICERONIS  
 EPISTOLARVM VL-  
 TIMAM. NAM NON  
 MVLTO POST  
 INTERFE-  
 CTVS EST.

**M**  
**P. L.**

I per tuas legiones mihi licitū fuisset, quæ nomini meo, rei quæ P. sunt inimicissimæ, venire in senatum, coram quæ de rep. disputare, fecissem, neque tam libere, quam necessario. nulla enim remedia, quæ vulneri-

bus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria. Sed, quoniã cohortibus armatis circumseptus senatus, nihil aliud vere potest decernere, nisi timere. in capitolio signa sunt. in urbe milites uagantur. in campo castra ponuntur, et Italia tota legionibus ad libertatem nostram conscriptis, ad seruitutem adductis, equitatu quæ exterarum nationum detinetur, ceda tibi in praesentia foro, curia, et sanctissimis deorum immortalium templis, in quibus reuiuiscite iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulit. timet multa. assentitur omnia. Ceda urbe, quam per me conseruaui, ut esset libera, in seruitute uidere non potero. Ceda uita, quæ, quanquam sollicita est, tamen si profutura est reip, bona spe posteritatis me consolatur. qua sub-

## EPISTOLA AD

lata non dubitanter occidam. Atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi de fuisse uideatur. Illud uero, quod et presentis doloris est indicium, et praeteritae iniuriae testimonium, et absentium sensus significatio, non praeternittam, quin, quoniam coram id facere prohibeor, absens prosum. Siquidem mea salus, aut utilis rei publicae est, aut coniuncta certe publicae salutis. nam per Deum immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum auris, atque animus a nobis abhorret) perque fortunam. P. R. quae quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, et ut spero, futura est, quis tam ex pers humanitatis? Quis huius urbis nomini, ac sedibus usque adeo est inimicus, ut ista aut dissimulare possit, aut non dolere? aut, si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum uitet? Nam, ut ordiar ab initio, et perducam ad extremum, et nouissima conferam primis, quae non posterior dies acerbior priore? et quae non insequens hora antecedente calamitosior P. Romano illuxit? M. Antonius uir animi maximi (utinam etiam sapientis consilij fuisset) C. Caesare fortissime, sed parum feliciter a rei publicae dominatione semoto, concupierat magis regum, quam libera ciuitas pati poterat principatum. Publicam dilapidabat pecuniam. Aerarium exhauriebat. minuebat uectigalia. donabat ciuitates. ex commentario Dictaturam gerebat. leges imponebat. prohibebat Dictatorem creari legibus. S. consulto ipse repugnabat in Senatu. Prouincias unus omnes concupiebat. Cui sordebat Macedonia Prouincia, quam uictor sibi sumpserat Caesar. Quid de hoc sperare, aut

sperare, aut expectare nos oportebat? Extitisti tu uin-  
 dex nostræ libertatis, ut tunc quidem optimus, quod uti-  
 nam neq; nostra nos opinio, neq; tua fides sefellisset, &  
 ueteranis in unum conductis, & duabus legionibus à  
 perniciæ patriæ ad salutem auocatis, subito propè iam  
 affectam, ac prostratam remp. tuis opibus extulisti.  
 Quæ tibi non ante, quàm postulares, maiora quàm  
 uelles, plura quàm sperares detulit Senatus? Dedit fa-  
 sces, ut cum authoritate defensorem haberet, non ut im-  
 perio se aduersum armaret. Appellauit Imperatorem,  
 hostium exercitu pulso tribuens honorem, non, ut sua  
 cæde cæsus ille fugiens exercitus te nominaret Impe-  
 ratorem. Decreuit in foro statuam. locum in Senatu-  
 sumnum honorem ante tempus. siquid aliud est, quod  
 dari possit addat. Quid aliud est maius, quod uelis  
 sumere? Sin autem supra ætatem, supra cõsuetudinem,  
 supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tribu-  
 ta, cur, aut ingratus crudeliter, aut immemor benefi-  
 cij sui, scelerate circũscribis Senatum? quo te misimus?  
 à quibus reuenteris? contra quos armauimus? quibus  
 arma cogitas inferre? à quibus exercitum abducis? &  
 aduersus quos aciem struis? Cui hostis relinquitur? cur  
 is hostis loco ponitur? cur castra medio itinere longius  
 aduersariorum castris, & propius urbẽ mouentur? O  
 me nunq̃ sapientem, & aliquando id, qđ non erat fru-  
 stra existimatũ, quantũ te P. Romane de me sefellit opi-  
 nio. O meam calamitosam, ac præcipitem senectutem.  
 O turpem exacta, dementiq; ætate canticem. Ego P. con-  
 scriptos ad parricidiũ i duxi. ego remp. sefelli. ego ipse

## EPISTOLA AD

Senatum sibi manus afferre coegi, cum te Iunoniū puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. At te facta patriæ Paridem futurum prædicabant, qui uastares Urbem incendio, Italiã bello, qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habiturus esses. O miseram, & in breui tam celerem, & tam uariam reip. commutationē. Quisnam tali futurus ingenio est, qui possit hæc ita mandare literis, ut facta, non ficta uideantur esse? Quis erit tanta animi facilitate, qui quæ uerissime memoria propagata fuerint, non fabulæ similia sit existimaturus? Cogita enim Antoniū hostē iudicatum, ab eo circūsessum Cos. Designatū eundemq; reip. parentem. Te profectum ad Cos. liberandū, et hostem opprimendum, hostemq; à te fugatum, & Cos. obsidione liberatum. Deinde paulo post, fugatum illum hostem accersitum, tanq̃ coheredem mortua rep. ad bona P. Romani capiendā Cos. Des. rursum inclusum eò, ubi se nō moenibus, sed fluminibus, et montibus tueretur. Hæc q̃ conabitur exponere? quis credere audebit? liceat semel impune peccare. sit erranti medicina confessio. uerum enim dicam, utinam te potius Antoni dominum nō expulsemus, quàm hunc reciperemus. non quod ulla sit optanda seruitus, sed quia dignitate domini minus turpis est fortuna serui. In duobus autem malis cum fugendum maius sit, lenius est eligendum. Ille ea tamen ea exorabat, quæ uolebat auferre. Tu extorques. Ille Cōsul Prouinciã petebat. Tu priuatus concupiuisi. Ille ad malorum salutem iudicia constituebat, et leges ferebat. Tu ad perniciem optimorum. Ille à sanguine, &  
incendio

*Incendio seruorum Capitolium tuebatur. Tu cruore, et  
 flāma cuncta delere uis. Si qui dabat Prouincias Cas-  
 sio, & Brutis, & illis custodibus nominis nostri, regna-  
 bat, quid faciet, qui uitam adimit? qui ex urbe eijciat,  
 Tyrannus erat, quem hunc uocemus, qui ne locum qui-  
 dem reliquit exilio? Itaq; si quid illae maiorum nostro-  
 rum sepultae reliquiae sapiunt, si non una cum corpo-  
 re sensus omnis uno, atq; eodē consumptus est igni, qd  
 illis interrogantibus, qd agat nunc P. Romanus respon-  
 debit aliquis nostrum, qui proximus in illam aeternam  
 domum discesserit? aut quem accipient de suis posteris  
 nuntium illi ueteres Africani, Maximus, Pauli, Scipio-  
 nes? quid de sua patria audient, quam spolys, trium-  
 phisq; decorarunt? an esse quendam annos XIII na-  
 tum, cuius auus fuerit argentarius, ad stipulator pater,  
 uterq; uero praecarium fecerit quæstum, sed alter usq;  
 ad senectutem, ut non negaret, alter à pueritia, ut non  
 posset non confiteri, eum agere, rapere remp. Cui nul-  
 la uirtus, non ulla subactae, & ad imperiū adiunctae  
 Prouinciæ, nulla dignitas maiorum conciliasset opem  
 potentium, sed forma per dedecus, pecuniam, & nomē  
 nobile consceleratum impudiciæ dedisset. Veteres uul-  
 neribus, & ætate confectos Iulianos gladiatores egen-  
 ters reliquias Cæsaris ludi ad rudentem compulisset. quib;  
 ille septus omnia misceret. nullis parceret. sibi uiue-  
 ret. Qui tanquā in dotali matrimonio remp. testamen-  
 to legatam sibi obtineret. Audient duo Decij seruire eos  
 auos, qui, ut hostibus imperarent, uictoriæ se deuoue-  
 runt. Audiet C. Marius impudico domino parere nos*


EPISTOLA AD


qui ne militem quidem habere uoluit, nisi pudicum.  
 Audiet Brutus eum populū, quem ipse primo, post pro-  
 genes eius à regibus liberauit, pro turpi stu pro datum  
 in seruitutem. Quæ quidem si nullo alio, me tamen in-  
 ternuntio ad illos celeriter deferentur. Nam si uiuus ista  
 subterfugere non potero, una cum istis uitam simul sic-  
 gere decreui.

F I N I S.

AA BB a b c d e f g h i k l m n o p q  
 r s t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ii  
 k'k ll mm nn oo pp qq rr ss tt  
 Omnes sunt quaterniones, præter tt duernionem.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI,  
 ET ANDREAESOCERI.  
 MENSE IUNIO  
 MDXIII.


















124  
12

4369









M. T. CICER.  
EPIST. AD  
ATTICUM

ALD . 1513